DE POLYGAMIA, ET POLYVIRIA

LIBRI TRES.

AVCTORE

D. D. DIDACO GARCIA DE TRASMIERA,

Olim in maximo Sanctę Crucis Vallisoleti Muſęo Maiori Collegiale, Abbate, & Domino Hermedenſi, Almæ Palentinæ Eccleſię Dignitate, & Canonico, & Sicilię Regni Apoſtolico Inquiſitore á Conſilijs Catholicę Maieſtatis.

VBI

Non ſolum quæ ad Polygamiæ delictum pertinent verum etiam multa ad praxim Sanctiſſimi Tribunalis in omnibus materijs vtilia, & practicabilia tractantur.

OPVS

Theologis, Iuriſconſultis, Philoſophis, Hiſtoriographis, vtile, gratum, & neceſſarium.

CVM DVPLICI INDICE,

Vnus eſt Capitum, & Quæſtionum; Alter Rerum, & Verborum.

S. D.

ILLVSTRIS. ET REV.mo D. D. FR. ANTONIO DE SOTOMAIOR,

Archiepiſcopo Damaſci, in Regnis Hiſpaniarum Supremo, & Generali Fidei Inquiſitori, á Confeſsionibus, & Conſilio Status Regis Catholici Philipphi IV. Magni, & Bullæ Sanctæ Cruciatæ Commiſſario Generali.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

PANHORMI,

Apud Decium Cyrillum, M. D C. XXXVIII.

Cum Licentijs Neceſſarijs.

DE
POLYGAMIA
ET POLYVIRIA
LIBRI TRES.

AVCTORE

D. D. DIDACO GARCIA DE TRASMIERA,
Olim in maximo Sanctæ Crucis Vallisoleti Multo Maiori Col-
legiale, Abbate, & Domino Hermedenti, Almæ Palentinæ
Ecclesiæ Dignitate, & Canonico, & Sicilię Regni Apo-
stolico Inquisitore, & Consiliis Catholico, & Maiestatis.

V B I

Non solum quæ ad Polygamię delictum pertinent veterum edicta,
multa ad praxim Sanctissimi Tribunalis in omnibus
materijs utilia, & practicabilia tractantur.

O P V S

Theologis, Iurisconsultis, Philosophis, Historiogra-
phis, vtile, gratum, & necessarium.

CVM DVPLICI INDICE.

Vnus est Capitum, & Quæstionum; Alter Rerum, & Verborum.

S. D.

Mo
ILLVSTRIS. ET REV. D. D. FR. ANTONIO
DE SOTOMAIOR,

Archiepiscopo Damasci, in Regnis Hispaniarum Supremo, &
Generali Fidei Inquisitori, à Consiliionibus, & Consilio
Status Regis Catholici Philippi IV. Magni, & Bullæ
Sanctæ Cruciatæ Commissario Generali.

APVD DECIVM CYRILLVM, M. DC. XXXVIII.
Cum Licentia Superiorum.

D. C.

D.D. DIDACVS GARCIA DE TRASMIERA,

Olim in maxio S. Crucis Vallisoleti Musæo Maior Collega, Abbas, & Dominus Hermedensis, Almæ Palentinæ Ecclesiæ Dignitas, & Canonicus. Siciliæ Regni Apostolicus Inquisitor & Consilijs Catholicæ Maiestatis.

Illuſtriſs. y Reu. Señor.

SI *las primicias ſon deuidas al dueño del terreno, eſte primero fruto (temo que aceruo ſino ſilueſtre) de mis eſtudios, no le dedico, le pago sì, à V. S. Illuſtriſs. confeſando que hauiendo reçeuido oro pago encobre, pero de el mal pagador ſe deue açetar qualquiera paga: no porque yo cauiloſo la trampeo, ſino porque pobre de talento no la ſatisfago. Tiempo pedia el inquilino de el Euangelio para pagar por entero a ſu acreedor, yo le deſſeo no para pagar de el todo que es impoſible, ſi no para deuer menos, ofreciendo à V. S. Illuſtriſs. otra mayor fatiga ſi eſta paſare por moneda corriente; pero yendo acuñada con ſus armas (conocidas en toda Europa por la antiguidad de ſus claros aſcendientes, y por el timbre de ſus ſupremas dignidades) eſpero que eſte quaderno ſerà admitido, no por ſu valor intrinſeco que es ninguno, ſino por el accidental que de ſu protecçion adquiere, que es muy grande. Don es eſte que aun la ſeuera, y eſcrupuloſa rectitud de V. S. Illuſtriſs. no le deue rehuſar, pues las obras de el ingenio no eſtan comprehendidas de bajo de el titulo de dadibas, pues dios que es ſumo Iuez de viuos, y muertos reciue lo que el eſpiritu le ofreçe: y las obras de el entendimiento ſon eſpirituales.*

Suplico à V. S. Illuſtriſs. que como tan gran Cauallero le acete, como tan ſupremo Prelado le cenſure, y como tan magnanimo Principe me perdone. Palermo, y Marzo .de 1638. años.

B. L. M. de V. S. Illuſtriſs. y Reuer.
Su mayor Seruidor

Don Diego Garçia
de Traſmiera.

S

DOCTO LECTORI.

NON me profecto militem Glorioſum vana acquirendi honoris,& celebris famę aura (malefidũ honoris vehiculũ) impulit ad ſcribendum. Nec contra, propriæ imbecillitatis, debiliumq; ingenij mei virium cognitio, doctrinæq; caritas, ab onere ſuſcipiendo deterruit, primum ſecundo ſuadetur: ſecundum vero inde patere poteſt; quia incomperto mihi eſt, quam vtile, cõmodumque opus moliar: moliar,inquam, quod alijs validioris ingenij, ampliorisque doctrinæ viris perficiendũ é manibus in manus tradam: illud præſtitiſſe contentus,quod ſolet rudibus formata lineamẽtis tela Apellis prędudere ſubtilioribus penicillis:habẽt eruditi viri,quod perpoliant,& adamuſsim perfectiſsime dirigãt; nobis materiariam operã ijs exhibuiſſe ſatius ſit; maxime cum ſciam nullum maius obſequium nullũque gratius Catholicæ Eccleſiæ dicari poſſe,quam ad integerrimæ eius fidei puritatem,conſeruationem,propagationemque toto animo, totoq; pectore, & pro virili incumbere. Id quod tanti momẽti ſemper apud omnes fuit, vt grauiſsimos,ſtrenuiſsimoſq;auctores,tam accurate in tot tamq, diuerſis argumentis ad Sacrum Inquiſitorũ Tribunal,vel ob hæreſim vel ob eius ſuſpicionem latenteſque technas, & inſidias, ad ampliſsima edenda volumina, hæc vnica ſupereminẽs ratio prõptiſsimos reddiderit. Atque adeo,reque ipſa de rectiſsimo procedendi modo cõtra hæreticorum ſutelas ex Hiſpanis *Peña, Auctor repertorij, Albertinus, Alfonſus de Caſtro, Simãcas, Roxas, Cantera, Villadiego, Souſa, Caſtro Palao,* ex exteris *Aimericus Locatus, Zanchinus, Brunus, Grillandus, Sanctarellus, feliciſsimè omnium Diana, & alij* aureis typis mãdarunt:ſortilegos veneficos,magos, ſtriges,ſtrigimagos cęteroſq;ſuperſtitionis obſequijs dęmonũ cultores, acerrime ſuis doctiſsimis libris inſecuti ſunt ex Hiſpanis *Criuelo, & Iofreu eius commentator, Martinus del Rio, Torreblanca, Raphael de la Torre,* ex exteris *Ponziniuius, Lucerna Inquiſitorum, Bartholomæus Spina, auctores mallei maleficarum; Grillandus, & alij.* Eos vero qui irriguas ſacræ exhomologeſis fontes tabificis ſuæ luxuriæ inficiũt venenis eas ad inhoneſta ſollicitantes quas pro digniſsimo Confeſſarij munere debẽt propter

ſalubres riuulos recreare; cultiſsime dehoneſtarunt impreſsis ſententijs ex Hiſpanis *Acuña,& Freitas eius commentator, Antonius Souſa*: ex exteris *Trîmarchi, Boſsius,& alij*, qui omnes tam docte, acriterque circa recenſitas, & quamplura alia argumenta ſua ſcripta euulgarũt, vt mirum ſit, quam facile Queſitores poſsint in cauſis fidei iudicandis ſeſe expedire, tam doctos libros tamque accuraté, queque ſuis locis continentes ampliſsima argumẽta reuoluentes, ſuæque erga fidei puritatem religioni ſatisfacientes. Habebat ergo vt dixi, fere quęque fidei cauſa ſuum patronum: ſatis quęque cordatiſsimorum auctorum radijs illuſtrata nitebat. Hæc de Bigamia ſola neſcio quo malo omine tenebris deliteſcebat ſilentij. quod faxit Deus ſilentio correſpondeant delicta: at contrarium euenire experientia comprobat, preſertim in hoc Siciliæ Regno, & malo exterorum preſertim Calabrorum potius opere quam incolarum. quid ergo Deus Bone tam infrequens hæc via? ſalebris ne horrida an ſpinetis? Et quidem non inferiores in alijs tractationibus inueniuntur difficultates: anguſta ne ſemita, & per breuis? at hoc compendiariam faciet: non ita quidem vt olim Montaigne fecit: qui vno, aut altero verbo hanc materiam attigit ita parce profecto, vt quęſiuiſſe potius, quam inueniſſe videatur. His ego ductus rationibus, opere pretium me facturum, putaui ſiquas difficultates per tredecim annorum curriculum in huiuſmodi Bigamię delictis iudicãdis expertus ſum, tã in hoc, quam in alijs Sanctiſsimę Inquiſitionis Tribunalibus preſertim Valliſoletano, & Valentino Inquiſitoris munus obeundo totiſq; viribus ad Catholicam Fidem euehendam propugnando: & grauiſsimos Conſultores adhibendo: ſelectis, & neceſſarijs quęſtionibus explanarem: commodo potius, & neceſsitati quam luxurianti ornatui conſulendo. Optatis Deus annuit. Quidquid eſt tibi offero, benigne refoue, diutius viue feliciterq;. Vale.

CVM

CVM nobis relatum fuerit a doctis, & fide dignis Theologis hos Libros de Bigamia Reuerendiſsimæ Dominationis Domini Don Didaci Garcia de Traſmiera pro eximia eruditione, doctrinæ ſoliditate, rerumque Varietate, atque præſtantia Valde Vtiles futuros, præſertim ijs, qui in Sanctiſsimæ Inquiſitionis Tribunali cauſſas agunt; iudicamus quamprimum in lucem edi debere ad commune totius Eccleſiæ bonum, & emolumentum. Panormi die 20. Aprilis 1638.

Ioannettinus Cardin. Doria
Archiepiſc. Panorm. &c.

In Librum de Polygamia, & Biuiria editum per Illuſtriſs. D.D. Didacum Garzia de Traſmiera Inquiſitorem Apoſt. in Regno Siciliæ.

P. F. Hieronymi Trimarchi Sacri Ordinis Minimorum Sancti Franciſci de Paula Qualificatoris Sanctiſs. Inquiſition. huius Regni Siciliæ, & Genuenſis Inquiſitionis Cenſoris.

EPIGRAMMA.

POndere librato in Bigamos fera ſpicula torques,
Chriſtum, qui dubia relligione colunt.
Sed quorſum reliquos non debaccharis in hoſtes
Chriſti militię, quos tua lingua premat?
Num, quia Chriſtus amans caſtos optauit amores,
Vnius, & ſponſæ captus amore fuit:
Moribus ęterni ſponſi, rituque rebelles
Tu Bigamos ſacro carpere dente ſtudes?
Rem teneo: mentis pharetra deprome ſagittas,
Chriſti, quó partes, quó tueare decus.
Inſequere, & docto ſermone laceſsito; ſæpe
Quos arma haud poſſunt fundere, lingua poteſt.

Patris Magiſtri Fr. Michaelis à Carauaglio è Sacro Ordine S. Mariæ de Mercede Redẽptionis Captiuorum, Eminentiſs. Cardinal. Doriæ Conſultoris; & Tribunalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis in hoc Regno Qualificatoris.

EPIGRAMMA.

QVID dura ſilice aſpiciens manare perennes
Garciæ Fontes, irriguaſque niues:
Heſperiam ingeminans fidus non dicar Achates?
Caſtellæque colens ſydera, tecta, ſolum?
Qui latices potuit ſiccis educere terris,
Quid luga, quid faciet ſi vberiora premet?

Acro-

Acroſtichis, Telioſtichis Franciſci Baronij, ac Mamfredis.

Ad Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Dominum

D. DON DIDACVM GARCIA DE TRASMIERA

Apoſt. in Sicilia Quæſitorem.

D at tibi Garcias opus immortale, volut A
I d tu ſæpe animo, quod tibi ſubijcitu R.
D igna quidem duplici pandit de Vxore, Viroqu E;
A uctior hinc tanto ſub duce factus ab I.
C rede mihi; laudeſqué tuæ, nomenque per æuu M
V iuet, & in mundo vis tua nota ſati S;
S eu qua Sol oritur, ſeu qua ſe proluit vnd A
D idace, & occiduo deperit amne deco R.
E cce tuis diadema comis Sapientia necti T,
T u ſubmitte caput, tu tibi dona cap E.
R ecté Orbis te prona colit plaga diſsita, quidqui D
A ut alibi, aut ſparſum hic, tu ſatis vnus habe S.
S ic tua complebit mundum laus didita, ſic t V
M i poſthac certé magnus Apollo ades hi C.
I pſe tuo ſat docta premis vel acumine ſcript A,
E t das ingenio iudice grande aliquo D.
R es noua, quam ſcribis; noua ſcilicet ordine agend I:
A uguror; huic ſimile eſt haud oriturum aliqui D.

In laudem huius Operis
Ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. D. DIDACO GARCIA DE TRASMIERA Feliciter Compoſiti

V. I. D. D. Vincentij Pizzuto, Regiæ Monarchiæ Aduocati Fiſcalis; & Tribunalis Sanctiſsimæ Inquiſitionis in hoc Sicilię Regno Aduocati Carcere detentorum.

ANAGRAMMA.

Don Didacus Garſia Traſmiera.
Rigidus tardas Dœmonis cara.

DISTICHON.

Plena veneficijs, expellens orbe venena
Cara, potens, *Tardas Dœmonis*, & *Rigidus.*

D. Antonij de Traſmiera Auctoris fratris patruelis; Carcere detentorum à Secretis Aduocati in Tribunali Sanctiſs. Inquiſition. in hoc Sicilię Regno.

EPIGRAMMA.

GARCIAE volucri penna mox ſydera tangam:
TRAS MARE veliuolum, compita lætus agam.
Extremos Indos, Perſas, Arabeſque ſuperbos
Luſtrabo velox: me tua fama trahet,
O DECVS o noſtræ gentis: cui ſtemmata pulchros
FLORES Grata dicant, ſertaque texit honos.
Non tibi mortalis producit planta corollas:
Palladis irriguo Flumine gignit ager.
Inter ſydereos ergo compono pyropos:
Plus Ariadnæis nunc tua ſerta nitent.
Hinc ſi ſplendentes lapſus tua ſydera fingent:
Te merito poſthac Infula ſacra decet.

IL LV-

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. Didaco de Traſmiera Abbati,& Domino Hermedenſi, Regni Siciliæ Quęſitori Digniſſimo.

Antoninus Diana Clericus Regularis, & Sancti Officij Conſultor.

LIbros tuos de Bigamis, quos ad me miſiſti Illuſtriſſime Domine ſumma auiditate perlegi,& in illis non ſine fructu admiratus ſum, quot quantaſq; ad materiam ſpectantes quæſtiones doctè, ac ſolerter enodaueris,vt nihil amplius adijci poſſe, exiſtimem. Magna ſanè tibi debetur laus, nam vt ait Ariſtoteles,facillimè de multis agitur, de re vna difficillimum eſt ſermonem inſtituere, ſi accuratius res agatur. Supereſt modo, vt quamprimum exantlatos hos labores teſtimonio publico feliciter oſtendas; verè etenim cum Lyrico vate canere potes.

In Elenchis.

Lib. 3. Od. 30.

Exegi monimentum ære perennius
Quod nec imber edax, aut aquilo impotens
Poſſit diruere, aut innumerabiles
Annorum ſeries, & fuga temporum. Vale. Panhormi e Domo S. Ioſeph V. Nonas Decembris 1637.

INDEX QVAESTIONVM

QVAE IN HIS TRIBVS DE Polygamia, & Polyuiria Libris continentur.

QVAESTIONES LIBRI Primi.

QVAESTIO I.

Affertur Etymologia Bigamiæ, & Biuiriæ.

Q. II.

De definitione Bigamiæ.

Q. III.

Diuiditur Bigamia in tres ſpecies.

Q. IV.

Explicatur melius Triplex Bigamia adducta.

Q. V.

De quanam Bigamia noſtrum inſtitutum ſit agere.

Q. VI.

De grauitate delicti Bigamiæ apud Chriſtianos.

Q. VII.

De grauitate delicti Repudij apud Chriſtianos, & Infideles poſt Chriſtum Dominum.

CAPVT PRIMVM.

Statuitur Repudium illicitum poſt legem Euangelicam, tum apud Chriſtianos; tum etiam apud Infideles.

CAPVT II.

Afferuntur argumenta in fauorem ſententiæ Bodini.

CAPVT III.

Afferuntur rationes probantes non debere concedi repudia.

CAPVT IV.

Afferuntur rationes contra Repudiorum tolerantiam.

CAPVT V.

Confutatur Bodinus, & eius argumenta Capite ſecundo propoſita ſoluuntur.

Q. VIII.

An in veteri teſtamento Hebræis fuerit conceſſa Bigamia ?

CAPVT I.

Adducuntur rationes pro ſententia negante vllo vnquam tempore fuiſſe licitam Bigamiam, & improbatur ſimul cum ſententia eorum, qui putant ſolo iure Euangelico eſſe Bigamiam prohibitam.

CAPVT II.

Oſtenditur licitam fuiſſe Hebræis tempore veteris Teſtamenti Bigamiam ex Diuina diſpenſatione, & declaratur qualis fuerit hæc diſpenſatio.

CAPVT III.

Quæritur an diſpenſatum in lege veteri ad libellum Repudij, & quibuſnam id licitum, & quando incœperit ? & ſtatuitur prohibitam etiam Hebræis poſt legem Euangelicam Bigamiam.

Q. IX.

De Pluralitate, & communitate vxorum apud Gentiles.

CAPVT I.

Quam varij vſus, vel abuſus extiterint apud Gentiles circa pluralitatem, & communitatem vxorum.

CAPVT II.

Reſoluitur Bigamiam tempore veteris Teſtamenti etiam Gentilibus conceſſam.

Q. X.

An permittenda Bigamia, vel Biuiria, vbi ageretur de periculo extinctionis Generis Humani.

CAPVT I.

Proponuntur rationes dubitandi, & declaratur ſtatus quæſtionis.

CAPVT II.

Reſoluitur quæſtio quo ad Bigamiam.

CAPVT III.

Reſoluitur quæſtio quo ad Biuiriam.

Q. XI.

De diſpenſatione Pontificia circa Bigamiam, vel libellum Repudij ſaltim vbi ageretur de ſumma Regni.

CAPVT I.

Declaratur ſtatus quæſtionis, & proponuntur Rationes in fauorem diſpenſationis.

CAPVT II.

Reſoluitur quod Pontifex non poſſit diſpenſare ex quacunque grauiſſima cauſa ad Bigamiam.

CAPVT III.

Reſoluitur quod Pontifex neque poſſit diſpenſare ex qualibet grauiſſima cauſa ad libellum Repudij.

Q. XII.

Quot, & quibus de cauſis proueniat, quod quis contrahat binas, vel plures nuptias.

CAPVT I.

Enumerantur omnes cauſæ, & agitur de prima.

CAPVT II.

Agitur de ſecunda cauſa.

CAPVT III.

De Tertia cauſa.

CAPVT IV.

Adducitur quarta cauſa.

CAPVT V.

Proponitur quinta causa, & enumerantur eius sectatores.

CAPVT VI.

Proponitur, & expenditur Hæreticorum præcipuum fundamentum.

Q. XIII.

Infidelis cõuersus habens plures vxores, si conuertantur omnes quam ex his retinere debet.

Q. XIV.

An in sententia eorum, qui putant nõ dissolui matrimonium Infidelium ex eo tantum quod Infidelis nolit conuetti: si in tali casu fidelis transeat ad secundas nuptias, sit separandus, & puniendus per Sanctum Officium, & quid in Indijs.

Q. XV.

De grauitate delicti Biuiriæ, seu quod grauius peccat mulier nubens cum pluribus viris simul, quam vir ducens plures vxores simul, & vnde id proueniat.

Q. XVI.

An quando aliquis dum erat in statu Infidelitatis repudiauit legitimam vxorem, illa vero cum altero nupsit. Deinde si vir conuertatur, teneatur admonere vxorem repudiatam, adhoc vt possit transire ad secundas nuptias.

Q. XVII.

De matrimonio fidelis cum quouis Infideli siue Pagano, Iudeo, Hæretico.

QVAESTIONES Libri Secundi.

QVAESTIO I.

AN contrahentes binas nuptias sint suspecti de fide leuiter, an vehementer.

Q. II.

An quando non constat, contrahentem duplex matrimonium errorem habere in intellectu, hic puniendus sit per Inquisitores, an vero remittendus foro ordinario? & quid quãdo per torturam constat non errasse, &c.

Q. III.

Qualiter sunt suspecti contrahentes binas nuptias, ad actum tamen carnalem non deuenientes, & qualiter sint habendi talia attentantes.

Q. IV.

Quid sentiendum de contrahente sponsalia tantum, & carnaliter cognoscente vtrunque coniugem.

Q. V.

Qualiter debeat constare de morte coniugis absentis, vt alter ad secũdas nuptias transeat impune.

Q. VI.

Quid faciendum si postquam alter adhibita debita diligentia transijt ad secundas nuptias constet alterum esse viuum.

Q. VII.

Quid faciendum si quis contraxerit coram Parocho, & testibus coacte, itavt matrimonium fuerit nullum: postea vero non expectata sententia Iudicis matrimonium nullum declarante, cum alia contraxit.

Q. VIII.

An per Tribunal Sancti Officij puniẽdus qui scienter durãte primo matrimonio, secundum contrahit cum impotente.

Q. IX.

An vt huius criminis reus sit puniendus per Inquisitores, qui post primum legitimum matrimonium secundum aliàs nullum contraxit.

Q. X.

Quid faciendum quando mulier bona fide etiam adhibitis necessarijs diligentijs transit ad secundas nuptias; si tamen adhuc viuens superueniat eius vir: secundus autem nolit cedere, & prosequatur mulierem agnoscere, vt suam.

Q. XI.

An qui ficte in secũdo matrimonio cũ necessarijs requisitis, seu solẽnitatibus celebrato consensit. De qua fictione, protestatione, vel aljs indicijs apparet, & tamen altero matrimonio iam ligatus erat, per Inquisitores sit puniendus.

Q. XII.

An sit Bigamus, & per Inquisitores exãminandus ille, qui primo matrimonio constante secundum contraxit licet in conditione personæ cũ qua contraxit; errauerit, vt si crediderit esse liberam; cum esset in seruitute con-

constituta, seu in persona ipsa, & quid si secundum matrimonium Clandestine contraxit.

Q. XIII.

An qui per procuratorē secundas cō-trahit nuptias viuente prima vxore sit in hoc foro examinandus, & puniendus. Et quid de procuratore ipso sciente.

Q. XIV.

De Confessionibus Iudicialibus factis ab Inquisitis in hoc, & alijs crimini bus ad Sacrum Tribunal pertinentibus.

Q. XV.

De Confessione extraiudiciali tam circa delictum Bigamiæ, quam circa alia ad Sacrum Officium pertinentia.

Q. XVI.

Citatus ab Episcopo, & Inquisitore eo dē tēpore in hoc delicto, & alijs in causis fidei corā quo comparere tenetur, & de obligatione quam habent Iudices sæculares concedendi reos in brachijs curiæ detentos ad requisitionem Inquisitorum.

Q. XVII.

Qualiter sint suspecti clerici Sacris ordinibus initiati, & per vota Religiosa professi matrimonium ineuntes.

QVAESTIONES
Libri Tertij.

QVAESTIO I.

AD quem Iudicem ſpectet cognoſcere, & punire contrahentes Binas Nuptias.

Q. II.

Ceſſante conceſſione cognitionis delicti Bigamiæ facta Inquiſitoribus à Sede Apoſtolica, an poſſit ij ſe intromittere ob generalem rationem de iniuria facta Sacramento, & obiter quæritur de abuſu aliorum Sacramentorum, de quibus non eſt facta ſpeciaiis conceſſio Inquiſitoribus.

Q. III.

Quæ probatio debet præcedere adhoc, vt capiatur delinquens delicto Bigamiæ, & aliorum.

Q. IV.

Quid faciendum quando per teſtes conſtat de duobus matrimonijs: fides vero Parochi deſideratur maxime quando Reus eſt negatiuus.

Q. V.

Quam pœnam incurrant qui ſuo conſilio inducunt ad binas nuptias.

Q. VI.

An Promotor Fiſcalis teneatur proba re cum ſecundum matrimonium fuit contractum, primum permanere, an vero ſufficiat ſi probet ſimpliciter delatum contraxiſſe ſecundum matrimonium.

Q. VII.

De Tortura cõtrahentibus binas nuptias inferenda; vel non.

Q. VIII.

De pœnis contrahentium binas nuptias.

Q. IX.

De pœnis nobilium contrahentium binas nuptias.

Q. X.

De pœnis plebeorum contrahentium binas nuptias.

Q. XI.

De pœnis mulierum contrahentium binas nuptias.

Q. XII.

Qualiter ſint puniendi Religioſi, & Clerici matrimonia celebrantes.

Q. XIII.

Quibus pœnis debeant puniri coniugati, qui ſine licentia vxorum in ſæculo degentium ſacris ordinibus initiantur, & quam ſuſpicionem inducant.

Q. XIV.

An qui committit delictum Bigamiæ ſit excommunicatus.

Q. XV.

Qualiter ſint tractandi contrahentes binas, vel plures nuptias, & ſupradicti religioſi, vel clerici, & alij huiuſmodi delinquentes, qui ſe ſponte manifeſtant Inquiſitoribus.

Q. XVI.

De Teſtibus qui falſo coram ordinario atteſtantur de morte coniugis, vel de celibatu volentis contrahere, an ſint puniendi per S. Offitium, & qualiter, & de ijs qui eos ad deponendum falſum inducunt.

Q. XVII.

De teſtibus falſum in hoc, & in alijs criminibus, in S. Officio deponentibus, & de ijs qui iuridice, & legitime interrogatis, negant veritatem.

Q. XVIII.

Quas cauſas, & quos articulos cauſarum Inquiſitores cũ ordinarijs cõmunicare tenentur preſertim in Regnis Hiſpaniarum.

Q. XIX.

De Hermaphroditis, & mutantibus ſexum, qui antea coniugati erant, an ad ſecundas nuptias poſſint trãſire viuente priore coniuge: veluti ſi mulier coniugata in virum proſilit, poſſit licite inire matrimonium cum alia muliere.

Finis Quæſtionum.

NEMO DE SVO HABET NISI MENDACIVM: SI QVIS AVTEM HABET HOMO VERITATEM, AB ILLO FONTE EST, QVEM DEBEMVS SITIRE IN HAC EREMO.

Ex Concil. Auraſic. 2. Can. 22.

LIBER

§. XVI.

De Testibus qui talio coram ordinario attestantur de morte coniugis, vel de celibatu vel contrario, an fint puniendi per S. Officium, & qualiter, & de iis qui eos ad deponendum falsum inducunt.

§. XVII.

De testibus falsum in hoc, & in aliis criminibus, in S. Officio deponentibus, & de iis qui iudicem, & legitime interrogatis, negant veritatem.

§. XVIII.

Quas causas, & quos articulos causarum Inquisitores cū ordinariis cōmunicare teneantur præsertim in Regnis Hispaniarum.

§. XIX.

De Hermaphroditis, & mutantibus sexum, qui antea coniugati erant, an ad secundas nuptias poßint transire viuente priore coniuge: velati si mulier coniugata in virum prosilit, possit inire matrimonium cum alia muliere.

Finis Quæstionum.

NEMO DE SVO HABET NISI MENDACIVM: SI QVIS AVTEM HABET HOMO VERITATEM, AB ILLO FONTE EST, QVEM DEBEMVS SITIRE IN HAC EREMO.

Exc. Concil. Antiochen. Can. 22.

LIBER PRIMVS

DE PROHIBITIONE Plurium coniugiorum simul.

QVAESTIO PRIMA.

Affertur etymologia Bigamiæ, & Biuiriæ.

SVMMARIVM.

1 *Qvid iuuet etymologiæ cognitio.*
2 *Etymologia Bigamię triplex.*
3 *Hæretici qui coniugia detestantur.*
4 *Referuntur auctores qui de factis, & erroribus hæreticorum scripserunt.*
5 *Bigamiæ etymologia amplectenda.*
6 *Alia Bigamiæ etymologia affertur.*
7 *Troia quare dicta fuit Pergama.*
8 Τῶ γαμῶ *explicatur, & illustrantur Plutarchus, & Homerus.*
9 *Biuiria vnde dicta, & qui hoc termino vsi sunt.*

1 QVI virtutes vocabulorum ignorãt de facili parologizantur, nempè decipiuntur, ait *Philosophus Ethic.* 1. quare nimium confert iuxta ipsius doctrinam, in principio vocabulorum cognitionem habere. Id quod benè obseruat *Vlpianus noster*, dum ait, *benè est priusquam ad interpretationem veniamus propositæ materiæ, pauca de ipsius tituli significatione referre l.* 1. *in princip. ff. si cert. pet.* nomina enim significandarum personarum, vel rerum causa adinuenta fuerunt: *Insti. de lega.* §. *si quis in nomine*, & exornat, *Sanchez Crocensis in Paradoxis Parad.* 1. Nos ergo, & Philósophi, & Iuris Consulti præcepta seruantes ab ipsa nominis Bigamiæ cognitione incipiemus, vt ita in offenso pede susceptam tractationem percurrere possimus.

2 Vt ergo ad etymologiam, quæ est nominis interpretatio, deueniamus: *Hostiensis in summa* 1. *p. tit. de Bigamia* §. *vnde dicatur bigamus*, triplicẽ adducit Bigamiæ explicationem: Prima est apud vulgares locum habens, quod videlicet *Bigamus idem sit, quod stultus, & fatuus*, & per consequens Bigamia stultitia, & fatuitas. Bigamus, dicunt isti, quasi bis fatuus. Sed hæc interpretatio nullo pacto est amplectenda, sapit enim temeritatem, & quodam modo hæresim, vt aduertit *Montaigne in tract. de Bigamia quæst.* 2. *nu.* 5. *ex dist.* 30. *c. si qua mulier c. si quis propter Deum, & c. si quis nuptias, c. si*

quis vituperat 31. *dist.* vbi habetur, quod hæresis detestabatur Coniu-
3 gia. Quod fecerunt Marcionistæ à Marcione ducti anno Domini 155. tempore Pij 1. Romani Pontificis, teste *D. Hieronymo lib. 2. contra Iouinianum.* Tatiani, qui a Tatiano Iustini Martyris discipulo anno 173. Soteri Pontificis temporibus, teste *Eusebio Cæsariensi in Hist. Ecclesiast.* originem sumpserunt. Encratitæ, idest continentes ab ipso Tatiano etiam adinuenti, de quibus magna æquiuocatio est apud *Prateolum in elencho Hæreticorum*, qui in verbo Tatiani, & verbo Encratitæ idem per diuersa, & diuersa per idem memoriæ lapsu narrauit; Adamæi, qui fuerunt tempore Victoris Papæ anno Domini 194. vt refert *Guillelmus Lindanus lib. Diuinarum Instit. Dialogo* 2. Hierarchitæ qui a Hierarcha anno 279. Eutichiano Ecclesiam gubernante vixerunt, de quibus habetur mentio *in cap. quædam* 24. *quæst.* 3. Aeriani, siue Aerij, qui vt *D. Augustinus* scripsit *lib. de Hæresibus cap.* 53. sub Iulio primo P. M. anno 342. per Armeniam diuagati sunt; idem senserunt Abelonij, siue Abelanij anno 407. quorum mentio fit a *D. Aug. eodem lib. de Hæresibus*, & degerunt sub Pontificatu Innocentij Tertij. Isti sunt, qui priscis temporibus in hunc errorem lapsi sunt, de quibus videre
4 est, apud *Prateolum in Elencho Hæreticorum, & Gualterium, & Genebrardum in suis Cronologijs, & Alfonsum de Castro contra hæreses. Fratrem Dominicum Grauinam in catholicis præscriptionibus de falsis hæreticorum traditionibus lib. 4. a fol. 606.* de Neotericis vero Hæreticis à Martini Lutheri tempore exortis videbimus infra *quæstione* 12. hoc eodem lib. & de Mahometo in hoc errore concordante.

5 Secunda etymologia est, quod Bigamus significet hominem bini coniugij *à gamos*, quod est coniugium: inde monogamus vnius vxoris vir: trigamus, qui habuit tres vxores, polygamus, qui plures habuit vxores; ita refert idem *Montaigne ibid. nu.* 5.

6 Tertia est, quod bigamus, idem sit, ac duarum vir mulierum, a gamos mulier, vnde Troiana Ciuitas
7 Asiæ dicta fuit Pergama, quia propter mulierem Græcam Helenam, nempe Menelai Regis vxorem igni succensa fuit a πυρ, quod est ignis, & γαμος quod est mulier. quæ tertia explicatio conciliari potest cum secunda, ita vt gamos significet non quamcumque mulierem, sed vxorem ipsam, vt ex *Plutarcho in Numa, & in Romulo notat Hericus Steph. in thesaur. verb. Gamos* γαμος enim
8 peculiari sensu pro vxore vsurpatur, quemadmodum γαμεῖν, a quo deriuatur Gamos, vxorem ducere propriè significat. clarissimè omnium *Suidas*, qui Gamos dici putat quasi δαμος Damos D. in G. mutato, quod mulier subacta sit, & domita, ac viro subdita, quare virgines *Homerus* appellat Adamastas, Indomitas ferocientes. Inde fortè noster Hispanus loquendi modus sumpsit exordium, quia innuptas puellas *Damas* nuncupamus, & Itali, & Franchi, vtique *Damæ* eadem vocant. Hinc Monogamus, & Polygamus, bigamus, seu Digamus, vnam; plures, duas vxores ducens. *Plutarchus in Numa* Γαμον Τατιας ἐλαβε vxorem duxit Tatiam, *In Anthol.* ὡραῖα γαμος puella nubilis decora matura viro. Hinc Agamos sine vxore. Apud *Hom. Iliad. 3. vers.* 40. Paridē obiurgat Hector, atque *vtinam ait sine vxore AGAMOS fuisses, & lib. 1. epigr. quousque fueris Agamos* sine vxore *Numenie*, &c. vnde non sequeretur absurdum, quod *Montaigne* infert ibidem *num.* 11. quod

scili-

ſcilicet vltima explicatio, vel ſit falſa, vel in idem recidat, non enim eſt falſa dum ad vxorem reſtringitur, vt ipſemet aduertit, nec in idem recidit, quamuis ſenſu coincidat, dummodo per diuerſa vocabula.

9 Aduertendum tamen eſt qualiter id quod in viro proprie bigamia dicitur. in muliere minus apte, imo barbare accommodatur: quia ſi, vt dictum eſt bigamia à *bis*, & *gamos*, quod eſt mulier dicitur quaſi duarum mulierum vir in muliere, quæ duos viros habet, impropriè habetur talis locutio. Ideo mihi valde placet differentia *Scoti in* 4. *diſt.* 33. qui quod in viro bigamiam vocat, in muliere biuiriam dicit abis, & a viro, quaſi duorum virorum vxor, vnde *Polyuiria* multorum virorum, ſicut *polygamia* multarum mulierũ, & hoc nomen habetur in *Theſauro linguæ latinæ litera B.* & *Calepinus* Biuiram viduam appellat, quaſi duorum virorum vxorem ex *Varrone*, & *Nonnio*, & *Ioannes Caluinus in Lexicon Iuris litera B.* idem ex *Hieronymo* tenet, & hoc termino vſi ſunt, ſupplementum *Gabrielis Viel. in* 4. *diſt.* 33. *qu.* 1. *propoſit.* 8. accuratiſsimus *Albertinus de agnoſcen. aſſert. quæſt.* 23. *num.* 33. *Ioannes Ianuẽſis Dominicanus*, *in ſumma Catholica lit. B.* & alij.

QVAESTIO SECVNDA
De Definitione Bigamiæ.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertur definitio Bigamiæ.*
2 *Omnis Bigamus eſt irregularis.*
3 *In noſtra definitione irregularitas accipitur, vt genus, bigamia vero vt ſpecies.*
4 *Obiectio quod Bigamia non ſit irregularitas.*
5 *Irregularitas a iure poſitiuo introducta.*
6 *Bigamia in lege veteri permiſſa.*
7 *Multi Patriarchæ plures habuerunt vxores.*
8 *In lege Moyſi non erat prohibitio, ne Bigami ad ſacerdotium aſcenderẽt.*
9 *Salomonis vxores, & concubinæ plurimæ.*
10 *Obiectioni ſatisfit poſitæ nu.* 4.
11 *Explicatur illa particula definitionis* ex defectu proueniẽs Sacramẽti.
12 *Monogamus, & Bigamus in quo differant in ſignificatione.*
12 *Bigami ad ſacros Ordines non admittuntur.*
14 *Quid ſignificat Sacramentum matrimonij non conſumatum.*
15 *Matrimonium de præſenti non conſummatum ſeparatur per ingreſſum religionis, & per alias cauſas ex Pontificia diſpenſatione.*
16 *Matrimonium conſummatum denotat vnionem Chriſti, & Eccleſiæ per incarnationem.*
17 *Matrimonium conſummatum nullo modo ſeparari poteſt, quoad vinculũ.*
18 *Alia ſignificatio Sacramenti matrimonij conſummati ſcilicet vnitas Eccleſiæ ex diuerſis collecta vni viro Chriſto ſubiecta.*
19 *Extra Eccleſiam ſalus non inuenitur.*
20 *Quare ſub noſtra definitione Sacramẽti, veniat Sacramentum matrimonij, & non aliud: reijcitur ratio a Montaine adducta.*

1 ADduximus in præcedẽte quęſtione etymologiam Bigamiæ. Iam nunc ad germanam, & propriam definitionem ipſius accedamus. Hanc tradit idem *Hoſtienſis* de Iure Canonico benemerentiſſimus loco citato, *Bigamia eſt Irregularitas ex defectu proueniens Sacramenti ex cap. Acutius* 26. *diſtinctione.* cui ſimiliter cohærent *cap. nuper c. debitum, & c. Bigami.* quam definitionem ex eo patet eſſe bene allatam, quod nimirum ſit conuertibilis cum ſuo definitio; quæcum-

que enim Bigamia eſt Irregularitas ex defectu proueniens Sacramenti; & quæcumque Irregularitas ex defectu proueniens Sacramenti eſt Bigamia, & perfectè cõtinet omnes qualitates, & conditiones definiti, vt melius ex dicendis patebit: quare merito illam approbat *Montaigne loc. cit. quæſt.* 1. §. 1. apud quem vide huius definitionis explicationem *a nu.* 2. In quo nil aliud mometi, quod ad noſtram rem faciat inuenies. Nos breuiter ſic explicemus. 2 Dicitur eſſe irregularitas, quia omnis bigamus eſt irregularis, hoc eſt ſine regula, vel contra Regulam Apoſtolicam, quæ habetur 1. *ad Thimo.* 3. *c. ibi oportet eſſe vnius vxoris virum*, quod debet intelligi (negatiuè) ideſt non plurium 82. *d. c. propoſuiſti* 26. *diſt. in ſum. c.* 1. *& c ſi.* & contra Regulam ſummorum Pontificum de bigam. per totum, nec non Sanctorum Patrum *Auguſt. Hieron. Amb. & Greg.* 26. *di. per totã* 24. *diſt. cap. ſi quis de laicis cum ſeptẽ Canonibus ſequent.* 31. *q.* 1. *c. aperiant, & c. quomodo, &* 28. *qu.* 3. *per totum.* Item contra Regulam Imperatoris Iuſtiniani *Auth. de Sanc. Epiſ. §. clericos col.* 9.

3 Vbi nota, quod in hac definitione bigamiæ Irregularitas accipitur, vt genus, bigamia vero, vt ſpecies, omnis enim bigamia eſt irregularitas, non vero contra.

4 Dices quo pacto verificatur bigamiam eſſe irregularitatem, cum bigamia fuerit; tum in lege ſcripta veteri, tum in lege naturæ, Irregularitas autem tunc temporis nõ erat, 5 cum ſit de iure poſitiuo ſecundum *Innocentium, & Guil. Dur.* 1. *part. ſpe. tit. de lap. & diſpenſ. §. iuxta diſpẽſat.* ordinem, & communem DD. ſententiam, & hoc irregularitatis vitium à lege Apoſtolica, & Canonica ſumpſit exordium. Apparet autem 6 bigamiam in lege veteri fuiſſe ex eo quod Abrabã, qui pater multarum gẽtium dictus eſt, & cui promiſſio facta, quod Chriſtus ex eius genere naſceretur duas ſimul habuit vxores Saram, & Agar *Geneſ. c.* 16. Iacob etiã duas habuit ſimul vxores 7 ſcilicet Lyam, & Rachel filias Laban, *Gen.* 29. quinimo Aliqui, vt *Toſtatus in Geneſ. quæſt.* 1. *cap.* 29. *to.* 2. *& Pineda de rebus Salom. lib.* 7. *c.* 5. *Ludouicus Stulla in Geneſ. cap.* 30. *fol.* 206. putant Iacob. fuiſſe quadrigamum vocantes vxores Balam ancillam Rachel, & Zelpham famulam Lyæ: huic tamen conceſſus filius vocatus Ieui, ex cuius tribu ſolum ad Sacerdotium promouebãtur per legem Moyſi datam; vnde miniſtri Eccleſiæ dicti Ieuitæ *num.* 1. 2. 3. 4. 17. 18. *&* 25. *c.* Aſſur Bethlemites habuit item duas vxores Halaa, & 8 Naara 1. *Para*, 4. 5. Et in lege Moyſi nulla erat prohibitio, ne bigami ad Sacerdotium aſcenderent. Dauid quoque, qui ſimul Rex Sacerdos, & Prophæta fuit, plures ſimul habuit vxores 2. *Reg. c.* 3. *& c.* 5. Salomon denique, qui templum Domino ædificauit habuit ſeptingẽtas vxores quaſi Reginas, & trecentas concubinas 3. *Reg.* 11. vbi vide *Pinedam de rebus Salomonis lib.* 7. *cap.* 5. *qui num.* 2. probat ex *Paralip.* 11. *&* 21. quod numerus decem, & octo vxorum præfixus Regibus intelligendus fuerit de vxoribus alienigenis, quia vxorum Hebræarum numerus non præſcribebatur, quinimo vſque ad mille inter 9 Reginas, & concubinas in Salomone ipſo extendit *eodem cap. n.* 7.

10 Reſpondeo nos definire bigamiã pro vt modo ex lege Canonica cõplectitur, includitque Irregularitatis vitium: nam ſicut vt iam ſupra diximus ex Montaigne hic terminus (bigamia) eſt nouiter à magiſtris inuentus, ita bigamia ipſa definitur; prout modo ex Apoſtolico

Præ-

Præcepto, & Canonica inhibitione non solum duas, vel plures vxores sub nomine Polygamiæ dicit; verum etiam prout continet impedimentum ad ordines sacros quare vt sic benè stat, quod contineatur sub genere Irregularitatis.

11 Sed præstat modo cæteras particulas explanare scilicet ex defectu Sacramenti proueniens: quæ ita intelligi debent, vt nullo pacto (si de vera bigamia loquamur, in ordine ad quam cæteræ species bigamiæ analogicè definiuntur) negent Sacramentum matrimonij esse in secundis nuptijs ritè, & successiuè contractis; sed solum negent reperiri in secundis nuptijs siue legitimè, siue non legitimè contractis significationem Sacramenti matrimonij, quæ est quædam ipsius Sacramenti perfectio.

12 Etenim qui Monogamus est, vt ait *Bellarm, de matrim. lib. vnico contr. 3. cap. 9. §. Respondeo bigami*, significat Christum ita esse vnum vnius coniugis, nempe Ecclesiæ, virum vt nunquam alteram habuerit; qui autem bigamus est significat quidē Christum esse vnum vnius, quod ad Sacramētum sufficit, sed non significat ita esse vnius, vt non fuerit alterius; carnem enim suam diuidit in plures; quare tum ex defectu huius significationis, tum ob alias causas, de quibus videre est ipsum

13 *Bellarm. in disp. de bigamia Clericorū* bigami ad sacros ordines non admittuntur, & expresse tenent *cap. præcipimus 34. dist.* & alia quam plurima iura relata *a Barbosa de offic. & potestate Episcopi p. 2. alleg. 10. in impress. Lugdun.*

Ad maiorem autem huius significationis explicationem accipe quæ communiter DD. omnes tum

14 Theologi, tum Canonistæ afferunt, scilicet Sacramentum matrimonij non consummatum significare vnitatem siue coniunctionem; quæ est inter Christum, & quamlibet animam fidelem iuxta *Apost. 1. Cor. 6.* circa finem qui autem adhæret Domino vnus spiritus est cum eo; vel si fateamur significare vnionem Christi per charitatem cum tota Ecclesia, adhuc ea dissolubilis est per peccatum mortale quo ad membra, quamuis quoad totam Ecclesiam indissolubilis sit: similiter matrimonium de præsenti nondum consummatum, separatur per ingressum Re-

15 ligionis *c. ex publico, & c. verum de conuer. coniug. & c. commissum de sponsa.* & per alias iustas causas ex dispensatione Pontificis. Coniugium

16 vero consummatum denotat vnionem inter Deum, & Ecclesiam per Incarnationem in vtero virginali contractam iuxta illud *Apostoli ad Ephes. 5.* vbi ait *Sacramētum hoc magnum est, Ego dico in Christo, & in Ecclesia* recitatiuè *in c. debitum de bigam. vt per Concil. Tridentinum* definitum est *sess. 24. de reform. Can. 6.* ibi *si quis dixerit matrimonium ratum non consummatum per solemnē professionem alterius coniugis, non dirimi, Anathema sit*, & tenent *Henriq. in summa gl. 10. cap. 34. §. 3. Emmanuel quæst. regula tom. 3. qu. 1. art. 4. Sayrus in claui Regia f. 6. c. 5. Aegidius de Conink de Sacram. tom. 2. dist. 26. a num. 30. Valeri. Regn. in praxi fori pœnit. fol. 26. a nu. 30. Couarr. de sponsa. part. 1. cap. 1. n. 11. & part. cap. 7. §. 4. & alij, quos refert Cened. in Collect. 29. n. 1. ad decret.* Et sicut ista vnitas est inseparabilis; quia *quod semel assumpsit nunquam dimisit*, ita matrimonium consummatum nullo

17 modo separari potest, quoad vinculum iuxta, quod Christus Dominus ait *quos Deus cōiunxit, homo nō separet Matth. 19. Marc. 10. Luc. 16. c. inter Corporalia in prin. de transla. Epi. 34. qu. 2. c. quos Deo, & c. quoniam de coniugio leproso. Menocch. de præsumptionibus*

nibus lib. 4. qu. 103. nu. 1 & qu. 189. n. 90. & Consil. 245. nu. 8. Gutierr. in repet. cap. quamuis pactum verb. dum nupsit tradebatur *nu. 1. de pactis lib. 6. Marcus Antonius Genuens. in pract. Eccles. qu. 188. num. 2. & qu. 262. nu. 2. & Alij relati a Barbosa in collect. super dictum Caput inter Corporalia de translat. Episcop.*

Est, & alia significatio in Sacramento matrimonij consummati videlicet vnitatis Ecclesiæ ex diuersis Gentibus collectæ vni viro, ideſt
18 Christo subiectæ. Est enim vna tantum Ecclesia ex omnibus fidelibus constans: extra quam salus non
19 inuenitur *de consec. dist. 1. c. Ecclesia c. firmiter* §. *vna vero de Summ. Trin. c. frequens in fi. de excess. Prælat. Extrau. vnam Sanctam 24. q. 1. c. qui vetus.* Hanc triplicē significationem Coniugij Carnalis posuit, *Innoc. gloss. in ver. Sacramentum in c. debitum de bigamis enim ordinandis*, & præter ordinarios in præsenti cap. debitum *Abbatem scilicet Zabarell. Bellarm. Ioan. Andr. vide Viuian. in Rationali p. lib. Iuris Pontificij pagin. 338. Aragon. in compend. Iur. Canon. pag. 120. vide etiam copiose Hostiens. in summa tit. de big.* §. *quare bigamus.*

Ratio autem quare in hac definitione bigamiæ nomine Sacramenti veniat Sacramentum matrimonij
20 non videtur illa, quam affert *Montaigne loco cit.* nempe, quia Matrimonium per Antonomasiam veniat nomine Sacramenti, quia scilicet matrimonium est antiquius cæteris Sacramentis, & dignius ratione instituentis loci status iterationis, communitatis vnitatis, significationis, & societatis. nam absolutè, & per antonomasiam, & ratione dignitatis potius venit Sanctissimū Eucharistiæ Sacramentum pluribus de causis cæteris præstantius, vt habet *Doctor subtilis in 4. dist. 8. quæst. p. tit. d. Suarez tom. 3. super 3. p. S. T. Disp. 39 sect. 2. Cartagena lib. 9. hom. 3.* vel baptismus, qui est ianua Sacramentorum *Cap. cum itaque in fide de consec. dist. 4.* Ratio ergo quare in casu nostro in definitione bigamiæ nomine Sacramenti veniat Sacramentum matrimonij est quia in subiecta materia bigamiæ nomine Sacramenti nullum aliud debet venire nisi Sacramentum matrimonij, vel saltem ex vsu ipso Sacramento matrimonij aptatur.

QVAESTIO TERTIA.

Diuiditur Bigamia in tres species.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio Bigamiæ a Bellarmino adducta pressior.*
2 *Diuisio Sanchez vniuersalior.*
3 *Veræ bigamiæ diuisio.*
4 *Secunda Bigamia interpretatiua refertur.*
5 *Tertia bigamia similitudinaria adducitur.*
6 *Sacerdos matrimonium cum Christo init.*
6 *In sacris constitutus incurrit bigamiā, quamuis cum vnica, & virgine contrahat.*
7 *Quomodo dispenset Episcopus cum Diacono vxorem ducente.*
8 *Professus per vota religiosa si vxorem ducat Bigamus censetur.*

POsita iam explicatione definitionis, vt appareat quam benè quadret definitio veræ bigamiæ principalius per quandam proportionem deinde cæteris speciebus Analogicis discutere oportet quotuplex sit Bigamia. vnde possimus deinde statuere de quanam bigamia hic agamus.

Et quidem *Bellarm. lib. vnic. de*
1 *matrim. controu. 3. cap. 9. in principio* angustiorem, & pressiorem affert diui-

diuiſionem Bigamiæ, quam vt omnes amplecti poſſit ſpecies bigamiæ: non enim ibi videtur curare omnes adducere bigamiæ partes, ſed illas tantum, quæ ad rem, de qua agit, facere poſſunt. ibi enim diuidit bigamiam in illam, quæ eſt plurium vxorum ſucceſſiuè, & in illam, quæ eſt plurium vxorum ſimul.

Vniuerſalius ergo (id quod rei
2 noſtræ magis expedit) triplex, vt ait *Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 83. nu. 2.* ſolet communiter ſpecies Bigamiæ aſſignari à Doctoribus cum *Speculatore tit. de diſpenſat. §. iuxta nu. 6* quamuis *Gloſſ. c. 2. verb. in bigamis de Bigamis* duas priores ex his, quas mox afferemus ſpecies bigamiæ afferat. Prima bigamia eſt vera, quæ eſt quoties quis duplex legitimum matrimonium init, vtrumque conſummans, dicitur que hæc
3 bigamia vera bigamia, quia in hoc duplici matrimonio verè deficit repræſentatio vnius matrimonij Chriſti cum vnica Eccleſia habetur autem hæc ſpecies *d. c. debitum de bigamis c. percipimus d. 34. & cap. fin. eadem diſt. & c. fin. diſt. 51.* Secunda
4 bigamia eſt interpretatiua, quæ eſt cum contrahitur duplex matrimonium, & vtrunque conſummatur, ſed vel neutrum, vel ſolum alterum eſt validum. ad eandem ſpeciem pertinet ſi quis ducit vxorem non virginem; vel licet virginem, duxerit tamen poſt Adulterium eam
5 cognoſcit. Tertia Bigamia eſt ſimilitudinaria, quam contrahit ille, qui ſacris initiatus, aut per vota Religioſa profeſſus matrimonium contrahit, & conſummat etiam cum vnica, & virgine, ita *Sanchez loco cit.* & aduertit *Ioannes Caluinus in Lexicon Iur. verb. bigamia.*

Ratio autem huius bigamiæ ſimilitudinariæ, quæ contrahitur tam ab eo, qui eſt in ſacris conſtitutus; quam etiam a profeſſo in Religio
6 ne, eſt quia hi videntur ſimilitudinarium matrimonium inire cum Chriſto per votum ſolemne, ſi deinde matrimonium carnale contrahant opere ſubſequuto per copulã, omnino videntur bigamiam incurrere propter affectum ad duplex matrimonium; atque adeo reperiri in tali caſu ſimilitudinem Bigamiæ, quæ eſt Ratio tradita *in c. nuper, & cap. fin. de bigamis*, & tenent preter ordinarios in preſenti *Nauarrus in manuali cap. 27. nu. 195. & Conſil p. num. 7. Flamin. de reſignat. lib. 5. q. 3. vide etiam Campanam in diuer. Iur. Can. rubr. 11. c. 6. nu. 12.* Habetur autem, quod in ſacris conſtitutus incurrat bigamiam etiam ſi cum vnica, & Virgine celebret matrimonium ſecuta tamen carnali com-
6 miſtione (id, quod in omni bigamiæ ſpecie tanquam fundamẽtum ſupponi debet) *ex cap. 1. qui clerici vel vouentes*, vbi de Diacono qui vxorem accepit, dicitur poſſe Epiſcopum cum ipſo poſt pœnitentiam per actam diſpenſare, vt officium Diaconi exerceat, *& cap. 2. eod. tit.* de ſubdiacono, qui matrimonium contraxit, ſtatuitur quod ſi in Religionem ingrediatur, diſpenſet cum eo Epiſcopus ad ſuperiores ordi-
7 nes; quod ſi nolit ingredi, non permittat eum ſubdiaconatus munia obire, ſed ſolum in minoribus deſeruire, & ita tenent hanc ſententiã *Gloſſ. fin. cap. ſanè Sacerdotes de clericis coniug. Abbas, Alexander de Neuo Aſtenſis Monald. Turrecremata, Roſella, Armilla, Tabiena, Nauarr. Couarr. Maiolus, Flamin. Humada, & ex Theologis Riccardus, Palud. ſupplementum Gabr. Ledeſma, Toletus, Valentia Manuel, Emmanuel Sà, Philarcus*, & Alij quos refert *Sanch. loco cit. diſp. 81. num. 5.*

Quoad Profeſſum vero per vota
8 Religioſa colligitur *ex cap. quotquot 27. q. 1.* quod eſt ex Synodo Ancyrana

rana *cap.* 18. ſecundum communem DD. intelligentiam; verba autem Canonis hæc ſunt (*quotquot virginitatem pollicitam preuaricatæ ſunt profeſſione contempta inter bigamos, ideſt qui ad ſecundas nuptias tranſierunt, haberi debebunt.* Hic quamuis Canon de fœminis rigorosè loquatur, à fortiori tamen valet in viris, & ita hanc ſententiam amplectitur *Sanchez loco cit. nu.* 8. *vbi citat ex Theologis Riccardum, Palud. ſupplementum Gabr. & Alios*, quos apud ipſum videre potes, & apud *Nicolaum Garſi. de beneſic. p.* 7. *cap.* 6. *n.* 15.

QVAESTIO QVARTA.

Explicatur melius Triplex Bigamia adducta.

SVMMARIVM.

1 *Nomine ſecundarum nuptiarum veniunt ſecundæ, & tertiæ, & reliquæ vlteriores poſt primas contractæ.*

2 *Quatuor modi Bigamiæ interpretatiuæ.*

3 *Opinio aliquorum circa Bigamiam interpretatiuam in eo qui duxit in vxorem a ſe defloratam.*

4 *Explicatur Leo Pontifex in cap. qualis* 30. *q.* 5.

5 *Nullã in hoc caſu Bigamiam nec irregularitatem contrahi affirmatur, & redditur ratio.*

6 *Tale matrimonium retrotrahitur ad tempus defiorationis vxoris.*

7 *Improbatur Alciati ſententia.*

8 *Noſtra ſententia confirmatur.*

9 *Expenditur cap. nuper de Bigamis ad explicationem Bigamiæ interpretatiuæ.*

10 *Affectus ad duplex matrimonium cum copula carnali efficit, vt quis inter Bigamos connumeretur.*

11 *Sententia Henriquez reijcitur.*

12 *Eius rationibus ſatisfit.*

13 *Alius Bigamiæ modus a DD. enumeratus affertur.*

14 *Tertius Bigamiæ interpretatiuæ modus.*

15 *Non incurrit irregularitatem qui virginem ducit, putans eſſe corruptam.*

16 *Cenſuræ nõ incurrũtur ſi deſit factum, & ſola adſit intentio.*

17 *Occidens laicum putans occidere clericum non eſt excommunicatus.*

18 *Contrahens inualidè licet cum vidua vel corrupta non eſt irregularis.*

19 *Qui cognoſcit vxorem adulterij ream quamuis virginem eam duxiſſet eſſe irregularis.*

20 *Diuerſitas opinionum auctorum circa prædicta.*

TRiplicem ex præcedenti quæſtione habemus Bigamiam nempe veram quæ eſt quando quis ſucceſsiuè tranſit ad ſecundas nuptias ritè celebratas. Vbi aduerte

1 nomine ſecundarum nuptiarum venire ſecundas, tertias, quartas, & alias vlteriores poſt primas contractas, vt habetur *per Gloſſam in Rubrica ff. de vulg. & Pupill.* & colligit *Goffredus ibi, & Alexander conſ* 6. *num.* 5. *verſ. quia reſpondeo f.* 7. *Card. Tuſch. concl.* 161. *uu.* 6. *Menocch. conſ.* 4. *num.* 38. Habemus ſecundo interpretatiuam, quæ pluribus modis accidit vt ſupra innuimus.

Hi verò ad quatuor reducuntur.

2 Primus eſt ſi quis duplex contrahat, & conſummet matrimonium alterum validum, & de iure, alterum inualidum, & de facto, quod poteſt accidere ſimul, vel ſucceſſiuè. Secundus modus eſt quando duo init matrimonia de facto; ideſt ambo irrita; quod itidem dupliciter accidere poteſt; vel ſimul, vel ſucceſſiuè. Tertius quando ducit viduam commiſtione ſecuta iam à priori viro cognitam, vel ab alio corruptã. quartus quando, & ſi quis duxerit virginem; deinde eam adulteram effectam carnaliter cognoſcit.

Ad-

Addunt Alij Bigamiam etiam contrahi interpretatiuam ſi quis a ſe prius defloratam ſibi matrimo-
3 nio conſummato coniugat. Fundantur autem hi *in cap. qualis* 30. *q.* 5. quod eſt *ex Leone Papa*, vbi modus traditur, quo quis poſſit vxorē
4 ducere abſque bigamiæ defectu his verbis (*qualis debeat vxor eſſe, quæ habenda eſt ſecundum legem virgo caſta, & deſponſata in virginitate,*) *& cap. vnico de clericis coniugatis in 6. ibi* (*qui cum vnicis, & virginibus contraxerunt*) vbi videtur omnino requiri virginitatem vxoris tempore contracti matrimonij, & ita tenent *Anton. Gomez tom. 3. cap. 10. num. 4. Carol. de Graſſis de eff. Cler. eff. 1. nu. 8. & Alij relati ab Auguſt. Barboſa in collect. ſuper 6. decret. cap. vnic. de cleric. coniug. nu. 6.* Et rationem adducere poſſunt quia ſcilicet nullo pacto ſeruatur ſignificatio vnionis Chriſti cum Eccleſia in tali matrimonio, in quo fœmina iam corrupta coniungitur.

5 His tamen non obſtantibus puto in tali caſu nullam contrahi bigamiam nec irregularitatem, & Ratio breuiter eſt quia eatenus hęc Irregularitas bigamiæ in ducente corruptam contrahitur, quatenus ex Iuris interpretatione cum mulier diuiſerit carnem ſuam in plures, vir, qui cum illa matrimonio coniungitur, cum efficiatur cum ea vna caro, cenſetur etiam carnem ſuam diuidere in plures, in noſtro autem caſu nullatenus vir diuidit carnem ſuam in plures; cum re vera mulier illa ab alio cognita non ſit.

Adde etiam, quod illud matrimonium retrotrahitur ad tempus,
6 quo ipſam defloravit, vnde prędecedens vitium purgetur; ac ſi virginē duxiſſet. *ex cap. tanta qui filij ſint legitimi*, *Butri. nu. 2. & 4. Zabarella num. 2. Abbas nu. 7. Anch. num. 10. Tiraq. de Iure primog. q. 34. num. 34. Couarr. de ſponſ. par. 2. cap. 8. §. 2. nu. 26. Mantic. de coniect. l. 11. tit. 12. nu. 18. Roland. conſ. 100. num. 14. Surd. conſ.*
7 *309. n. 24.* ſolum *Alciat. in Paradox. cap. 12.* contrarium abſq; ratione ſentit; vnde non valet Ratio adducta à contraria ſententia quia nimirum falſum eſt hic non ſeruari ſignificationem Sacramenti ex eo quod dictum eſt non diuidi carnem in plures, in quo conſiſteret defectus ſignificationis; Et eodem pacto reſpōdemus ad textus adductos quod ſcilicet loquantur de virginitate
8 quatenus mulier ab alio non ſit corrupta. Hanc ſententiam amplectuntur *ex Theologis D. Thomas in 4. diſt. 27. q. 3. art. p. q. 3. adſecundum*, *Riccardus ibi art. 4. q. 1. in cap. Palud. quæſtione cit. art. 2. num. 19. Maior. q. 6. colum. 2. verſ. & ex illo Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 84. num. 14. & Alij ab ipſo ibidem relati.*

Iam vero ex quatuor modis poſitis interpretatiuę bigamiæ priores duo etſi non habeantur expreſſi in Iure, rationabiliter tamen colligun tur à DD. ex ratione tradita *in cap.*
9 *nuper in fin. de Bigamis*; vbi inducitur clericus, qui cum matrimonium ante ſacros ordines duxiſſet; deinde aliud poſt ſuſceptum ordinem inijt. hic ergo inter bigamos recenſetur non quidem propter defectum Sacramenti, quia ſecundum matrimonium nullum eſt, ſed propter affe-
10 ctum ad duplex matrimonium ex parte ipſius clerici copula carnali ſubſecuta; cum ergo eadem ratio reperiatur in duobus modis prioribus iam dictis; merito DD. inter bigamiæ modos, & quidem interpretatiuæ enumerant.

11 Vnde non eſt audiendus *Henriq. qui lib. 11. de matrim. cap. 6. num. 6.* negat ſpeciem bigamiæ eſſe quando duplex matrimonium contrahitur vtrumque inualidum; quia nimirum ait ipſe, cum nullum ſit ve-

rum matrimonium, non datur defectus Sacramenti, præſertim vero cũ in iure non reperiatur expreſſus talis caſus. Nam ſatis Reſpondetur ex dictis *ex cap. nuper in fine de bigamis*; vbi affertur ſimilis ratio, & ad ratio
12 nem ipſius *Henriquez*. Reſpondetur ſatis eſſe quod ex parte ipſius contrahentis ſit defectus Sacramenti per affectũ ad duplex matrimonium opere ſubſecuto. quare hunc modũ amplectuntur ex Theologis *Riccardus 4. diſt. 27. art. 4. q. 3. art. 1. ad fin. Sotus q. 3. ar. 1. colum. 4. D. Anton. 3. p. tit. 28. cap. 3. Sanch. loco cit. diſp. 84. nu. 3. & Alij ab ipſo relati.*

13 Alium modum nempe quando alterum matrimonium eſt validũ, alterum inualidum, ſiue ſimul, ſiue ſucceſſiuè contrahantur, defendunt *D. Thom. diſt. 27. q. 3. art. 1. q. 1. in corp. & ibi Durandus q. 4. num. 7. Maior, Viguerius, Riccardus, Palud. ſupplementum Gabr. Sotus, Palacios, Angles Bellarm. Valentia, Henriquez, Toletus, Ledeſma, Lopez, Philarcus, Manuel, Llamas, Vega, & Alij à Sanchez relati loco citat.* quos ipſe ſequitur.

14 Tertius modus bigamiæ interpretatiuæ ſcilicet quãdo quis conſummat matrimonium cum vidua à priori viro corrupta, vel cum corrupta ab alio per copulam illicitam. habetur *cap. p. & cap. debitum de bigamis, & c. vnico de Clericis coniugatis in 6. & cap. curãdum diſt. 34. quod eſt ex Hilario Papa in Synodo Romana Cap. 2. & Cap. præcipimus eadẽ diſtin.* quod eſt ex *D. Greg. in Epiſt. lib. 2. Epiſt. 25. & cap. fin. eadem diſt.* quod eſt *ex Gelaſio Papa, & cap. ſi quis viduam* El primero *eadem diſt. quod eſt ex Innocentio Papa Epiſt. 2. cap. 5. & cap. ſi quis viduam* el ſecundo *eadem diſtin.* quod eſt *ex can. 18. Apoſtolorum, & cap. ſi quis viduam 50. diſtinction.* quod eſt *ex Concilio Martini Papæ cap. 26. & cap. fin. diſt. 51.* quod eſt ex *Concilio Toletano 4. cap. 18. & cap. qualis 30. q. 5.* quod eſt ex *Leone Papa, & cap. Nemo*, quod eſt ex *Synodo Meldenſi diſt. 32. & capit. Matrimonium diſtin. 33.* quod eſt ex *D. Greg. Papa*, ſuper quibus *vide Barboſam in collecta. ſuper ipſis*, & DD. ab eo relatos, quos conſulto omitto breuitati ſtudens.

Vbi aduertendum primo non incurrere bigamiæ irregularitatem
15 qui virginem ducit, putans tamen eſſe corruptam. Et Ratio eſt quia cenſuræ non incurruntur ſi deſit factum, &
16 ſola adſit intentio; nõ enim quis excommunicatus eſt ſi putat ſe occidere clericum: reuera autem laicum occidit. Et ita tenent *Cucus lib. 4. Inſtit. Maior. tit. 12. Sãchez lib. 7. de mat. im. diſp. 84. n. 7.* apud quem loco citato *nu. 39.* vide rationem curnimirum vnicum matrimonium corrupti cum virgine non reddat corruptum ipſum irregularem, & bigamum.

Aduertendum ſecundo non incurrere bigamiam illum, qui contrahit cum vidua, vel cum illicite
18 corrupta (excipimus autem ab hoc caſu, tum in ſacris conſtitutum, tum etiam Religioſum profeſſum) quãdo inualidum eſt matrimonium propter aliquod impedimentum etiam ſi iuxta Eccleſiæ præſumptionem ſit validum, non autem in foro conſcientiæ. Et Ratio eſt quia nullo id Iure ſtatuitur iuxta Regulum *non præſtat de Regulis Iuris in 6.* vbi generaliter habetur minime præſtare impedimentum, quod de Iure non ſortitur effectum. Et ita *Card. Tuſc. pract. concluſionum tom. p. litera A. concl. 139. num. 2. & tom. 5. litera N. Gonzales ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 57. num. 30. cum ſequen. Gratia. diſcep. Forenſ. cap. 58. num. 6. cum ſequen.*

Quartus, & vltimus bigamiæ interpretatiuæ modus eſt, quando

quis

quis rem habet cum vxore Adulte-
19 rij rea, quamuis virginem duxerit iuxta *cap. ſi cuius diſt.* 34. quod eſt ex *Concilio Neocæſariẽſi cap.* 8. Et quidem ſecundum *Sanchez, & alios ab ipſo relatos loco cit. num.* 15. etiam ſi maritus neſciat adulterium vxoris. In quo caſu *Præpoſ. d. cap. ſi cuius, & Bernardus Diaz pract. Canonica in noua editione cap.* 16. *ad finem, Anton. Cucus lib.* 4. *Inſtit. Maior. tit.* 12. *num.*
20 164. volunt ſolum repelli bigamum à promotione ad vlteriores ordines, non vero ab executione ſuſceptorum. Alij nullam incurri Irregularitatem. Et Ratio ipſorum eſt, quia cum homo non quatenus ſenſualis eſt, ſed quatenus rationalis incurrat Irregularitatem, oportet, vt rationales ſint etiam actiones illæ, ob quas incurrit irregularitatem, Id quod non euenit in caſu, in quo maritus ignorãter cognoſcat Adulteram. Et ita videntur tenere *Gloſſa cap.* 2. *de bigamis verbo in bigamis, Rebuffus de pacificis poſſeſſionibus nu.* 194. *Lex regia municipalis vtriuſque Caſtellæ tit.* 5. *par. p. Greg. Lope. ea leg.* 35. *verb. que ver*, vbi dicto vocant hanc ſententiam æquiorem. Et expreſſe *Sà ſumma verb. irregularitas vbi de bigamis num.* 3. *Petrus de Ledeſma de matrimo. q.* 66. *art.* 3. *colum. penult. Azor in Tit. morali fol. primo cap.* 16.

Habemus Tertio bigamiam ſimilitudinariam, de qua ſufficiẽter adduximus rationes, & auctoritates, & ex dicendis magis confirmabuntur duo illi modi de conſtituto in ordine ſacro, & de profeſſo Religioſo.

QVAESTIO QVINTA.

De quanam Bigamia noſtrum Inſtitutum ſit agere.

SVMMARIVM.

1 *QVæritur, quænam bigamia ad noſtram tractationem pertinẽt.*

2 *De bigamia illa agimus quæ pertinet ad Tribunal S. Officij.*

3 *Auctores qui tractant de irregularitate bigamiæ.*

4 *Vera bigamia non pertinet ad noſtrã tractationem niſi per quãdam proportionem.*

5 *Catholici non dicunt ſecundas nuptias non debere benedici, quia non continent Sacramentum.*

6 *Montani, Tertulliani, & Nouatianorum error de ſecundis nuptijs.*

7 *Secundæ nuptiæ, & vlteriores ſecundũ Catholicos licitæ.*

8 *Inſolitus coniugiorum ſucceſſiuorum numerus.*

9 *Ratio quare ſecundæ nuptiæ non benedicuntur.*

10 *Gratianus abſoluitur à Kemnitij calumnia.*

11 *Affertur bigamia de qua hic agimus.*

1 ADducta iam, & explicata triplici Bigamiæ diuiſione, Reſtat modo ſtatuere, quinam ex his omnibus modis ad rem noſtram pertineant. qui vero non, vt ita poſſimus clarius, diſtinctiuſque procedere. Ex titulo autem libri, & ex
2 præfatione ipſa iam conſtat, nos de Bigamia illa agere, quæ ad Tribunal Sãcti Officij quoquo modo pertinere poteſt, cętera valere iubentes, & relinquentes ijs Auctoribus, qui ex profeſſo, vel de Irregularitate in Generali, vel de Bigamiæ Irregularitate tractant, prout ad Sacrorum ordinum, vel promotionẽ, vel executionem ſpectat, vel de matrimonio ipſo propriam tractationem inſtituunt; ex quibus lector omnia ad prædicta ſpectantia ad placitum decerpere poteſt præcipue videndi ſunt ex peritis vtriuſque Iuris *Azon. Hoſtiẽſis, & Goffred. in ſumma tit. de Bigamis ſpeculat. ſub tit. de Diſpenſat. D. Anton. part.* 3. *tit.* 28. *cap.* 3. *Couarr. in Clemẽt. ſi furioſus de homic. p.* 1. *§.* 2. *Villadieg. tract. de*
3

Irregul.cap. 13. *Maiol. tract.de Irregul.lib.* 1.*cap.* 33.*Bertachin. in ſuo Repert.litera B.verb.bigamus, Zerola in praxi Epiſc.p.*2.*verb.bigamus, Borgas de irregul.p.* 5.*tit.de Bigamis, Nauar. in Manuali cap.*27.*num.* 191. *Vgolinus de Irregul.cap.* 56. *Tuſcus practic. concluſionum verb.bigamus concl.* 92. *Farinac.fragm.crimin.p.*2.*lit.B.a nu.* 112. *Garſias de Beneficijs p.* 7. *cap.* 6. *Barboſa de poteſt.Epiſcop.par.*2. *alleg.* 49. *Vener.in Exam. Epiſc. lib.*2. *cap.* 25. *Squillant.de priuil.cler. c.* 4. 6. *&* 7. *& omnes Canoniſtæ in rubr. de Bigamis. Ex Theologis Sotus in* 4. *diſt.* 27. *q.* 3. *Molin. de Iuſt. tract.*3.*diſp.* 67. *Henriq. Sum.lib.*14.*c.* 4. *& lib.*2. *de matrim.c.*6. *Suarez de Cenſuris diſp.*49. *Valent.tom.*4.*diſp.*7.*quæſt.*19. *pun.*3. *Tolet. Summa lib.*1.*cap.* 59. *& ſequen. Sanch. de matrim. lib.*7.*diſp.* 83. *Rebell. de oblig.Iuſtit.lib.*3.*de matrim.qu.*20. *Coninch de Sacram. diſp.* 18.*dub.*11. *Auila de cenſ.p.* 7. *diſp.* 8. *Turrian. in tract. de Irreg. Dian. Reſol.Moral.p.*4.*tract.*7.*reſol.*4. *Bonac. de matrim.quæſt.*3.*pun.* 10. *& de Cēſ. diſp.*7.*qu.*2.*p*4*n.*4. *Sayr.de Cenſur.lib.* 6.*cap.*3.*& ſequen.Philiar,de offic. Sacerd.p.*1.*lib.*4.*c.*7. & Denique Summiſtæ V. Bigamia. Nos vero prout in præfatione diximus, breuitei (prout rei noſtræ conducere videbimus) attingemus.

4 Et quidem ſi de vera Bigamia ſermo ſit, ea nullatenus in noſtram tractationem cadit directè, ſed ſolum vt modo fecimus; quatenus in partitione bigamiæ in generali venit, & aliquo alio modo per quandam proportionem, & pro maiori explicatione ad rem noſtram facit

5 Nō enim, vt malè ſomniat *Kēnitius in* 2.*p.examinis pag.* 1226. adductus *à Bellarm.controu.*3.*lib. vnic. de matrim.cap.*9. Catholici exiſtimant, ſecundas nuptias non debere benedici eo quod non contineant Sacramentum, & fornicariæ commiſtiones ſint in cuius erroris gratiam ipſe *Kemnitius* allegat decretum Gratiani *Can. hac ratione, & Can. quomodo* 51.*q.*1. ſed per calumniam hęc

6 effutit *Kemnitius tamen* contra Catholicos, tum etiam contra Gratianum ipſum, *& Montani* errore (teſte *S.Auguſtino in lib.de hæreſ.cap.*26. *& Tertulliani*, vt patet ex ipſius libro de Monogamia, & Nouatianorum teſte *Theodoreto lib.*3. *de fabulis Hæreticorum*) Catholicos implicat,

7 quiomnino contrarium docent, nēpe ſecundas nuptias licitas eſſe, & omnes alias vlteriores; atque adeò vera matrimonia, & Sacramenta eſſe. idque praxis ipſa comprobat. iuxta *Apoſt. doctrinam Rom.* 6. *&* 1. *Cor.*7.*vbi, ait* (*ſi dormierit vir eius cui vult nubat tantum in Domino*) quem locum exponens *D. Auguſtinus lib.de bono vid.cap.* 12. obſeruat, D. Paulum non dixiſſe ſi dormierit primus vir, aut ſecundus, aut tertius, ſed indefinitè vir eius; quare licitæ erunt vlteriores, & vlteriores nuptiæ; quare mirum non debeat eſſe ex hoc cap. quamuis aliàs ſit:

8 id quod *D.Hieron.in Epiſt. ad Gerōtiam de Monogamia* ſcribit, nempe Damaſi tempore fuiſſe Romæ par coniugum, quorum alter viginti vxores ſepelierat, altera maritos viginti,& vnum. Ratio autem quare

9 ſecundæ nuptię non benedicuntur, non eſt, vt rectè ipſe *Kemnitius* aſſerit; quia careant Sacramento, quod ſupra etiam negauimus, ſed qnia, vt ait *Bellarm.loco cit.* benedictio in primis nuptijs data non perit. Et hanc eandem rationem tradit *Durandus in Rational. diui norum* 1.*par.fol.*2.*cap.*10.*ex cap.*1.*de ſecundis nuptijs, vbi idem tenent clarus f.*5. §.*fin qu.*75.*n.* 2. *Menocch. de Arbitr. caſu* 417. *Guttier.de matrim.cap.*106. *num.* 14. *cum ſequent.* vnde non debent de nouo benedici; quia iam fuerunt benedicti.

Por-

Porrò Gratianum immerito culpat Kemnitius; cum Gratianus eo
10 dem loco manifestè asserat, licitas esse secundas, & vlteriores nuptias, & ad id confirmandum adducat D. Hieronymi, & Augustini testimonia: Canones vero, quos citat Kēnitius facilem habent solutionem, vt videre est apud *Bellarm. loco citat.*
11 Relicta igitur vera Bigamia ad interpretatiuam deueniamus, & similitudinariam: Et quidem priores duo modi interpretatiuæ bigamiæ, dummodo matrimonia simul contrahantur pro re nostra sunt: Hi nēpe sunt vt diximus; primus si quis duplex contrahat matrimonium, & consummet alterum validum, & de Iure, alterum inualidum, & de facto. secundus modus quando duo init matrimonia de facto, idest ambo irrita. Ex similitudinaria vero vterque modus ad rem pertinet; quare circa hos quatuor modos præcipua erit nostra tractatio, quod Deo iuuante conabimur præstare.

QVAESTIO SEXTA.

De Grauitate delicti Bigamię apud Christianos.

SVMMARIVM.

1 *ADmonitio de generali doctrina bigamiæ.*
2 *Proprior, & principalior modus bigamiæ ad nostram tractationem pertinens.*
3 *Bigamia de qua agimus adulterij graue scelus continet.*
4 *Bigamus simultaneus in quo sit peior alijs adulteris, & fornicarijs.*
5 *Papæ Nicolai I. in bigamiam inuectio.*
6 *Bigamus cognoscitur retēta priore cōiuge: posteriorem amittere.*
7 *Flagitium adulterij à Lamech cōmissi in bigamia simultanea nōnisi Christi sanguine abolitum, ex grauissima prædicti Nicolai Papæ sentētia.*
8 *Christus Dominus secundum Euangelium septima, & septuagesima generatione luxit in mundum.*
9 *Monogamia initio nascentis mūdi à Deo ipso commendata, & præcepta.*
10 *Quatuor fines matrimonij recēsentur: & quinam sit finis primarius ostēditur.*
11 *Bigamia non aduersatur primario fini matrimonij, sed aliquātisper impedit.*
12 *Luxuriosi minus fœcundi esse solent.*
13 *Tres tantum filij vnus masculus, & duæ fœminę susceptі fuere Salomoni ex mille vxoribus.*
14 *Bigamia aduersatur secundo fini qui est cohabitatio vxoris cum viro.*
15 *Occasio Inuidiæ inter plures vxores.*
16 *Vxor subdita viro vt socia non vt famula.*
17 *Aurea D. Athanasij sententia contra muliebrem ambitionem.*
18 *Bigamia aduersatur tertio fini matrimonij cum maximo castitatis periculo.*
19 *Bigamia aduersatur quarto fini nempe significationi Sacramenti.*
20 *Non leuiter peccare videntur bigami simultanei in eo, quod fraudāt Sacramentum matrimonij sua significatione.*
21 *Videtur posse dici dispensatum cum genere humano statim post ipsam institutionem matrimonij ad cōtrahēdas succesſiuè vlteriores, & vlteriores nuptias.*
22 *Primum illud matrimonium Adami, & Euæ fuit significatiuum matrimonij Christianorum, quod est verum Sacramētum, & significat vnitatem Christi, & Ecclesiæ.*
23 *Sacramētum matrimonij in secūdo inualidè contracto, suo effectu frustratur.*
24 *Frustratoria esset traditio corporis in secūdo matrimonio, cum tam alteri in primo matrimonio traditum sit.*
25 *Qui sine debita dispositione accedit ad Sa-*

Sacramẽtum pœnitẽtiæ ſacrilegium committit.

26 *Aliqui in illud extremum abierunt, vt negent poſſe à quacumq; potentia ad bigamiam diſpenſari.*

27 *Bigamia ſi ſine diſpenſatione diuina fiat plures inuoluit malitias.*

28 *Rationes contra bigamiam non cõuincunt nõ poſſe à Deo diſpẽſari.*

29 *Damnum illatum per bigamiam Innocẽti mulieri.*

30 *Hydra Lernæa Herculi oppoſita.*

31 *Bigamia ſapit hæreſim.*

32 *Enumerantur omnes malitiæ bigamiæ.*

33 *Sericus Papa in bigamia committi ſacrilegium aſſerit.*

34 *Bigamia eſt cõtra diuinum præceptum, pro quo affertur Concilium Nicænum.*

35 *Affertur etiam Cõcilium Tridentinum cõtra bigamiam.*

36 *Chriſtus Dominus derogauit diſpẽſationem ad bigamiam.*

37 *Trãſitus ad ſecũdas nuptias retẽta priore magis prohibitus.*

38 *Probabile eſt, cauſam diſpẽſationis ad polygamiã ceſſaſſe multo ante aduẽtum Chriſti.*

39 *Cauſa diſpẽſationis ad bigamiam ſecũdum Bellarminum fuit paucitas hominum poſt diluuium.*

40 *Valẽtinianus inexcuſabilis ob bigamię legem: & cauſa legis per antiphraſim repræhẽditur.*

41 *Cardinalis Baronius vindicat Valentinianum à tali lege.*

42 *Ethnici apud Romanos monogamiam coluere.*

43 *Pœnæ contra Bigamos ab Imperatoribus latæ.*

44 *Vxorem habẽti cõcubinam habere nõ licuit apud Romanos.*

45 *Vix excuſantur à culpa Imperatores Chriſtiani, qui repudium conceſſerunt.*

46 *Secundum antiquum Barboſam indiſſolubilitas matrimonij non ita bene intellecta in primitiua Eccleſia.*

1 HAEc Tractatio non ſine cauſa cœteris præmittitur; eſt enim tanquam fundamentum cæterarum tractationum, & quaſi Regula. Vnde iudiciorum, & pœnarum accipiatur modus. vt autem planè, & dilucidè procedamus, aduertendum eſt, dum quaſdam generales de Bigamia doctrinas afferimus

2 proprius, & principalius de primo modo Bigamiæ ad noſtram tractationem ſpectantis nos loqui, nempe, quando inito primo matrimonio valido, ſecundum inualidum, primo exiſtente contrahitur. Cœteris vero modis, prout in illos cadere poteſt, doctrina aptetur.

3 Atque, vt hinc exordiar grauiſſimo Adulterij crimine hæc bigamia fœdata apparet; quaſi fœtidiſſimo, ac liuido iniuſtitiæ, & libidinis cœno conſpurcatà: quando coniugalis fœderis, & honeſti thori ſpretis legibus ad non conceſſa cubilia quis

4 per ſummum dedecus tranſit: tantoque alijs Adulteris, fornicarijſq; impudentius; quanto firmiùs matrimonij legibus ſuam concupiſcẽtiam ſtabilire conatur.

5 Quod vitium bigamiæ ex hoc adulterij capite grauiſſimis ſententijs repræhendit *Nicolaus Papa primus ad cõſulta Bulgarorum cap.* 5. his verbis [*Duas tempore vno habere vxores, nec ipſa origo humanæ conditionis admittit; nec lex Chriſtianorum vlla permittit. Nam Deus, qui fecit hominem ab initio maſculum vnum fecit, & vnam fœminam tantum, cui potuit vtiq; ſi vellet, duas vxores tribuere, ſed noluit. Scriptum quippe eſt, propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ; non dixit vxoribus. Et iterum erunt duo in carne vna, maſculus ſcilicet, & fœmina in carne, & non tres, aut plures. Itaque apud quem vno tempore duæ vxores inueniuntur, interim priori retenta, poſteriorem cogatur*

6 *amit-*

amittere, Insuper, & pœnitentiam, quam loci Sacerdos prouiderit, compellatur susscipere. Denique hoc tam immane scelus est, vt homicidij quidem peccatum, quod Cain in Abel fratrem suum commisit, septima generatione
7 *Catachismo vindicatum fuerit. Adulterij autem flagitium, quod Lamech. primus omnium in duabus vxoribus perpetrauit, nonnisi sanguine Christi abolitum extiterit, qui septima, & septuagesima generatione secundum Euãgelium luxerit in mundum*] quæ verba cum per se ipsa pateant, nulla alia indigent declaratione: similia etiam habet *Innocentius 3. in c. Gaudemus de Diuortijs.*

9 Illud autem sine ponderatione prætereundum non est. quod Deus ipse initio nascentis mũdi ex vnius viri, vniusque fœminæ conditione, & coniugio vehementer monogamiam inculcarit; bigamiam vero prohibuerit. vnde Lamech ausum contra Diuinam legem ita puniendum, exclamarit Nicolaus Põtifex iam citatus. Rationes vero huius Diuini Præcepti si inuestigemus, & Monogamiæ laudes inde, & Bigamiæ alia malitia, & repræhẽsio emergent.

10 Iam vero ex finibus ipsius Matrimonij peti possunt, qui à *Bellarm. cap. 10. lib. vnic. matrim.* quatuor recensentur. Finis primarius est susceptio, & educatio prolis, alter finis est domestica societas, & communicatio operum, quæ ad vitam necessaria sunt: nam vt *Arist. docet in Ethicis lib. 8. cap. 12. coniuges non iunguntur solum ad prolis procreationem, vt cætera Animalia, sed etiam ad conuiuendum vt familiam regant, & inter se munia domestica partiãtur.* Tertius finis est, vt sit coniugium in remedium contra concupiscentiam. quartus finis est, vt sit Sacramentum Christi, & Ecclesiæ, vt supra dictum est.

11 His positis, etsi bigamia primario fini, ideſt susceptioni, & educationi prolis non omnino aduersetur, cum possint ex pluribus vxoribus, & filij susscipi, & ab ijsdem educari vt patet, at eum aliquantisper impedit, vt benè aduertit *Pontius lib. 7. de matrim. cap. 49.* nam luxu-
12 riosi minus fœcundi esse solent, vt in Salomone apparet, qui cum tot vxores, vt supra diximus habuerit; tamen vt Suidas ait (ex mille vxo-
13 bus solus illi mas natus est Roboam filius, & ipse ex Alienagena Noama Ammonitide indignus imperio,) & duas præterea filias Esaphet, & Basemat 4. *Regum* 11. Cum alijs etiam enumeratis finibus non benè con-
14 gruit, Et quidem cum secundo fine quæ est habitatio viri cum vxore ex eo pugnat quia ex pluralitate vxorum potius inuidiæ, rixæ, & iurgia inter fœminas ipsas, & inter virũ, & cõiuges, quã bona domus gu-
15 bernatio oritur, & inuidiæ ex varijs capitibus. diligitur præ alijs vna ex coniugibus, rumpuntur ilia aliarũ: solertior alia: istam ad torporem æmulatio inuocat, præcipit huic aliquid vir: sed hæc alij præcipiendum potius clamat. Hinc domus repletur iurgijs, & contentionibus. quæ vero pro liberis ipsis pugnæ continuæ exoriantur, prudentis lectoris considerationi relinquitur.

Præterea etsi subdita sit vxor viro, at non vt famula, sed vt socia, &
16 collateralis, vt ait *Arist. 8. Ethic. c. 9.* & cum viro ipso quamuis secundario principatum tenens: omnis vero principatus vt cum pace administretur, singularitate opus habet. Vnde Terentianum illud *nec Regni Sancta Societas.* quæ vero confusio, potius, quam ordinata administratio sit inter tot fœminas principes quis non videt? vnde non immerito hic, vbi agimus de ambitiosa dominandi libidine mulierum, aptari videtur

detur ſententia *D. Athan. qu. 97. ad*
17 *Antiochum verum etiam vnica mulier data viro, & ipſi, & mundo infidiata eſt. quid futurum cum mundo ſi ab initio vni homini feciſſet Deus duas vxores.*

18 Aduerſatur etiam Bigamia Tertio fini matrimonij, cum enim hæc ſit in remedium concupiſcentiæ *cap. nuptiarum 27. & q. 1.* non poteſt vir plurium vxorum concupiſcentiæ ſatisfacere, etſi plures peterent debitum ſimul, magna inter riuales lis, & contentio oriretur cum maximo Caſtitatis periculo non admiſſarum ad thorum. *ita Bellarm. loco citato.*

19 Quartum etiam vehementer oppugnare finem, apparet, bigamiam; nulla enim bigamia eſt repræſentatio vnitatis Sacramenti ſponſi Chriſti cum Eccleſia, vt iam ex dictis apparet.

Ex eo igitur, quod Bigamia pugnet cum finibus matrimonij modo explicato, apparet, quam grauiter peccent hi, qui ſimul plures ducunt vxores, & non leuiter quidem,
20 vt videtur ex eo quod Sacramẽtum fraudatur ſua ſignificatione; quæ quidem eſt vnius Chriſti cum vna Eccleſia, cum autem hoc per iniuriam fiat nimirum per matrimoniũ non ritè contractum, atque adeò peccaminoſum, videtur ipſe defectus ſignificationis iam dictæ peccaminoſus eſſe, etſi alioqui in matrimonio ritè contracto talis non eſſet, ſed licitus, vt ſupra dictum eſt, ſeu potius matrimonium ritè contractum, quamuis cum tali defectu licitum eſſet. Id quod probatum ſatis eſſe poſſet. ſi hoc principium admittamus, nimirum ſi diſpenſa-
21 tum dicamus cum genere humano immediatè poſt ipſam inſtitutionẽ matrimonij in initio mundi celebratam per illa verba *creſcite, & multiplicamini*, ad contrahendas vlteriores, & vlteriores nuptias ſucceſſiuè, alioqui deuiantes a primo illo matrimonio vnius viri cum vnica vxore, in dicta prima mundi
22 conditione celebrato ſignificatiuo matrimonij Chriſtianorum, quod eſt verum Sacramentum, & ſignificet vnitatem Chriſti, & Eccleſiæ, quæ ſignificatio ad hoc, vt ſit perfecta non debent nuptiæ neque ſucceſſiuè iterari, vt apud omnes Catholicos in confeſſo eſt ex Apoſtoli doctrina ſupra tradita. Cum autem diſpenſatio hæc non poſſit cadere, niſi in nuptias rite contractas, & propter bonum prolis, & remedium Caſtitatis, & alios fines matrimonij. Hinc apparet, quod peccent hi, qui contra talem diſpenſationem, & contra ipſius matrimonij fines ad vlteriores nuptias ſuam libidinem extendunt, per bigamiam plurium ſimul, quæ & alijs matrimonij finibus opponitur, & directius opponitur vnioni vnius Chriſti cũ vnica Eccleſia.

23 Sed quicquid de hac iniuria ſignificationis ſit; negari non poteſt maximam inferri iniuriam Sacramento, ex eo quod Sacramentum ipſum ſuo effectu fruſtratur, dum applicatur in valido contractui; vnde Sacramentum nullatenus conſiſtit; atque adeò grauiſſimè contra Religionem peccatur, & maxima iniuria efficererur Sacramẽto, quia ſecundum veriorem ſentẽtiam eorum, qui tenent Sacramenti matrimonij materiam eſſe corpora contrahentium; formam vero conſenſus, & expreſſiones exteriores, vt concludit *Gaſpar Hurtado de Sacramentis diſp. 3. de matrim. difficultate 21. ex Vaſquez, Boerio, & Adriano*
24 ſi alteri traditum eſt corpus in primo matrimonio, vana, & fruſtratoria eſſet traditio in ſecundo, & actus ille irriſorius, ac ideo ſacrilegus:
25 ſicuti ſiquis ſine debita diſpoſitione

ad

ad Sacramentum Pœnitentiæ accederet, inualidum eſſet Sacramentum pœnitentiæ, & grauiter contra Sacramentum Pœnitentiæ, & Religionem peccaret; ita pari paſſu qui cum impedimento ligaminis ad matrimonij Sacramentum accederet, & Sacramentum nullum eſſet, & grauiter contra Sacramentum, & Religionem peccaret.

26 Hinc ducti Aliqui, & ex nõnullis alijs rationibus, quas afferam, in illud extremum abierunt, vt negent vllo pacto poſſe ad Bigamiam diſpenſari neque vnquam fuiſſe conceſſam ex Diuina diſpenſatione, quos quia ſequẽti quæſtione debemus confutare; ideò illuc remitto eorum rationes, quæ etſi illud con-
27 uincunt, plures ſcilicet inuoluere malitias, ſi ſine Diuina diſpenſatio-
28 ne plura connubia celebrentur, at non tales ſunt, vt conuincant nullatenus diſpenſari poſſe, vt videbi-
29 mus. Interim innuo, maximam etiam iniuriam effici Innocenti Mulieri, quæ de nouo ducitur, nimirũ defloratur, ſi virgo eſt, honeſtatis detrimentum patitur ſi vidua, quæ poſt talia damna promiſſis nuptijs ſpoliatur. Vnde impudentiſſimum hoc genus hominum omni pœnarũ genere luendas culpas committit, & tot ſcelerum monſtruoſis capi-
30 tibus ſcatet, quot ipſa Hydra Lernæa Herculeo valori haud vnquam oppoſuit.

31 Eſt enim, & aliud improbum caput hæreſis veneno turgidum, & elatum in bigamia, quod quia Sanctiſſimæ fidei igneis telis extinguere conabimur ſequentibus quæſtionibus; præſertim cum inquiremus quot, & quibus de cauſis proueniat, quod quis plures nuptias contrahat; ideo circa hoc nunc non amplius immorandum duco.

Itaque hoc immaniſſimum ſce-
32 lus, vt vidimus, tot, tantaque vitia continet contra Caſtitatem, contra iuſtitiam multipliciter, tum hæreſi, cuius ſuſpicionem exhibet, tum ſacrilegio propter iniuriam factam Sacramento, & contra naturam ipſa matrimonij pluribus eius finibus poſt habitis, & contemptis modo explicando. Id quod de ſacrilegio dixi, non eſt meum commentum, ſed eſt Siricij Papę Ambroſij æqualis grauiſſima ſententia *in Epiſt.* 1. *Cap.* 4. vbi, vt ait *Bellarm. de matrimon. lib. vnic. Cap.* 3. non appellat quidem matrimonium Sacramentum, ſed quod eſt maioris momenti ſcribit ſacrilegium committi, cum alter coniugum viuente coniuge ad aliud coniugium tranſit.

34 Præcipua tamen in hac re eſt Diuina prohibitio, contra quam Polygamus temerè procedit, explicata nobis per *Conſ. Nicæn. Can.* 24. his verbis (*nemo inquit, debet duas vxores ducere*) & ſtatim addit *ſicut Deus ordinauit*. ſupra etiam vidimus *Nicolai I. ad Bulgaros Innoc.* 3. *& Siricij*
35 *Papæ* præcepta, & vltimo loco *Concilium Trident.* omnem excludit dubitationem *Seſſ.* 24. *cap.* 2. *ſi quis dixerit, licere Chriſtianis, plures ſimul habere vxores, & hoc nulla Diuina lege eſſe prohibitum, Anathema ſit.* Id quod latè ex ſacris litteris deſumptis teſtimonijs probat *Bellarm. lib. vnic. de matrim. cap.* 10. circa hoc etiam videndus *Valentia diſp. gene-*
36 *rali q.* 1. *pun.* 3. nam ſi quæ lex ex Diuina diſpenſatione, vt videbimus, id vnquam conceſſit, eam Chriſtus Dominus derogauit *Matth.* 19. qui ad primam inſtitutionem reuocauit matrimonium; prima autem inſtitutio bigamiam excludit, vt verba Chriſti demonſtrant; *quicunque*

dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur: nam à fortiori ſi tranſitus ad
37 ſecundas nuptias retenta priori, cenſetur prohibitus; quinimmo,
38 vt ait *Pontius lib. 7. de matrimon. Cap. 49. num. 6.* ex doctrina *Bellarm. lib. vnic. de matrimon. cap. 11.* probabile eſt, cauſam diſpenſationis ad
39 Polygamiam, ceſſaſſe multo ante aduentum Chriſti; cauſam enim diſpenſationis Bellarm. putat eſſe paucitatem hominum, poſt Diluuium; & cum multo ante aduentum Chriſti mundus hominibus repletus fuerit; tunc etiam temporis eam diſpenſationem ſublatam.

40 Vnde quam excuſationem habere poſſit Valentinianus Imperator in eo, quod condidit legem, vt liceret vnicuique duas ſimul coniuges hebere, non video; niſi excuſationem vocare velimus, quod amore captus luſtinæ viuente adhuc Scuera coniuge, ducere eam vxorem volens, eam legem condiderit; ſed quamuis hanc legem Valentiniani narret *Socrates*
41 *lib. 4. c. 27.* hoc eſſe meram fabulam clarè demonſtrat *Cardin. Baron. anno 370.* in fine, & probat *Coninck de Sacramẽtis diſp. 26. dub. 1. num. 1.* tamque minus excuſatione dignus eſt Imperator Chriſtianus, quam
42 conſtat non ſolum Chriſtianos ſemper monogamiam coluiſſe, ſed
43 etiam Ethnicos apud Romanos. nam in iure ciuili ab Imperatoribus gentilibus infamiæ nota, aliiſque pœnis polygami afficiuntur, vt patet *ff. de his qui Notantur infamia l. item C. de inceſtis nuptijs l. eum qui l. 18. C. de Adulterijs. Nouell. 18. Cap. 2.* nec eãdem duobus nuptam eſſe poſſe, nec eidem licere eodem tempore duas vxores habere §. *6. Inſtit. de nuptijs l. 15. §. 4 ff. de manu-*
44 *miſſ. vindic. vbi Goffredus*, & quod magis eſt vxorem habenti concubinam habere non licuit apud Romanos *l. 1. de Concubinis. Paul. 2. ſententiar. Ariſtot. etiam tum in Politicis, tum in vtroque œconomico monogamiam præcipit.*

45 Vix etiam excuſari poſſunt à culpa Imperatores Chriſtiani qui repudium conceſſerunt, vt conſtat ex *C. Iuſtiniani titul. de Repudijs.* Dupliciter tamen excuſat eos *Antiquus Barboſa ff. ſoluto matrimonio 2. par. Rubr. à num. 10. vſque ad 17.* & prius quidem excuſat, quod minime approbauerint, nec vt licita permiſerint Repudia, ſed ſolum permiſerint tanquam minus mala, quo grauiora damna præ-
46 cauerentur. Deinde addit matrimonij indiſſolubilitatem, non ita bene in primitiua Eccleſia intellectam, quin liceret ex legitima cauſa apud Epiſcopos prouinciales probata libellum Repudij dare; vnde non mirum ſi Iuſtinianus errauit, & ita eum defendere conatur *Sanchez. lib. 10. de matrim. diſp. 1. num. 12.*

QVAESTIO SEPTIMA.

De grauitate delicti Repudij apud Chriſtianos, & Infideles poſt Chriſtum Dominum.

Caput Primum.

STATVITVR REPVDIVM illicitum poſt Legem Euangelicam, tum apud Chriſtianos; tum etiam apud Infideles.

SVMMARIVM.

1 *REpudiũ illicitũ poſt Chriſtũ, tum apud Chriſtianos; tum etiã apud alios*

alios infideles.

2 Referuntur verba Christi Domini repudium derogantis.

3 Repudiãs legitimam vxorem numquã ea viuente poterit aliam habere.

4 Dans libellum repudij si secundas nuptias contrahit incidit in crimen bigamiæ.

5 Error peculiaris dantis libellum repudij.

6 Repudians iniustitiam committit contra legitimam vxorem.

7 Ratio quare modo nec Hebræi, nec ethnicis possint dare libellum repudij.

8 Respondetur obiectioni, qua excusantur infideles à præcepto non dandi libelli repudij.

9 Solum propter ignorantiam inuincibilem excusantur infideles à prædicto præcepto non repudiandi.

10 Innuitur dubitatio libelli repudij ob adulterium, & an aliquando licuerit repudium.

11 Bodinus Proponitur confutandus; qui asserit vtile fore suscitare antiquas leges repudij.

12 Bucerus omnium impudentissimus in hac re à fortiori confutabitur.

13 Bucerus affirmat licere toties repudia celebrare, quoties coniuges inter se quacũq; ex causa non conueniunt.

14 Bodini error impossibili nititur fundamento.

15 Ablata est per Christum Dominum Ecclesiæ potestas cõcedendi repudia, tam per legem generalem, quam in casu peculiari, post matrimonium consummatum.

16 Sterilitas non est causa sufficiens adhoc vt matrimonium consummatum, quoad vinculum dissoluatur.

17 Probãt DD. quod sterilitas non soluat modo prædicto ex matrimonium Zachariæ, & Elisabeth.

18 Spur. Carbilius auctor extitit Romæ repudiorum, & vanum eius iuramentum refertur.

19 Dubitatur in fauorem Bodini: an liceat saltem repudia permittere ad vitanda moiora mala.

20 Moyses in sententia aliquorum permisit non concessit repudia.

21 Mala prouenientia per Bodinum aut aliquem alium ex non concessis repudijs.

22 Possent videri Bodino Catholici qui non permittunt repudia, potius permittere adulteria.

23 Epiphaniæ, vulgo Tuphaniæ aquæ veneratæ possent videri ex non permissis repudijs ortum habuisse.

24 Status pacificus inter coniuges aliquo modo cum statu Paradisi terrestris confertur.

25 Bodini simulata pietas videtur mederi malis: at reuera maiora mala inuehit in Rempublicam Christianã.

26 Ecclesia magis illuminata indissolubilitati matrimonij magis fauet.

27 Ratiocinatio contra Bodinum.

28 Mala quæ prouenirent ex facultate repudiandi solis maritis concessa: ex more Hebræorum, Romanorum, & aliorum.

29 Lex Romuli negauit fœminis repudiãdi copiam: concessit vero viris tribus de causis.

30 Hebræorum etiam lex negauit.

31 Salome Herodis soror contra legem maritum repudiauit.

32 Ad Ethnicos ab Hebræis eodem modo hęc facultas repudiandi deriuauit.

33 A fœminea luxuria magna ex parte solent oriri adulteria, & alia scandala. pro quo afferuntur Ouidij carmina ex lib. 3. eleg. 4.

34 Fœminei stimuli referuntur, si solis maritis concederetur facultas repudiandi.

35 Ex incertitudine prolis, malè filiorum educationi prospiceretur.

36 Pulchra D. Hieronymi sententia contra repudium refertur.

37 Calumniæ virorum in fœminas, vt possint eas repudiare.

38 Bodinus nostra tempora considerat, retroacta non respicit, quando licebãt repudia.

39 *Mala prouenientia ſi fœminis concederetur copia repudiandi viros.*

40 *Vos ſignificans fœminã apud Hebræos prouenit ex radice quæ ſignificat inclinationem ad malum. Et D. Hieronymus dixit fœminam in ſacris litteris ſignificare omne peccatum.*

41 *Eandem fœmineam iniquitatem exaggerat D. Ioannes Chryſoſtomus.*

42 *Referuntur Seneca, Aeſopus, Propertius, Plautus contra fœmineum ingenium.*

43 *Communitas vxorum Ab Ariſtotele repræhenſa in doctrina Platonica.*

44 *Ratio quare haud vnquam fœminis cõceſſa poteſtas viros dimittendi. Et quod omnia ferè mala, quæ ex communitate vxorum prouenirent: inuenirentur in poteſtate præſertim fœminis conceſſa repudiandi.*

45 *Affertur Doctrina Fr. Ioannis Marques contra repudia ſi non concederentur, ſed tantum tolerarentur.*

46 *Spuriorum copia Rempublicã perturbaret.*

47 *Diſcutitur an ſit vtilius facultatem concedere repudiandi ſine cauſa necne.*

48 *Factum AEmilij refertur modeſte vxorem repudiantis ſimilitudine calcei.*

49 *Refertur adagium Hiſpanicum ex dicto Aemilij facto ortum.*

50 *Bodini leuitas repræhenditur qui nimis attendit dictum AEmilij, poſt terga ponens diuinam legem, quæ cauſam in repudijs requirebat.*

51 *Lacrymæ repudiatarum Dei oculos obtegebant, ne reſpicerent ſacrificia repudiantium.*

52 *Rationem quare lex in repudijs formulam, notarium, & teſtes adhiberet, affert D. Auguſtinus.*

53 *Enumerantur tres cauſæ à Romulo requiſitæ ad repudia Romanorum.*

54 *Sapientiſſimi Athenienſes requirebãt, iuſtam cauſam in diuortijs.*

55 *Inſipientia Rerumpublicarum, quæ ſine cauſa repudia cõceſſerũt.*

56 *Facilius dimitterẽtur vxores, ſi repudia ſine cauſa licerẽt, quam mãcipia vẽderẽtur.*

57 *Quare Eua ex Adami Coſta formata.*

58 *Cæremonia Manualis Hiſpani poſt matrimonij celebrationem.*

59 *Intẽtum Bodini nõ ſaluatur, ſi repudia celebrẽtur ſine cauſa: & quæ mala inde prouenirẽt.*

60 *Multa mala impedirẽtur ſi deberet afferri cauſa in diuortijs.*

61 *Chriſtiana lex per indiſſolubilitatem matrimonij potiſſime ſupradicta mala vitat.*

62 *Enumerantur effectus gratiæ Sacramenti matrimonij.*

63 *Catholicæ coniuges Artemiſiæ ſimiles.*

64 *Eadem cum Caſtiſſima Didone à D. Athanaſio laudatæ conferuntur.*

65 *Laudabilis mos viduitatis retinendæ in Regno Aragoniæ.*

66 *Præuiſa ab Apoſtolo Paulo hæreticorum leuitas in innouatione doctrinarum.*

67 *Diuortium Chriſtianorum cõsulit quibuſdam alijs malis: quæ ſtante indiſſolubilitate matrimonij, adhuc poſſent oriri.*

68 *Enumerantur cauſæ propter quas licet diuortium.*

69 *Diuortium perpetuum conceditur ex adulterio, quod tamen innocens poſſit remittere.*

70 *Refertur Ianſenius, qui oſtendit, quo pacto per diuortium Chriſtianorum conſulitur ſupra enumeratis incommodis.*

71 *Caſtitati conſulitur ſi coniuges recõcilientur.*

72 *Dei miſericordiam debemus imitari parcendo.*

73 *Fama maior, quam reipſa acciderint ex veneno Tuphaniæ ſeu Epiphaniæ homicidia.*

74 *Imperitia aliquorum medicorum carpitur; qui veneno, vel veneficio morbos tribuunt quos curare neſciunt.*

75 *Priuata vindicta veneno ſumpta de adul-*

adulterijs.

76 *Ex omnibus ſtatibus quamuis ſanctiſſimis poſſet humana malitia occaſionem labendi arripere.*

1 EX dictis occaſio datur aliqua de Repudio apud Chriſtianos dicendi: vt firmum autem debet eſſe poſt Chriſtum Dominum, cum ab eo *Matth.* 19. & pluralitas vxorum, vt diximus, ac licentia Repudij ſit penitus ſublata, non ſolum apud Chriſtianos, ſed etiam apud Gentiles illicita Repudia: *ita Pontius lib. 7. de matr. cap. 50. num.* 10. & apud Hebræos, vt ait *Sanchez lib.* 10. *de*

2 *matr. diſp. p.* verba autem Chriſti Domini matrimonium ad ſtatum legis naturalis, in qua erat indiſſolubile reſtituentis, & repudium reprobantis, & diſpenſationem Hebræis conceſſam reuocantis hæc ſunt [*quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic. Dico autem vobis quia quicunque dimiſerit vxorem ſuã niſi ob fornicationem, & aliam duxerit Mœchatur, & qui dimiſſam duxerit, mœchatur,*] *& Matth.* 5. [*Ego autem dico vobis quia omnis qui dimiſit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari, & qui dimiſſam duxerit, adulterat*] vbi Gloſſa interlinealis ſic ait [*doctrina Chriſti concordat legi naturali, quia iam eſt tempus perfectionis*] id autem aperte definitum eſt *Cap. Gaudemus verſ. qui autem de Diuort. ibi. qui autem*

3 *ſecundum ritum ſuum legitimam repudiauit vxorem. cum tale Repudium veritas in Euangelio reprobauerit, nũquam ea viuente licitè poterit aliam habere*] vide *Baiardum ad* 1. *cla.* §. *Adulterium nu.* 114. *latè Sanchez de matr. lib.* 10. *diſp.* 2. *Farinac. in praxi crim. p.* 5. *q.* 143. *nu.* 33.

4 Ex dictis euidenter deducitur, quod ſi quis fidelis daret primæ vxori libellum Repudij, & ſecundas nuptias contraheret; in ſupradictũ Bigamiæ crimen incideret; atque adeo omnia in eo contenta delicta

5 perpetraret, & aliquid aliud erroris adderet, quod nimirum de facto exiſtimaret poſſe dari libellum Repudij, & nouam iniuſtitiam contra

6 legitimam vxorem repudiatam cõmitteret, contra omne Ius, & fas.

Id quod dicimus de fideli, intelligendum etiam modo eſt de Hebræo, & Ethnico, quibus non licet poſt legem Euãgelicam dare libellũ Repudij; An autem licuerit in lege veteri, cap. ſequenti videbimus. Ra-

7 tio autem eſt, quia indiſſolubilitas matrimonij eſt de Iure Diuino, & naturali, cui quidem à Deo ipſo in lege veteri diſpenſatum. cum autem per Chriſtum Dominum per legem Euãgelicam verbis ſupra allegatis, ea diſpenſatio ſublata ſit; clarè patet modo nullatenus nec Chriſtico lis, nec vllis Infidelibus licere repu-

8 dium. vnde corruit illorũ obiectio, qui dicunt, hoc eſſe ſpeciale legis Euangelicæ præceptum, ad quod Infideles non videntur conſtringi. Nam vt iam dictum eſt hoc præceptum non ſolum eſt Iuris Diuini, ſed etiam naturalis, cui diſpenſatum per legem Moyſi; modo cum per legem Euangelicam tollatur diſpenſatio, non eſt cur Infideles excuſentur à culpa mortali, niſi ob ſolam

9 ignorantiam inuincibilem, quam adhuc ſtat dari etiam poſt ſufficienter promulgatam legem Euangelicam, vt ait *Sanchez loco cit. nu.* 10. *vbi allegatur Barboſa ff. ſolut. matr. rubr.* 2. *p. num.* 10. nõ excuſans modo Infideles.

10 An autem licitum ſit nunc dare libellum Repudij ob cauſam fornicationis, & Adulterij, videbimus quando agemus quot, & quibus de cauſis proueniat, quod quis contrahat plures nuptias; ſicuti etiam videbi-

debimus cap. ſequenti an licitum vnquam fuerit dare libellum Repudij.

11 Ad calcem autem huius queſtionis confutare conabor errorem Bodini, qui *lib. primo de Rep. cap.* 3. audet aſſerere magnę vtilitati futurum Reip. Chriſtianæ: ſi veteres leges ſuſcitaret, quibus libellum Repudij dare concedebatur. hac autem cautela id faciendum docet, videlicet, vt vir nulla aſſignata cauſa Repudij, id efficere poſſit. Id autem quod

12 contra Bodinum dictum erit à fortiori valebit contra Bucerum omnium in hac materia impudentiſſimum, *in cap.* 19. *Matth.* quem refert *Mæratius è Societate Ieſu to.* 3. *tract. de matr. diſp.* 7 *ſect.* 12. *nu.* 6. non eſſe

13 vĕritum affirmare idem fieri poſſe, ideſt ſoluto primo matrimonio alterum inire, & licere toties quoties coniugibus inter ſe non benè conuenit; quæcunque demum cauſa ſit, ob quam id euenit, quoties vel vxor viro non placet, vel vir vxori, neque hæc illi, vel ille huic ſe talem exhibet, qualem optat, quacunque

14 tãdem de cauſa id accidat. Corruit autem hæc Bodini ſpeculatio, ſeu potius error, quia impoſſibili nititur fundamẽto, vt enim videbimus ſequentibus Capitibus, & Quæſtionibus præſertim cum agemus an Pontifex poſſit diſpenſare ad libel-

15 lum Repudij dandum: non eſt vlli Reip: Chriſtianæ, nec Eccleſiæ ipſi hæc poteſtas relicta concedendi libellum Repudij cõiugatis poſt matrimonium conſummatum, nec per legem generalem, nec in caſu particulari. ablata enim eſt hæc poteſtas per Chriſtum Dominum Eccleſiæ

16 *Matth.* 19. vt ſupra diximus. vnde nec ipſa ſterilitas cauſa eſt ſufficiens adhoc vt matrimonium cõſummatum quoad vinculum diſſoluatur, vt benè aduertit *D. Auguſtinus lib.* 1. *de nupt. & concupiſcen. cap.* 17. *his verbis in nuptijs bona nuptialia diligantur, proles, fides, & Sacramentum. Sacramentum, quod nec ſeparati, nec adulterati amittunt Coniuges, qui concorditer, caſtèque cuſtodiunt: ſolum eſt enim quod etiam ſterile coniugium tenet iure pietatis, iam fœcunditatis ſpe amiſſa propter quam fuerat copulatũ.*

17 vnde generaliter DD. probant ſterilitatem etiam à principio cognitam dirimere non poſſe matrimonij vinculum conſummati ex matrimonio Zachariæ, & Eliſabeth. D. Ioannis Baptiſtæ parentum, quod quamuis eſſet inter ſteriles, validũ tamen ipſo Euangelio approbante,

18 fuit. Hinc apparet quam malè errauerit Iſurius Carbilius, qui primus Auctor extitit Romæ repudiorum, (vt refert *Valer. Maximus lib.* 1. *p.* 1. *nu.* 98.) qui quamuis aliàs ſua contentus coniuge, eiuſque virtutibus viueret, eam tamen repudiauit ſub prætextu Religionis, quod nimirũ in manibus Cenſorum iurauerat ſe

8 fœcundam ducturum coniugem. Hoc enim iuramentum non eum cogebat ductam iam quamuis ſterilem repudiare. Sed fœcundam omni cum diligentia eligere ducendam.

Caput Secundum.

AFFERVNTVR ARGVMENTA In fauorem ſententiæ Bodini.

19 POſſet quis hic ſaltem in fauorẽ Bodini ita diſcurrere. Eſto, non licet per vllam legem cõcedere dari libellum; At negari non poteſt debere permitti ad vitanda maiora mala, vt enim ſupra ex Barboſa excuſante Chriſtianos Imperatores diximus, eos nequaquam conceſſiſſe, ſed permiſiſſe tantum Repudia ad vitanda maiora mala, & ſicut Moyſes in ſententia Aliquorum permiſit, non conceſſit libellum

Repu-

Repudij, ita interpretantium verba Christi Domini *Matth.19 Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio autem non fuit sic.* Ita modo possent Christiani Principes diuortia quoad vinculum matrimonij permittere, vt infinita mala, quæ ex indissolubililate matrimonij proueniunt, vitentur.

21 Porro quam multa mala proueniant ex non concessis, vel saltem ex non permissis talibus Diuortijs quis non videat? Grauissima quis neget, delicta, adulteria? at in dies crescit hoc infelix loliũ ex hac prohibitione; quod si qua mulier alterius viri concupiscentia detineretur, eam marito repudiante, posset ad cubilia adamati transire; atque adeò tot scandala vitarentur, quot in dies summo cum dedecore familiarum, & Rerumpublicarum dispendio,& nostro cum maximo do-
22 lore videmus, & dum hæc sine debito supplicio, pœnaq; liberè, impunèque percurrunt, videntur potius Adulteria permitti, quam Repudia, quæ minus essent malum.

Homicidia vero, & aleuosias, seu proditorias occisiones venenorum
23 propinatis poculis,& quibus modo penè tota tabuit Sicilia Epiphaniæ vulgo Tuphaniæ venenatis aquis, quibus per viscera serpebat insolito modo mordẽs viscera tabificum virus; quis enarret? ea ex his legibus fœnata libidine ortum habuere.

At non ad neces vsque sæuit, in-
24 sanitque vel virilis, vel fœminea luxuria; sed quot suscitat quotidie rixas, & iurgia; vir fœmineis actus domi quæstibus, qui pacis, ac quietis statum sibi cõiugio putauit parare: alter videtur Adam è Paradisi statu proiectus ad ærumnas, & labores præsentis status; quibus malis omnibus vna Repudij permissio consuleret.

25 Sed taceat Bodini, & cuiusuis eius Assectæ audacissima impudẽtia, quæ dum fictæ pietatis velamine quasi palliata incedit, grauissimis mederi malis videtur; at demisso deinde, ita cogente veritate, pallio: tot mala in Christianam Remp. inuehit, ac reuera suscitat, quot nos euitare sola Diuina sapiẽ-
26 tia per sublata Repudia docuit, eiusque indiuidua sponsa Ecclesia Sãcti Spiritus illustrata radijs, amabilis sponsi vestigia arctius tenens. indissolubilitatem matrimonij magis, ac magis fouet, & amplectitur, eamque felicitatem in matrimonijs solidandis agnoscit, quam aliquantisper suis temporibus deperditam *Tertullianus deplorat in Apologetico cap.6. his verbis. vbi est illa felicitas matrimoniorum de moribus vtique prosperata, qua per annos fermè sexcentos nulla repudium domus scripsit. Iam vero repudium votum est quasi matrimonij fructus.*

Caput Tertium.

AFFERVNTVR RATIONES probantes non debere concedi Repudia.

27 VT autem appareat quam malè Bodini, vel cuiusuis alterius sententiam fundata sit, ita ratiocinari possumus; nimirum si videamus quam plura mala proueniant, si repudia ad pristinum reducantur vsum, quod quidem dupliciter euenire potest; primo quia licita, secundo quia permissa; deinde videndum est si concederentur, an melius esset id efficere attenta iusta causa, an vero nulla considerata causa, vt etiam vellet Bodinus, qui ad solam viri petitionem concedendum repudium autumat.

28 Et quidem si Repudia concede-

ren-

rentur, quam grauia mala inde prouenirent, nemo eſt qui non videat? nam vel dare libellum repudij ſolis concederetur maritis, vt mos ſemper fuit tum apud Hebræos, tum etiam apud Romanos, & cæteras
29 gentes nam apud Romanos lex quidem Romuli fœminis dimittendi viros negauit, viris autem dimittendi vxores tribus de cauſis licentiam conceſſit, vt Auctor eſt *Plutarchus in vita Romuli*, De Hebræis autem audiamus *Ioſephum lib. 15. antiquitatum cap. 11.* quem refert Nouiſſimè *Mæratius to. 3. tract. de matr. diſp. 5. ſect. 9. num. 6. lex noſtra, in-*
30 *quit, ſolis maritis ius repudij permit-*
31 *tit: vbi, & notat Salomen Hærodis ſororem repudiaſſe maritum ſuum contra legem ſolis viris dantem repu-*
32 *dij poteſtatem.* vnde patet, quod ſi Ethnicis fuit data poteſtas dandi libellum, eodem modo ad eos deriuauit, ſicut Hebræis fuit cõceſſa. Vel etiam ipſis hęc poteſtas concederetur vxoribus; ſi ſolis maritis; iã remedium non adhiberetur fœmi-
33 nis, vt intendit Bodinus, à quibus magna ex parte ſolent oriri Adulteria, & cætera ſcandala, quæ cupit ipſe vitare. nam vt ait *Ouidius lib. 3. Elig. 4. Dure vir impoſito teneræ cuſtode puellæ.*

Nil agis, ingenio quæque tuenda ſuo eſt,
Si qua metu dempto caſta eſt, ea denique caſta eſt
Quæ quia non liceat non facit, illa facit.
Vt iam ſeruaris bene corpus adultera mens eſt.
Nec cuſtodiri ni velit vlla poteſt.
Nec mentem ſeruare potes, licet omnia claudas,
Omnibus excluſis intus adulter erit.

Placet vxor viro, at vxori non placet vir; quinimmo alterius amore detinetur veſana mulier, maritus nõ dabit libellum Repudij; vxori non
34 datur poteſtas dimittendi virum; intentabit hæc omnes modos per fas, & nefas vt ſuæ libidini ſatisfaciat, vel etiã per mariti mortẽ; quinimmo ex eo, quod mulier videat poſſe ei maritum dare libellum Repudij; ipſam vero non poſſe dare marito, ex ingenita ſuperbia ad quæuis machinanda furijs agitabitur, vt modo vidimus de ſorore Herodis Salome, quæ contra legem dedit marito libellũ Re-
35 pudij. Præterea ex incertitudine prolis, quam malè educationi filiorum conſuleretur? nã, vt ait *D. Hieronymus lib. primo. Contra Iouinianũ*
36 *quaſdam altero nuptiarum die repudiatas, ſtatim nupſiſſe legimus: vterque reprehendendus maritus, & cui tam citò diſplicuit, & cui tam citò placuit.*) Hinc nemo eſt qui ignoret quanta liberorum incertitudo oriatur.

37 Porro quæ iniuſtitiæ ex iniuſtis cauſis, quæ mulieribus prætexerentur, in medium proſilirent? Hinc debilis ſexus quantus contemptus, & innocentium fœminarum, quot quantæque calumniæ? nec enim tantum debemus viris, quin etiam eorum detegamus vitia; Hi nimirũ ſi ſæuo agerentur cupidine, in quot adulteria laberentur ex nouis nuptijs intentatis, deſpectis veris, legitimiſque vxoribus, queis iniuſta
38 infamia multoties inureretur. At Bodinus retroacta tempora non conſiderat, & quam maxima mala elapſis illis temporibus acciderint, vt malè oculatus non proſpicit, pauca quæ modo accidunt ſcandala vehemẽter attendit, quibus tamẽ vt mox videbimus benè lex Chriſtiana proſpicit.

39 Si vero dicamus non ſolum viris, ſed etiã fœminis debere libelli Repudij concedi poteſtatem. Hoc præterquam, quod in nulla veteri lege conceſſum eſt, vt vidimus:

atque

atque hoc non eſſet veteres leges ſuſcitare, ſed alias de nouo comminiſci, & innouare. Puto ex hac
40 conceſſione facta ex fœminea ſæuitia, & iniquitate omnibus vitijs patentes reſerari ianuas, vt enim *Rabbi Dauid Kimchi* obſeruat in etymologia huius vocis fœmina, apud Hebræos prouenit ex radice, quæ ſignificat inclinationem ad malũ, quare puto *D. Hieronymum dixiſſe fœminam in ſacris litteris quoad intelligentiam ſpiritualem ſignificare omne peccatum, & omnem iniquitatem.*
41 Id quod pulchrè inculcat *D. Ioannes Chryſoſtomus in Sermone decollationis D. Ioannis Baptiſtæ his verbis. Per te bella ſiunt, per te ſapientes ſe perdunt, per te ſancti occiſi ſunt, per te Ciuitates combuſtæ ſunt, per te vita perdita eſt, per te mors inuenta eſt, per te Diuites paueres, per te pulchri turpes, per te ſoſtes debiles, per te veraces mendaces, per te caſti luxurioſi, per te humiles ſuperbi, per te pœnitentes inobedientes, & Deo odibiles ſiunt.* Et de earum leuitate dixit
42 *Seneca in lib. de remedijs fortunarum. nihil tam mobile quam fœminarum voluntas Aeſopus leue fœminarum eſt genus.* Propertius *nulla diù fœmina põdus habet*, Plautus *omnes ſunt leues*
43 *leui fide.* ita, vt potius eſſet hoc tam abhorrentem à vero lumine introducere communitatem vxorum, tamque in Platonica doctrina ab Ariſtotele reprehenſam, quam re-
44 pudia concedere. Et hæc mihi genuina ratio videtur, quare haud vnquam neque à Deo ipſo, nec ab alijs legislatoribus conceſſa fœminis talis poteſtas fuit; quare non hic immorandum amplius videtur, cum ex dictis iã pateat omnia illa mala, quæ ex cõmunitate vxorũ naſcerẽtur: ex talibus repudijs ortũ habitura nec homicidia propterea vitarẽtur, cũ quãplurima ex meretricũ cõmercijs homicidia quotidie accidant.

Caput Quartum.

AFFERVNTVR RATIONES contra Repudiorum tolerantiam.

45 VEnio nunc ad aliam partem, ſi nimirum hæc Repudia non tanquam licita concederentur, ſed ſolum tolerarentur, vt minus mala, contra quam aſſertionem ſatis eſt, vt breuitati conſulam, adducere quæ affert *Fr. Ioannes Marquez*, qui quamuis materno idiomate ſcripſit, inter politico Chriſtianos primum locum ſibi vendicat, is enim *lib. 1. c. 10.* inquit: *Hoc nulla Chriſtiana Reſp. poſſet tolerare ineuitabile enim eſſet ſcandalum, quod ex diſſimulatione oriretur, tot concubinatuum ſub prætextu matrimoniorum quæ tamen generaliter vt inualida haberentur, & maximo dolori eſſent ijs, qui vi tutem colerent. Nec poſſent filij eſſe legitimi, cum eorum patres, tam mala fide con-*
48 *traherent matrimonia. Nec Reip. quieti proſpiceretur, quæ tot ſpuriorum copijs fœcundaretur. Sed quod me magis angit illud eſt, in quem enim contemptum matrimonij Sacramentum veniret, cum paſſim, cum tot ſacrilegijs celebraretur, & nullitatibus, quando de nouo tum repudiator, tum repudiata matrimonia contraherent? quo pacto poſſet Eccleſia iſtos ſua auctoritate confirmare contractus? & quo pacto eius miniſtri illis illecebris aſſiſtere? Incommoda hæc quotidiana eſſent, quæ qualecumque commodum ſuperarent* huc vſque Marquez, cuius verba in gratiam eorum, qui hiſpanicam linguam neſciunt, latinis reddere non piguit.

47 Supra poſita doctrina magis apparebit ſi diſcutiamus, an vtilius eſſet (poſito quod Repudia concederentur) illa ſine vlla aſſignata cauſa concedere, an vero nonniſi iuſtitia cauſæ inſpecta, id quod tantopere exoptat Bodinus. Mouetur ipſe

quia nimirum hoc pacto famæ mu-
48 lierum conſuleretur. Id quod vno Aemilij facto ſatis ſibi confirmare videtur. Hic enim vt Plutarchus refert, volens vxorem repudiare; poſtquã in eius laudes prorupiſſet, quod nimium prudens eſſet, ac honeſta & ex nobiliſſima familia: grauari ſe tamen illa confeſſus eſt. cumque ſanguine coniuncti propter hanc ipſam rationem, eã repudiari ægrè ferrent, illis perpolitum calceum oſtendit, hæc addens qua parte pedem offendat, ego ſolus ſcio; vnde
49 originem ſumpſit noſter loquendi modus ſcilicet, *Io ſolo ſe donde me aprieta el zapato.*

At taceat væſanus Bodinus, qui vt cæteri huius farinæ homines leuis ingenij dictũ vnũ, & non tamen ex dictis melioribus cõſiderat. poſt
50 terga tamen reijcit Diuinam legẽ, quæ cauſam Repudij requirebat vt conſtat ex *Deuter.* 24. 1. & ex *Malachia Propheta*, qui Hebræos reprehendit eo quod priores cõiuges repudiabãt, ducti amore aliarum pulchriorum, & addit, quod lacrymæ
51 repudiatarũ Dei oculos obtegebãt, ne reſpiceret ſacrificia repudiantiũ. adeo eorũ iniuſtitijs offendebatur. Ipſi etiam Phariſæi, vt patet *Matth.* 19. de Repudio agentes, non negarunt requiri cauſam, ſed ſolum quærebant, quænam hæc deberet eſſe (*ſi licet homini dimittere vxorem ſuã quacũque ex cauſa*) & *D. Auguſt. lib.* 19 *contra Fauſtũ c.* 29. obſeruauit, quod lex etiam data cauſa tam ęgrè concedebat repudia, & ideo certam di-
52 mittendi formulam, & Notarium, & teſtes adhibebat, vt dum ita formaretur libellus, ad notitiam neceſſariorum peruenire t, qui poſſent cõſilio, & rationibus impedire. Roma-
53 ni etiam à Romulo legẽ habuerunt, vt nonniſi tribus de cauſis ad repudia deuenirent, ſi in liberorum venefício, aut in adulterio foret deprehenſa, aut claues ſubieciſſet, vt au-
54 ctor eſt *Plutarchus in vita Romuli*. ſapientiſſimi etiam Atheuienſes nequaquam ſeparationem coniugum
55 admittebant, niſi prius publicè de Iuſtitia cauſæ ſtatuerẽt, quod ſi quę Reſpublicæ ſine cauſa repudia conceſſerunt, & ex ſolo cõtra coniuges virorum odio: illæ manifeſtiſſime demonſtrarũt, quam à vero lumine aberrarent; nã eæ fuerunt, quę prius maritis de coniugum vita, ac morte omnem fecerũt poteſtatem in vtroque veſpertilionibus cæciores.

56 Apparet autem huiuſmodi repudiorum iniuſtitia; nã hoc pacto cõiuges peiores mancipijs euaderent, quæ non ita facilè venderentur, ſicut illæ repudiarentur. Idque contra Diuinum inſtitutum; qui nullũ alium ob finem ex Adami coſta mulierem formauit, niſi vt intelligeret
57 vir illam ſociam, & collateralem, nõ autem ſeruã, & vile mãcipium eſſe,
58 quod in formula cæremoniarum manualis Hiſpani ſeruatur in matrimonio, in qua poſt per actum Sacramentum addit Parochus Sponſo *compañera os doi y no ſierua amadla como Chriſto amò ſu Igleſia*; quinimmo cõtra Bodini inſtitutum paſſim
59 mulieres ob repudia infamarentur; nam dum cauſa ipſarum non examinatur, ſemper in peiorem partẽ ipſarum dimiſſio acciperetur, facilitas etiam repudiandi ad ſupradicta incommoda declinaret, vt meretricum loco vxores haberẽtur: Atque hinc quaſi communitas vxorum, & incertitudo prolis ortũ haberet, vt
60 conſideranti patet. Magna autem ex parte hæc vitarentur: ſi cauſa deberet aſſignari; nam non ita facilè poſſent tales probationes effici. vnde difficultate probationum victi mariti, maiori cum patientia leues cõiugũ defectus tolerarẽt, nec ita ad vlteriora matrimonia cõtrahenda, ſua voluptate traherentur.

Sed

61 Sed reuera hæc omnimoda laus perfecti matrimonij, & omnia hæc incommoda, prout humana conditio patitur, vitantis debetur perfectiſſimæ Chriſtianorum legi, quam ſapientia Diuina è Cœlo attulit, quæ ad primum inſtitutum matrimonium reuocet. *Erunt duo in carne vna, & quos ergo Deus coniunxit homo non ſeparet.* quæ omnino indiſſolubile matrimonium prædicat, & ſua per Sacramentum miniſtrata
62 gratia, ita præſertim leues fœminarum mentes firmat, vt propè miraculum in terris ſit tot familias ita tranquillè ſanctèque viuere, pacem colere, filios in timore Dei enutrire, & ad ſenectam vſque producta coniugia ita perpetuo amore conſeruari, vt quotidie celebres Artemiſias videre ſit. de primaria *Cicero*, ait *quod quamdiu vixit, vixit in luctu, eodemque confecta contabuit*, idem in pluribus apud Catholicos obſeruare licer, dum etiam ſenio confecti ſi moriantur viri; ita à ſuperſtitibus coniugibus deplorãtur,
64 quaſi vel perpetuò victuri, vel ſimul commorituri eſſent. Illuſtres Didones quamplurimæ modo exiſtunt. De veteri illa elegantiſſime *D. Athanaſius lib. de monog. cap. 17. ait* ad illud *D. Pauli* (*melius eſt nubere, quam vri*) alludens (*exurget Regina Carthaginis, quæ cum Regis nuptias vltrò optare debuiſſet, ne tamen ſecũdas experiretur, maluit è contrario vri, quã nubere*) *at hodie quamplurimæ ſunt etiam Adoleſcentulæ, quæ immatura morte ſublatis viris, haud vllis alijs ſe tradere voluerunt, & Cœleſtis Spõſi igni flagrantes meliori Conſilio carnis incendia omni conatu, & diligẽtia ex-*
65 *tinguere, & ſuperare contendunt.* Ad quod Aragoniæ Regnum in mediũ affero, vbi hoc exactiſſimè obſeruatur, quod quamuis lucri intuitu fieri poteſt; tamen magna ex parte ex continentia prouenit à temporali incipiens, & in ſpirituale deſinens. vſus omni laude, & imitatione dignus.

Caput Quintum.

CONFVTATVR BODINVS, & eius argumenta capite ſecundo propoſita ſoluuntur.

66 Sileat ergo iterum impudentiſſimus Bodinus, & ſua limitata, & curta prudentia, ſeu potius imprudentia, ne Diuina myſteria, & Sacramenta metiatur. Et cum tam vniuersè hanc veritatem per Reſp. Chriſtianas obſeruet, ne conuertatur ad fabulas pruriens auribus, & à veritate auditum ne auertat. iuxta Apoſtoli doctrinam, qui hæc futura tempora proſpiciens, & deſiderium hæreticorum præ ſuperbia doctrinas innouantium, ſummo cum dolore prædixit. Erit enim tempus cũ ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, &c.

67 Quod ſi aliqua ſcandala, & illa quidem pauca, ſtante indiſſolubilitate matrimonij proueniunt; illa quidem potius humanæ malitię tribui debent, quam vlli iuſtæ occaſioni, quam hinc arripere poſſint. Nec defuit Diuina ſapientia his etiam mederi malis. non quidem totali diuortio, & quoad vinculum matrimonij; vnde vt ſæpius diximus ad maiora mala magnus aperiretur campus; ſed frœnata hac libidine matrimonia diſſoluendi; conceditur Diuortium quoad thorum, & cohabitationem, vt decretum eſt in *Conc. Tridentino Seſſ. 24. de reform. Can. 8. & cap. 19. cap. Apoſtolus dixit 32. q. 7. cap. ſignificaſti, cap. ex litteris, & cap. gaudemus de Diuort.* & explicant *Regin. in praxi lib. 31. nu. 313. & Pontius de matrimon. f. 9. cap. 121. Gaſpar Hurtado de matrim.*

68 *disp.* 11. *diff.* 5. *num.* 17. Aliæ etiam cauſæ præter adulterium inueniuntur in lure, ob quas ſaltem ad tempus conceditur ſeparatio, vel Diuortium inter coniuges. Prima, aſperitas, vel ſæuitia alterius ſponſi *ex cap. litteras* 13. *de reſtitut. ſpoliatorum* § *ſi vero.* ſecunda furor vehemens *ex l. ſi cum dote* §. *ſi maritus ff. ſolut. matr.* tertia hæreſis *ex cap.* 2. *de Diuor. cap fin. eod.* quarta crimen ſodomiæ *c. p.* 32. *q.* 7. quinta periculũ peccandi mortaliter, vt ſi alter alterum ad peccandum impellere conatur, & habetur *ex Nauarro in manuali cap.* 22. *nu.* 21. *Palud. in* 4. *diſt.*
69 33. *q. vnic. art.* 3. *concl. ſecunda*; & quidem perpetuũ ſi ex Adulterio proueniat; & hæc poteſtas ſit apud cõiugem innocentem, ſi velit remittere iniuriam, & cohabitare: temporale iuxta cæterarum cauſarum conditionem, vnde ſi inter coniuges lites, & iurgia exorirentur: in promptu eſt remedium: probata fæuitia alterius coniugis, alterà cohabitatione, & thoro reſilire poteſt, donec reſipiſcat alter. idem dicitur de alijs iuſtis cauſis, & probato adulterio, perpetuò recedere innocens poteſt, ſi velit, vel donec
70 reſipiſcat delinquens. vnde optimè reſpondet ad hanc obiectionem *Ianſenius in cap.* 96. *concordiæ Euãg. ibi, dicunt illi quid ergo Moyſes in fin. Commentarij*, relatus à Marquez ſupradicto his ferè verbis. *Non poſſet hodie Eccleſia permittere antiqua Repudia, neque ſub prætextu minoris mali; venena enim, & proditoriæ neces, quæ ex virorum odio timeri poſſent, ſufficiẽter cohibita remanent diuortio; abſque eo quod coniuges ſeparati licentiam habeant noua contrahẽdi matri-*
71 *monia; caſtitati autem ſatis cõſulitur; nam poſſunt ſi velint innocentes cum coniugibus conciliari remittentes eis iniuriam. In quo mirum non eſſet ſi*
72 *mulier reſipiſceret, ei parcere, cum id efficiat ipſe Deus, qui & nobis quotidie plura, & maiora condonat, & adulteras ipſas in gratiam recipit, ſi pœnitẽtiam habeant delictorum. Nocentibus vero ſatis conſulitur dum illis per tale Diuortium commiſſi delicti grauitas inculcatur, & vt coniuges innocẽtes humilitate, & lacrymis, & diuturna caſtitate placent.*

73 Ad id, quod diximus quod ferè tota exarſit Sicilia Tuphaniæ venenis Reſpondetur. negari quidem nõ poſſe, aliqua accidiſſe homicidia; at non ita frequentia fuere, vt fama eundo creſcens his annis præteritis narrabat. quam plures huic veneno mortes tribuebantur, quæ tamen
74 alia occulti morbi vi accidebant, & fortè imperitia medicorum venenoſæ aquæ tribuit, quod eorum ignorantia non calluit, ſicut veneficio quotidie imputat; cum periculoſior infirmiras eſt. Præterea neque omnia homicidia inter cõiuges eueniebãt. illa etiam promptitudo occultè perimendi abſque eo quod delicta agnoſcerentur: facilitatem ea committendi operabatur. Præ-
75 terea puniebant aliqui commiſſa adulteria magis; quam noua matrimonia cupiebant. Neque id diuortijs medicaretur totalibus. mordet enim ſemper viri cor adulteriũ coniugis: atque adeo ſiue diſſoluatur matrimonium, ſiue non; manet quod tempore matrimonij commiſſum adulterium fuit: vnde iniuria facta viro eſt, illum ſummo dolore conficiens; quare niſi ſuper naturalibus ducatur motiuis iniuria affectus, ſemper occaſionem ac-
76 cipiet labendi in homicidia. Vt ex omnibus ſtatibus quamuis ſanctiſſimis, quamuis perfectiſſimis poſſet humana malitia labendi occaſionẽ arripere ſed ex ſequenti capite melius reſponſum erit, ſi quis alius in hac re remanet ſtupulus. Et quia etiam hinc facilis reſponſio ad

iur-

iurgia, & contentiones, quæ inter coniuges quotidie solent exoriri; ideo illam relinquo.

QVAESTIO OCTAVA.

An in veteri Testamento Hebræis fuerit Concessa Bigamia.

Caput Primum.

ADDVCVNTVR RATIONES pro sententia negante vllo vnquam tempore fuisse licitam Bigamiam, & improbatur simul cum sententia eorum, qui putant solo Iure Euangelico esse Bigamiam *prohibitam.*

SVMMARIVM.

1 *QVærimus an bigamia fuerit concessa in veteri testamento, an solum permissa? Et de repudio: & an adhuc duret apud Hebræos licentia bigamiæ.*

2 *Potissima difficultas, quare nunquam licuerit bigamia.*

3 *De nouo affertur prima ratio contra bigamiam, quod nunquam fuerit licita.*

4 *Stellionatus crimen videtur continere bigamia.*

5 *Affertur secunda ratio, quod bigamia nunquam fuerit licita.*

6 *Affertur tertia ratio.*

7 *Affertur quarta ratio.*

8 *Qui teneant bigamiam esse indispensabilem à Deo.*

9 *Aliqui dixerunt, Patriarchas vnam tantum vxorem habuisse, cæteras verò fuisse concubinas.*

10 *Horum sententia improbabilis.*

11 *Non rectè sentiunt qui dicunt, quod bigamia sola lege Euangelica sit prohibita.*

12 *Afferuntur Patres contrarium sentientes.*

13 *In secundo coniugio Abraham cum Agar mysterium claudebatur.*

14 *Exponuntur D. Hieronymus, & D. Augnstinus ab aduersarijs allati.*

15 *Licita fuit tempore veteris testamenti Hebræis pluralitas vxorum ex diuina dispensatione, quæ vt communiter dicunt, incœpit ab Abrahami tempore.*

16 *Mœratius extendit ad Noemi tempora.*

17 *Obiectio contra Mœratium: cui respondetur.*

18 *Pluralitas vxorum non est contra prima principia matrimonij.*

19 *Et non repugnat primario fini; qui est liberorum susceptio, & procreatio.*

20 *Quod bigamia sit contra fines secundarios matrimonij nõ facit quod Deus non possit dispensare: qui etiam potuit peculiari modo prospicere talibus finibus.*

21 *Significatio vnitatis Christi, & Ecclesiæ non ita perfecta in illis Hebræorum matrimonijs.*

22 *Affertur explicatio Bellarmini de præceptis dispensabilibus, & indispensabilibus.*

23 *Polygamia viri cum pluribus vxoribus ad præcepta dispensabilia pertinet. Sed nonnisi à Deo dispensari potest.*

24 *Dicta explicatio Bellarmini obscurior.*

25 *Potest quis alium occidere ad sui defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

26 *Ex diuino præcepto Hebræi abstulerũt vasa Aegyptiorum.*

27 *Ostenditur quo pacto in explicatione allata à Bellarmino tam prima, quam secunda præcepta possent dici indispensabilia.*

28 *Modus explicandi Conincк expeditior: secundum quem tripliciter aliquid dicitur contra ius naturæ.*

29 *Contra ius naturę ex periculo peccandi est, sacerdotem cum iuuenculis habicare, & cum ijs multum familiariter conuersari.*

30 *Contra quod genus iuris naturæ sit bigamia.*

31 *Responsio ad primam rationem contra nos supra adductam.*

Re-

32 *Responsio ad secundam rationem.*
33 *Responsio ad tertiam rationem.*
34 *Responsio ad quartam rationem, vbi declaratur illud principium, quod tibi non vis alteri ne feceris.*
35 *Circunstantia, ob quam fuit dispensatum ad bigamiam.*
36 *Quare reprehensus Salomõ quod multas vxores adamauerit?*
37 *Quo pacto consulit Deus finibus matrimonij secũdarijs, dispensando ad bigamiam.*
38 *Significatiu vnionis vnius Christi, & vnius Ecclesiæ non est ex natura matrimonij; sed ex diuina eleuatione in lege Euangelica.*
39 *Spirituale motiuum, quo consulebatur secundarijs matrimonij finibus.*
40 *Per diuinam inspirationem primis Patriarchis dispensatio facta ad bigamiam: deinde verbis, & exemplis ad alios peruenit.*
41 *Abrahamo de bigamiæ dispensatione inspiratio facta, sed prius Noemo.*
42 *Sicut lex monogamiæ mẽtibus impressa Patrum, ita & dispensatio ad bigamiam.*
43 *Sicut Polygamia non sola lege naturali, sed etiam diuina prohibita: ita ad dispensationem non satis erat solum rationis dictamen.*
44 *An eodem pacto dispensatum in lege veteri ad libellum repudij.*
45 *Repudia Hebræis in lege veteri concessa ex diuina dispensatione.*
46 *Agar ab Abraham perpetuo repudiata.*
47 *Repudium nec à prophetis nec à Deutorm. 24. reprehensum. nec ibidem matrimonia repudiatarum punita.*
48 *Ratio Bellarmini pro repudio licito in lege veteri.*
49 *Sententia dicens repudia semper illicita magis faceret pro supradictis cõtra repudium.*
50 *Præcipuum argumentum contra repudium in lege veteri desumitur ex verbis Christi Domini (quoniã Moyses ad duritiã, &c.) Cui Respõdetur.*
51 *In repudio Agar ab Abrahamo facto claudebatur mysterium.*
52 *Secundum argumentum contra supradictum repudium ductum ex cap. gaudemus. Cui Respondetur.*
53 *Libellus repudij ex natura sua affert sua incommoda.*
54 *Incommoda repudij videntur tendere contra primarium matrimonij finem.*
55 *Denuo inculcatur Doctrina Coninck de triplici iure naturali.*
56 *Libellus repudij non est contra ius naturale primi generis.*
57 *Quamplura contra repudium dicta ad hominem.*
58 *Quamuis libellus repudij videatur tẽdere contra aliquem finem secũdarium matrimonij, nõ tamen est à Deo indispẽsabilis.*
59 *Quod solatium habuit Agar ad sui repudium?*
60 *Quomodo Deus consuluit secundarijs finibus matrimonij in repudio Agar ab Abrahamo facto.*
61 *Soboles Abrahami ex Agar repudiata: peculiari prouidẽtia à Deo per Angelum conseruatur. vt patet ex Genes. 21. Cap.*
62 *Remedium vnde exhibitum reliquis fœminis repudiatis.*
63 *Formula repudij apud Hebræos.*
64 *Quare in veteri lege concedebantur matrimonia inter consanguineos strictioris gradus.*
65 *Nostrum diuortium incongruum Hebræorum duritiei.*
66 *Maior labendi occasio a ripi potest ex libello repudij, quam ex indissolubilitate matrimonij Christianorum.*
67 *Diuortium concessum etiam gentibus exemplo Hebræorum.*
68 *Hæc conclusio Sanchez non placet, sed placet Pontio. Cuius Sanchez ratio in cõtrarium facta expẽditur, & cõtra ipsum retorquetur.*
69 *Sapiẽtissimi legislatores Ethnicorum cõcesserũt repudia, sed imitati sunt moderationem Hebræorum.*
70 *Forma repudij inter Romanos.*

Mima

71 *Mima ab Antonio repudiata, vt teſtatur Cicero.*

72 *Formam repudij apud Cardienſes quis refert?*

73 *Cæremoniæ repudiorum apud Romanos.*

74 *Hebræis ablata diſpenſatio poſt legem Euangelicam ad bigamiam.*

1 QVærimus in hoc capite an in veteri Teſtamento fuerit permiſſa tanquam licita Bigamia, an ſolum permiſſa tanquã minus malum. Hinc occaſione arrepta videbimus de libello Repudij tunc temporis; & quibus nam conceſſus. Deinde examinandum, an apud Hebreos remaneat hæc facultas ad Bigamiam.

2 Potiſſima autem difficultas, quare nullo vnquam tempore videatur admittenda Bigamia tanquam licita ex eo conſurgit, quod ſupra diximus, & probauimus Bigamiam, & ſi non primario, at ſaltem ſecundarijs matrimonij finibus opponi; primarium etiam aliquantiſper impedire. Augetur autem hęc difficultas his nouis rationibus.

3 Et prima ratio eſt, quia videtur Bigamia pugnare cum veritate coniugij, ita vt nullo pacto poſſit matrimonium cum ſecunda vxore cõſiſtere. Probatur quia matrimonium conſtat ex mutua corporũ traditione; quæ fit viciſſim inter maritum, & vxorem iuxta doctrinã ab Apoſtolo traditã *Prima Corinth. 7. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet; ſed vir; ſimiliter, & vir ſui corporis poteſtatem non habet ſed mulier.* debent eſſe ergo in hoc æquales, & ſicut mulier non ſibi reſeruat partẽ ſui corporis poteſtatis, vt alteri viro, primo viuente tradi poſſit; ita debet vir non alteri vxori poſſe poteſtatem ſui corporis facere prima
4 viuente, quod ſtellionatus merito poſſit appellari; quia cum corpus viri vxori creditum ſit; alteri credere conatur *vide l. 1. ff. de Stellion. l. 16 §. 1. l. 36. ff. de pign. act.* & notata per *Cuiac. 10. obſer. 26. circa finem, & 12. obſeru. 40.*

5 Secunda Ratio eſt; quia legitimũ matrimonium non eſt; ſi mulier inſolidum ſui corporis poteſtatem non tradat viro, ſi ergo paritas inter virum, & vxorem ſeruari debet in traditione corporum, vt ex Apoſtolo diximus; ſi vir non tradat inſolidum ſui corporis poteſtatem vxori, nullo modo cenſebitur tradere vxor vnde nullo pacto matrimonium conſiſtet.

6 Tertia Ratio eſt; quia per matrimonium tenetur vir reddere debitum quotieſcumque vxor petierit. *cap. ſi tu 27. q. 2.* iuncta Gloſſ. *lit. D.* & omnes ſummiſtæ verb. *debitum*, at ſi plures ſimul petant, non poteſt vir pluribus reddere; vnde non videtur quod poſſit vir cum pluribus vxoribus ſe copulare.

7 Quarta Ratio eſt, quia primum principium naturæ eſt, vt quod tibi non vis, alteri ne feceris, iuxta regulam vulgarem, *quod non vis tibi fieri alteri ne facias, ex l. Iuſtitia ff de iuſt. & iur. §. iuris præcepta verſ. alterum non lædere Inſtit. eod. tit.* vbi magiſter meus *Antonius Picciardus lib. 1. à nu. 30.* eruditè, vt ſui moris eſt, omnes recolit. ſi ergo vir ægrè fert quod mulier in totum ſe viro non tradat; ita & ipſe non debet velle poſſe partem ſui corporis reſeruare.

8 Huius ſententiæ videntur eſſe *Aureolus, Capreolus, victoria, Menoch. & Petrus de Ledeſma de matr. q. 65. art. 1. concl. 2.* & dub. ſequenti: vbi probat Bigamiam eſſe contra primarium finem matrimonij, & conſequenter indiſpenſabilem à Deo ipſo.

9 Et adeo hæc ſententia inualuit apud quoſdam, de quibus *Bellarm. lib. vnic. de matr. c. 11.* vt dixerint Patriar-

triarchas vnam tantum vxorem habuiſſe, cæteras verò fuiſſe illorum concubinas.

10 Sed hæc ſententia eſt improbabilis, vt ait idem Bellarm. ibidem, quis enim crederet Sanctiſſimum Abraham, eumque ſapientiſſimum, vel ignoraſſe adulteriũ eſſe peccatum, vel illud tam diuturnè commiſiſſe, virum tum à Chriſto Domino, tum à Prophetis, & Apoſtolis ſemper honoris cauſa nominatum, tam turpiter lapſum eſſe. Id quod de cæteris Sanctis Patriarchis ſuo modo intelligendum eſt. Confirmationes verò, quas adducere ſolẽt vt probent Patriarchas vnam tantũ legitimam vxorem habuiſſe, & earum ſolutiones videre eſt apud *Bellarm. loco citato.*

11 Alij in aliud extremum abierũt, vt putarint Bigamiam non eſſe prohibitam niſi iure poſitiuo Euangelico. tantum abeſt vt inculpent Sãctos illos Patriarchas, quod plures habuerint vxores, & pro ſe afferunt *D. Hieronymum in Epiſtola ad Oceanum, & D. Auguſtinum lib. 3 de doctrina Chriſtiana c.* 12. & pluribus alijs locis, vbi videntur manifeſtè dicere, quod nulla tempore veteris Teſtamenti lex extabat, bigamiã prohibens: qui quidem in eo quod Patriarchas non inculpant, rectè ſentiunt. in eo autem quod ad ſolum ius poſitiuum Euangelicum reducunt, non rectè loquuntur. Habẽt

12 que contra ſe *Innocentium Tertium cap. gaudemus de Diuort. ſupra allatum. Chryſoſtomum hom.* 56. *in ca.* 30. *Gen.* vbi ait, *quod conſuetudo pluriũm vxorum habẽdarum fuit mala, quapropter à Chriſto Domino aboli ta fuit. Antiquis tamen Patribus licita ex Diuina diſpenſatione, & D. Ambroſium lib. primo de Abraham cap.* 4. qui Abrahamum excuſat ab Adulterij crimine ex eo quod in cõiugio cum Agar myſterium claudebatur. Deus enim ita fieri voluit ad aliquid futu-

13 rum ſignificandum, vt Apoſtolus exponit *ad Galatas* 4. & alios, quos cap. ſuperiori adduximus. Et præterea rationes illas, quas ad confirmãdam grauitatem delicti bigamię adduximus; prout huic rei aptari poſſunt; præcipuè verò illas, quas diximus importare pugnantiam cum finibus matrimonij, vt in principio

14 huius quæſtionis ſignificauimus. Neq; DD. Hieronymus, & Auguſtinus ipſis fauent; loquuntur enim ex ſuppoſitione Diuinæ Diſpenſationis, quæ poſita non erat contra legem, vt mox melius videbimus.

Caput Secundum.

OSTENDITVR LICITAM fuiſſe Hebræis tempore veteris Teſtamenti Bigamiam ex Diuina diſpenſatione, & declaratur qualis fuerit hæc Diſpenſatio.

15 PRima Concluſio. licita fuit tẽpore veteris Teſtamenti Hebræis ex Diuina diſpenſatione pluralitas vxorum. Eſt cõmunis Scholarum ſententia ita abſolutè probata, quod aduerto propter varias locutiones DD. circa modum reuelationis, & extenſionem diſpenſationis. ita *Bellarm. loco citato, & Ioãnes Pineda de rebus Salomonis lib.* 7. *cap.* 5. & nouiſſime tenet *Gaſpar Hurtado de Sacramentis diſp.* 9. *de matr. difficult.* 1. qui aliquos laudat & alios reprobat. Communiter autem

16 ſolent dicere hanc diſpenſationem ab Abrahamo incœpiſſe. *Mæratius* verò *to.* 3. *tract. de matr. diſp.* 5. *ſect* 4. *num.* 2. extendit ad Noemi tempora poſt diluuium, & hanc permiſſionẽ Noemo primum, eiuſque tribus filijs innotuiſſe, ex maximè probabili coniectura, vt ipſe ait, quia nimirum, & ab his ſolum eſſe poſſet humani

mani generis propagatio; multoque minus diuturna foret deinceps hominum vita, quam ante Diluuium fuisset, præsertim quia iam Abrahami tẽpore vulgo nota erat hæc permissio.

17 Posset hic quis ingeniosè obijcere contra Mœratium frustra effectã hanc dispensationem Noemo, & eius filijs post diluuium, nam cum tot essent fœminę, quot mares, frustra pluralitas vxorum concederetur. Sed pro Mœratio respondetur, quod etsi vita hominum post diluuium breuior esset, quam ante diluuium; cum tamen diuturnior esset quam nostra præsertim vero in Noemo ipso, vt patet, & in eius filijs; potuit ita multiplicari humana generatio etiam viuentibus ipsis Noemo, & filijs vt mirum non sit si plures potuerint habere vxores; cũ etiam Regna potuerint ipsis viuentibus frequentissima reddi, de quo vide Abelem in Appendice Genealogica.

18 Ad hoc autem vt nostra conclusio omnino probata remaneat; satis est adductis iã patribus, & testimonio scripturarum Bigamiam licitam asserentibus, si ostendatur non pugnare omnino cum natura matrimonij dispẽsationem Diuinam ad Bigamiam; vnde reddatur possibilis. quare dico polygamiam non esse omnino contra Ius naturæ; atque adeò non esse contra prima, ac vniuersalia eius principia, sed aliquo modo opponi Iuri naturæ, quatenus est contra Conclusiones, quæ

19 ab ipsis primis principijs deriuantur. non enim repugnat primario fini matrimonij; quæ est liberorum susceptio, & procreatio; cum benè possint ab vno viro plures vxores fœcundari, etsi diximus aliquantisper impediri hũc finem primarium ex nimia viri luxuria, quæ solet virile semen eneruare; quamuis aliunde compensetur ex pluralitate muliebrium vasorum susciptentium, vt in Mahometanis est obseruare nostro etiam tempore.

20 Quod autem opponatur secũdariis matrimonij finibus, vt supra cap. ostendimus, non id operatur, quod non possit à Deo dispensari ad Bigamiam, neque quod Deo dispensante, illicita sit; qui peculiari etiam prouidentia potuit prospicere secundarijs illis finibus tranquillæ cohabitationi nimirum

21 inter virum, & vxores, & concupiscentiæ: significatio autem vnitatis Christi, & Ecclesiæ non ita perfecta erat in illis matrimonijs, quę tunc Sacramentum non erant. solum autem id operatur quod sublata dispensatione Diuina, illicita sit.

22 Id autem hoc modo explicat *Bellarm.* in subiecta materia *lib. vnic. de matr. cap.* 11. *Sãchez lib.* 7. *de matr. disput.* 80. & Alij. duo genera præceptorum ad ius naturæ pertinent quædam vniuersalia, & communissima, quæ sunt veluti prima principia Iuris naturæ; quædam alia, quæ ex primis tanquã conclusiones deriuantur. Et quidem priora illa continẽt ita vniuersaliter regulam rectitudinis, vt in nullo casu mutatione vlla indigeant; & ideo sunt omnino indispensabilia; qualia sunt præcepta Decalogi. Posteriora autem continẽt quidem regulam rectitudinis. Sed aliquãdo mutatis circunstantiis rerum, & personarum, vtile est legem mutari; sed tamẽ etiam tunc mutari nõ potest,

23 nisi ab eo, qui illam posuit. Modo Polygamia vnius viri cum multis vxoribus, ad posterius genus Præceptorum pertinet. vnde à Deo dispensari potest ad bigamiam iam dictam vnius viri cum pluribus vxoribus, & à nullo alio; immo vt aliqui putauerunt omnia præcepta Decalogi

logi à Deo ſunt indiſpenſabilia ea dispenſatione etiam de potentia abſoluta, vt ex *D. Tho. Caiet. Conrado, Medina, Valētia, Vaſquez, Azor, Soto, & Victoria, & Alijs probat Salas de legib. q. 94 diſp. 5. ſect. 9.* Sed quomodo ſint diſpenſabilia ex particulari diſpenſatione, & qualia vide apud ipſum eodem loco de qua materia vide copioſius apud *Suarez de legibus lib. 2. c. 15. n. 16. opin. 4.* de Biuiria verò hoc eſt vnius fœminæ cum pluribus maritis ſuo loco videbimus.

24 Porrò hæc doctrina iam tradita ex Bellarm. de duobus generibus Præceptorum ad ius naturæ pertinentium, & aliorum etſi vera ſit, tamē aliquā patitur obſcuritatem ex eo quod in ipſis Decalogi præceptis videtur poſſe fieri diſpenſatio mutatis circūſtantijs rerum, & perſonarum; quæ tamen, vt dictum eſt, ſunt ex primis illis principijs indiſpenſabilibus. quin immo aliqua, quæ alioqui prohibita ſunt, ſi fiat mutatio circumſtātiarum, omnino ſunt licita, vt videre eſt in his præceptis. In quinto præcepto habemus (non Occides.) quo præcepto prohibemur ne aliquem hominem morte
25 afficiamus. Et tamen nemo eſt, qui neget, quod poſſit quis in ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ aliam perimere. Et Sanſon plures in ſui vindictam Diuina inſpiratione interfecit vt ſtat ex *Iudic. 15. 16. 17.* Aliud eſt Præceptum nempe ſeptimum, (non Furaberis,) At poteſt quis in extrema neceſſitate iuxta omnium DD. ſententiam
26 furari, & non ſolum conceſſum, ſed etiam mandatum fuit Populo Hebræo furari vaſa Aegyptiorum, vt apparet ex *Exodo cap. 11.* Sextum eſt (non Mœchaberis) at diſpenſauit Deus cum Oſee, vt faceret ſibi filios fornicationis *Oſeæ cap. 1.*

27 Si dicas, quod in his caſibus præceptum eſt in primo non Occides: quando non adeſt neceſſitas propriæ defenſionis. in altero, non furaberis: niſi ſit extrema neceſſitas quæ vrgeat. in tertio non Fornicaberis: At fornicari non eſt ſi rem habeas cum tua, vel iuxta ſolitas leges, vel ex Diuina diſpenſatione. reſponderi poſſet, quod eodem pacto poſſet dici in aliis præceptis; quę ex primis illis deriuantur, quod nimirum illa ſint indiſpenſabilia nulla poſita mutatione in circumſtantiis rerum, & perſonarum.

28 Quare placet mihi modus explicandi *Coninck de Sacramentis diſp. 26. dub. 2.* vbi ait, aliquid tripliciter dici cōtra Ius naturæ. Primo, quod ſecūdū ſe intrinſecè; prout eſt actus quodāmodo phyſicus talis ſpeciei, includit aliquā malitiam ſaltē obiectiuam Iuri naturæ repugnantem; quale eſt odium Dei, libido contra naturam, & ſimilia. Tale quid autē Deus non aliter poteſt efficere licitum, quam immutādo rerum eſſentias, quod fieri nequit? Secundo quod ſecundū naturalē ſpeciem nō ita repugnat abſolutè Iuri naturæ, quin ſæpè licitè fieri poſſit tamen quandoque repugnat ratione alicuius adiuncti quod Iuri naturæ repugnet, ſic furtum eſt contra Ius naturæ, quia cōtinet iniuriam erga Dominum rei, qui ſi alteri det veniam, eam ſibi vſurpandi, hic ponet actionem ſecundum eſſe phyſicum eiuſdem rationis cum ea, quam fur facit, & tamen licitam. ſic copula Petri cum Ioanna ante nuptias eſt cōtra ius naturæ; quia eſt acceſſus ad non ſuam: poſt nuptias licita eſt, cū tamen ſit eiuſdem ſpeciei phyſicæ
29 cum præcedente. Tertio, quod ſolū illicitū eſt ratione alicuius periculi peccandi cōtra ius naturæ quod illi cōmuniter cōiunctū eſt, quod quādocūque abeſt: alterum, nullam habet malitiam. ſic communiter contra ius naturæ eſt Sacerdotem cum

iuuen-

iuuenculis habitare,& cum ijs multum familiariter conuerſari, quod ſi tamen omne periculum ſcandali, vel peccati abſit, vel etiam grauis neceſſitas vrgeat, ſpectato ſolo iure naturæ, vtrumque licitum eſt, modo ſperetur ſcandalum, & periculũ euitari poſſe.

30 Nunc poſitam doctrinam rei noſtræ aptando breuiter dico quod Bigamia non eſt illicita ex primo genere, ſed vel ad ſecundum genus ſpectat, vel ad tertium quare nõ eſt Ratio cur à Deo diſpenſabilis non ſit. Et ad rationes initio huius capitis poſitas, quę faciunt contra noſtram concluſionem Reſpondeo.

31 Et ad primam quidem poſſe virum tradere ſui corporis poteſtatem coniugi conſiſtente matrimonij eſſentia, & non eſſe neceſſe, vt ita totaliter, & ſimpliciter illi ſoli tradatur, vt alteri cõiugi tradi non poſſit, ſed ſatis eſt ſi tradatur prout eſt opus ad liberorum procreationem, quod quidem poteſt ſtare cum matrimonij veritate, vt bene reſpõdet *Valentia tom.4.diſp.10.q.1. de matr. pun.3.contra Alphonſum de Caſtro, & Victoriam*, qui tenent, Polygamiam pugnare cum veritate coniugij. Et ad confirmationem reſpondetur virum non habere ſui corporis poteſtatem quatenus id tradit vxori, habere autem quatenus non eſt obligatum, ideſt citra procreationis liberorum neceſſitatem. Doctrina autem Apoſtoli, & prout de facto contingit in matrimonio poſt legem Euangelicam, in quo eſt mutua, & æqualis traditio; tam ex parte coniugis, quam ex parte viri.

32 Atque hinc patet Reſponſio ad ſecundam rationem, quod ſcilicet de facto ſic res ſe habet vt legitimũ matrimonium non ſit; niſi vtrinque mutua fiat traditio in ſolidũ totius poteſtatis corporis. Sed ſtante Diuina diſpẽſatione prout in lege veteri, non ita totaliter tradi eſſet opus, ſed prout ſupra dictum eſt.

33 Ad tertiam reſpondetur, quod ſpectato primario matrimonij fine, non eſt opus reddere debitum quoties mulier petat, ſed quoad ſufficit ad generationem. Id quod non eſt impoſſibile, prout habetur *ex D. Tho. in 4. diſt. 33. q. 1. a. 1.* ad ſextũ, quod autem tali pacto non omnino daretur remedium concupiſcentiæ iam dictum eſt aliunde, Deum mederi potuiſſe; & alioqui hoc non eſſet vnicum remedium concupiſcentiæ, quid enim diceretur ſi maritus lõga ægritudine laboraret; vel ſi abſens grauibus detineretur negotijs; in quibus caſibus nec poteſt, nec tenetur reddere debitum vxori.

34 Ad quartũ reſpõdeo. Illud principium (quod tibi non vis, alteri ne feceris) debere intelligi ſeruatis perſonarum, & rerum circũſtantijs, vt nimirum aliquid non fiat cum læſione proximi, ſicut nolleimus nos lædi, at hinc non ſequitur, quod eodem honore debeat in dignitate conſtitutus afficere priuatam perſonam, quo eum priuatus homo afficit, ſed ſatis eſt ſi ei proportionato honore correſpondeat. Et quia ex Reſponſionibus modo adductis, & alijs ſupradictis ſatisfieri poteſt alicui alij dubitationi ſi quæ ſupereſſet; ideo non amplius immoror.

35 Si quæras quænam circunſtãtia fuit illa, quare bigamia; quæ antea illicita; deinde facta fuerit licita. Reſpondeo; communiter DD. cenſent ad bigamiam diſpenſatũ à Deo propter multiplicationem humani Generis, quam multiplicationem quia aliqui DD. reſtringunt ad populum Dei, probabiliter etiam tenent ſoli Dei populo eam cõceſſionem factam. Vnde nimirum Meſſias naſciturus erat; quæ eſt eorũ Ratio.

36 Dices quod nã ergo fuit peccatum

tum Salomonis; quod in ſacra ſcriptura 3. *Regum* 11. reprehenditur propter multas vxores adamatas. reſpondeo breuiter peccatum Salomonis non conſiſtere in eo quod plures habuerit vxores: quod nequaquam prohibetur, Regem quam plurimas habere vxores *Deuteron.* 17. vt aduertit *Pineda lib.7. de rebus Salomonis cap.4.nu.* 6. ſed quod duxerit vxores ex aliena à vera Religione.

37 Dices ſi Deus diſpenſauit cum Hebræis ad bigamiam, quid dicendum de finibus ſecundarijs matrimonij, proſpiciebat ne illis Deus, an vero contemnebantur? reſpondeo ſupra iam dictum eſt, quod non deſinebat Deus dum illa diſpenſatio vigebat mederi ſecundarijs matrimonij finibus cohabitationi ſcilicet, & concupiſcentiæ remedio.

38 nã de ſignificatione vnionis vnius Chriſti; & vnius Eccleſiæ iam diximus, quod matrimonium in veteri lege non erat ita perfecte Sacramẽtum, ſed largo modo. Præterea illa ſignificatio non erat ex natura ipſa matrimonij, ſed fuit ex Diuina eleuatione in lege Euangelica quando per Chriſtum eleuatum fuit matrimonium ad ſignificãdam vnionem

39 verbi cũ Eccleſia. modo diſtinctius dico quod pro populo Dei potiſſimum motiuum pro ſecundarijs matrimonij finibus medicandis erat. quod ex ſuo genere Meſſias naſciturus eſſet. Vnde & mulieres facili negotio poterant ſe, & ad cohabitandum, & ad libidinis ſtimulos ex ſupernaturali motiuo cohibendos accommodare; dummodo ex matrimonio ita coniugali debito ex parte viri deſeruiretur, vt ab ipſis totaliter ſpes ex ipſis naſcituri Meſſiæ non auferretur. Hæc pro fidelibus eius temporis.

40 Secunda Concluſio. Diſpenſatio ad Bigamiam indicata eſt prius aliquot primis Patriarchis, puta Noemo, & eius filijs, Abrahamo, & alijs huiuſmodi, deinde ad alios eorum verbis, aut exemplis extẽſa eſt. quæ quidem ſignificatio non fuit opus, quod fieret externa aliqua locutione, ſed ſatis erat interna Dei inſpiratio; non autem ſufficiebat, quod recta ratio dictaret. Probatur Concluſio, quoad primã partem primo, quia *Deuter.*20. dicitur (*ſi habuerit homo duas vxores*) vbi tanquam res nota ſupponitur, & multo ante, tempore videlicet Abrahami, vt nota etiam ſupponebatur, quandoquidem Sara inducit Abrahamum ad ducendam ſecũdam vxorem Agar. quando veriſimile non eſt illi factã reuelationem tunc primum, ſed potius, vt antea ab Abrahamo ipſo id acceptum ſupponebat cui factam

41 ſpecialem inſpirationem vt dixi puto probabile, ſed non illi primum ſed Noemo, & filijs eam ſignificationem factam, vt ſupra diximus ex *Maratio*, ſed ipſe accepit, *ex Bellarmino lib vnico de matr. cap.* 11. 4. *propoſitione*, vbi ait, quod forte ſoli Noe facta fuit, & deinde ipſe alios docuit.

42 Probatur Concluſio quoad ſecundam partem efficaci ratione adducta à *Bellarm. loco cit. prop.* 3. vbi ſic arguit: qualis eſt lex, talis etiam requiritur diſpenſatio, vt per *Oldradum conſ.* 326. *nu.* 7. ſed lex prohibẽs bigamiam non erat ſcripta tempore Patriarcharum, ſed ſolum mentibus impreſſa, quandoquidem ſcriptura ſacra à Moyſe initium habuit, vt certum eſt, non igitur eſt opus quod diſpenſatio ſit ſcripta, ſed ſatis eſt ſi interne inſpirata.

43 Probatur quoad tertiam partem quia lex illa prohibens Polygamiã, non fuit tantum naturalis, vt diximus, ſed etiam de Iure Diuino per inſpirationem factam Adamo. quare neceſſe fuit vt à Deo ſpecialiter

per

per inſpirationem diſpẽſaretur; nec ſatis erat ſolum rationis dictamen.

Caput Tertium.

QVAERITVR AN DISPENſatum in lege veteri ad libellum Repudij, & quibuſnã id licitum, & quando incœperit? & ſtatuitur, prohibitam etiã Hebræis poſt legem Euangelicam Bigamiam.

44 MOdo quoniam de diſpenſatione facta Patriarchis circa Bigamiam egimus. videndum an eodem pacto diſpenſatum in lege veteri ad libellum Repudij, & quibuſnam id licitum, & quando incœperit. quapropter ſit.

45 Prima Concluſio. Repudia Hebræis ante legem Euangelicam nõ ſolum permiſſa, ſed etiam licita fuere; atque adeo immunia à peccato ex Diuina diſpenſatione. Hæc ſententia *eſt D. Tho. Scoti, Durandi, & Paludani in 4. diſt. 33. Ioannis Azorto. 1. lib. 6. cap. 1. q. 3. circa finem, & Maldonati Matth. 19. nu. 8. q. 2. Sanchez lib. 10. de matrim. diſp. 1. nu. 7.* & aliorum, quos ipſi citant. Ducor autem ad id vt probabilius aſſerendum, quia in animum inducere

46 non poſſum, quod Abraham contra omne fas, & ius perpetuò Agar repudiauerit; nec quod illa repudiata vinculo matrimonij perpetuo adſtricta fuerit ad cœlibem vitã. Id quod extende ad alias eo tempore veteris legis repudiatas. Adde quod ſi

47 dare libellum repudij Hebræis peccato tribueretur; eo temporis Iudæi aliquando à Prophetis reprehenſi fuiſſent propter illud ſcelus. Præterea quia lex vetus non puniebat cõiugia repudiatarum cum alijs viris vt patet *ex Deuter. 24.* vbi videtur potius concedi tanquam licitus libellus repudij, quam permitti, vt minus malum. (*ſi acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem ſcribet libellum Repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de manu ſua*).

48 At quis facilè, ait *Bellarmin. lib. vnic. de matr. cap. 17.* ſibi perſuadeat, eam legem, quæ iubebat lapidari mulierem, quæ ſemel in adulterio deprehenſa eſſet, ſimul toleraſſe tot adulteria, quæ publicè patrata fuiſſent à multis toto vitæ tempore. Præterea lex prohibebat ne repudiata poſt mortem ſecundi mariti poſſet vnquam reduci à priore marito, & quidem ita prohibebat, vt ſimul indicaret graue eſſe peccatum ſi id fieret, vt patet expendenti ſupradictum textum ex Deuter. At ſi per Repudium non ſoluebatur vinculũ coniugij, non erat peccatum, nec prohibendum; imo valdè bonum, & optandum, vt vxor rediret ad ſuũ verum maritum. Eſt ad verbum *Bellarm. de matr. cap. 17.*

49 Fateor, quod ſententia communior *Magiſtri diſt. 33. lib. 4.* & ibidẽ *Bonauen. Riccardi, Dominici à Soto, & Aliorum*, quæ ait Repudium illicitum ſemper fuiſſe; ſed permiſſum tamen, vt modo permittuntur Lupanaria ad vitãda maiora mala; magis faceret pro ijs, quæ ſupra adduximus ad probandam fœditatem libelli Repudij inter Chriſtianos; ſed quia reuera durum mihi eſt libellum Repudij tempore veteris teſtamenti peccaminoſum vocare: ne incongruè illam gentem, & aliquos viros Sanctos reprehendam; ideo probabiliori ſententia retenta, conabor pro viribus, obuijs difficultatibus reſpondere; & cum ijs, quæ ſupra diximus, componere.

50 Id autem quod videtur vehemẽter noſtrã impugnare Concluſionẽ, eſt quod Chriſtus Dominus *Matth. 19.*

th. 19. *Phariſeis dixit* [*quoniã Moyſes ad duritiem cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras, ab initio autem non fuit ſic*] cui argumẽto Reſpondet *Sanchez lib.* 10. *de matr. diſp.* 1. *nu.* 13. eã permiſſionem emanaſſe propter durititiẽ cordis Iudęorum, at non fuiſſe permiſſionem minoris mali, ſed minoris boni. Id quod debet intelligi, quod ſit minus bonum, & non malum non ex natura ipſa repudij, ſed ex Diuina diſpenſatione; Deus enim conniuẽs populi illius fragilitati, ac cordis obſtinationi diſpenſauit vt liceret illis repudium, quæ Reſponſio omnino placet, ſi Repudium Agar ab Abrahamo factum, in quo maximũ claudebatur myſterium, vt videre eſt *in Epiſt. D. Pauli ad Eph.* 4. excipiamus; nam incongruum eſt dicere quod talis diſpenſatio facta fuerit ad duritiem cordis Abrahami, ſed potius ad myſterium ſignificandum à Deo inſpiratum, vt multa aliã, quę fecit Abraham, quamuis externo cortice mala apparerẽt; intrinſecus tamen optima erant, quia myſteriũ claudebant, vt colliges ex pulchro *textu in c. p. quæritur* 22. *q.* 2. ſed Sãchez locutus eſt de reliqua communitate illius populi; cui ſaltem ſecũdum maximam partem optime verba Euangelica iuxta doctiſſimi Auctoris interpretationẽ quadrant, 51 52 Secundum Argumentum ducitur ex *Cap. Gaudemus de Diuort.* vbi dicitur Chriſtus reprobaſſe repudium antiquum Hebræorum; ergo non erat licitum. Ad quod Reſpondetur quod ibi agitur de ſtatu legis Euangelicæ, in quo iam Repudium ceſſauit.

53 Mihi vero eodem prorſus diſcurſu in hac re incedendum videtur, quo ſupra in ſimili de Bigamia proceſſimus. nam ex vna parte libellus repudij, vt ſupra vidimus, ex natura ſua affert ſua incommoda, vnde hac ratione contra Bodinum, & Bucerũ cap. ſuperiori inuecti ſumus; ex alia vero parte modo dicimus quod tẽpore veteris teſtamenti licitus fuit libellus Repudij. is autem ex dicta diſpenſatione. Sed quod maius negotium mihi nunc faceſſit, eſt, quia 54 incommoda, quæ affert libellus Repudij videntur tendere contra primarium matrimonij finem, qui eſt propagatio, & ſobolis educatio; bigamia ſolum viſa eſt tendere cõtra ſecundarios fines, qui ſunt cohabitatio, & remedium concupiſcentię; ſupra autem diximus, quod ſi bigamia contra primarium finem tẽderet, eſſet indiſpenſabilis.

55 Vt autem hoc nodo expediamur, ad mentem reduco triplicem illam Præceptorum naturalium ex Coninck diuiſionem. nam aliqua ſunt circa actum, qui prout eſt quodammodo phyſicus talis ſpeciei, includit aliquam malitiam ſaltem obiectiuam, Iuri naturæ repugnantem; vel vt Alij loquuntur in omni circumſtantia includit malitiam, vt eſt odium Dei. Alia, quæ ſunt circa actum, qui ſecundum naturalem ſpeciem non ita repugnat abſolutè Iuri naturæ, quin ſæpè licitè fieri poſſit. Tertia quæ ſunt circa actum, qui ſolus ratione periculi peccandi cõtra Ius naturæ eſt peccaminoſus.

56 Hoc poſito, dico primo, libellum Repudij nequaquam eſſe contra pręcepta primi generis, nec pugnare cum primario matrimonij fine. nam propagationem ſobolis non apparet, quo modo impediat libellus Repudij: in educatione etſi aliquod animaduertatur incõmodũ, at non totale, cui reparari non poſſit: nam poteſt facili negotio apud matrem, vel patrem educari proles, vt modo conſtat in ſecundis matrimonijs mortuis prioribus coniugibus, ex quibus ſuſcepti ſint filij, qui apud ſuperſtites parentes vt cũque,

etſi

57 etſi non ita commodè, educantur, quod ſi quid amplius in hac parte contra Bodinum, & Bucerum diximus, id potius ad hominem, & ex malè compoſitis eorũ repudijs ſine cauſa factis, & ita promiſcue: argumentati ſumus.

58 Dico ſecundo, quod libellus cõtra ſecundi generis præcepta videtur eſſe, ex hoc capite iam ſignificato, quod aliquo modo eſt incõmodus educationi, & præterea quia matrimonium ex natura ſua dicit aliquam indiſſolubilitatem. tertio, quia ad ſecũdarium matrimonij finem, quæ eſt cohabitatio, pertinet ipſa indiſſolubilitas; nam ea, cui cõmiſſa eſt domeſtica gubernatio, ſi ita facilè è domo dimittatur, non poterit non varia incommoda, & familiæ, & rei familiari afferre. Non tamen eſt ex hac ratione à Deo ipſo indiſpenſabilis, vt ſupra vidimus de Bigamia, & ſuum erat his incõmodis medicamentum. nam quando diſpẽſatum cum Abrahamo ad repudium cum Agar ex peculiari my-

59 ſterio. Solatium illa ex ipſo ſpiritua li myſterio poterat habere ob ſui repudium. Id quod de aliis huiuſ-

60 modi Repudijs, ſi quæ fuere, debet intelligi, & in caſu peculiari Abrahami nullum fuit incommodum; quandoquidem Domi remanebat Sara, quæ erat coniux primarij ordinis, & non Ancilla ſicut Agar, ſed Domina, & quoad aliqualem indiſſolubilitatem dico, quod præſtabat tunc magnum illud myſterium ſignificare, indiſſolubilitate non retenta, & pro educatione dico quod manifeſtè patet quam benè, & qua peculiari prouidẽtia Abrahami ſoboles ex Agar apud ipſam, & Angelo immiſſo educata fuerit, quod to-

61 tum *ex cap. Geneſ.* 21. vbi cum dixiſſet Sara Abrahamo, vt eijceret Ancillam, & filium eius, dicit ſcriptura (*durè accepit hoc Abraham pro filio ſuo. Cui dixit Deus, non tibi videatur aſperum ſuper puero, & ſuper Ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen Sed & filium Ancillæ faciam in gentem magnam, quia ſemen tuum eſt*) & paulo poſt, cum consũpta aqua puer ſiti periret. ait (*exaudiuit autem Deus vocem pueri, vocauitque Angelus Agar de cœlo dicens: quid agis Agar. noli timere: exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco, in quo eſt. Surge, tolle puerum, & tene manũ illius: quia in gentem magnam faciã eum; Aperuitque oculos eius Deus: quæ videns puteum aquæ abijt, & impleuit vtrem, deditque puero bibere. Et fuit cum eo, qui creauit, & moratus eſt in ſolitudine, factuſque eſt Iuuenis ſagittarius,*) quid clarius ad rem noſtrã adduci poteſt. vbi & Diuina diſpenſatio ad repudium facta, & remediũ ad prolis educationem diuinitus ex

62 hibitum. Pro reliquis fœminis, quę repudiabantur toto Teſtamento veteris tempore, non incongruum eſt dicere, quod lex illa non ſine Diuina diſpẽſatione lata erat, & tot vallata inſtructionibus, & circumſtantijs, quot ſupra diximus de notario & teſtibus adhibita formula, quæ

63 *vt Maldonatus in Matth. cap. 19. Cornelius à lapide, & Bonfrerius in Deuter. cap. 24. cit.* huiuſmodi erat [*Ego Rabbi N. filius Rabbi N. die primæ menſis ſecundi anni N. à creatione mundi in tali loco ex animo meo, & ſine vlla coactione repudiaui N. filiam Rabbi, &c. ſponte mea, & dedi ei libellum Repudij in manu ſchœdam abſciſſionis, & ſignaculum diuiſionis, vt ſit à me abiecta, & abeat quocunque voluerit, ducique poſſit ab omni viro, nec eam quiſquã prohibere præſumat iuxta Conſtitutiones Moyſis, & Iſrael.*

Præterea, vt bene aduertit *Bellarm.*

64 *loco cit. cap. 29.* & ideo in veteri lege concedebantur matrimonia inter conſanguineos ſtrictioris gradus, quia

quia ex eo quod cõſanguineæ magis diligantur, quam exteræ mulieres, quo minus illæ arcebantur à matrimonijs cum conſanguineis, eo magis claudebatur aditus ad Repudia; quod ita obſeruatum aliquã afferebat medelam; & præſertim quia ad duritiem cordis Hebræorum conceſſa; poterant optimè in eam cogitationem venire, vt repudium æquo animo ferrent; quandoquidem virorum ſæuitiam vitarẽt, qua data Domus maxima perturbatio in re domeſtica, & in ſobolis
65 educatione oriretur: nec aptũ erat illo tempore noſtrum Diuortium; quandoquidem carnalis populus, & duræ ceruicis capax non erat vel cœlibatus: vel reconciliationis cũ coniugibus.

66 Hinc dico tertio, quod ſi fiat cõparatio iuxta tertiũ Præceptorũ genus; ſupra ex Conink relatum. vnde nimirum maior labendi occaſio daretur ex libello Repudij tunc temporis conceſſo; an vero ex indiſſolubilitate matrimonij Chriſtianorum. Vnde vt vidimus affirmabat Bodinus maxima oriri ſcandala abſolutè; & ſine vlla cõparatione, præſertim vero ſuppoſita perfectione Chriſtiani ſtatus, nulla ex indiſſolubilitate præſentis ſtatus matrimonij Chriſtianorum rationabilis habetur occaſio labendi in ſcandala; quod ſi ex hominum malitia aliqua arripiatur occaſio; maior vt vidimus poterat arripi ex libello Repudij; præſertim vero vt ex Bodino effingebatur. Præterea quia ex natura ſua nõ parua afferebat incommoda, vt vidimus.

67 Secunda Concluſio veriſimile eſt etiam eam conceſſionem libelli Repudij tunc temporis ad gentes extenſam eſſe exemplo Hebræorũ, vt ſupra diximus de Bigamia. Ita *Pontius lib. 2. cap. 50. poſt Abulenſem cap. 19. Matth. q. 76. ad vltimum, & veram Crucem 2. p. ſpec. ar. 13. per totum*.

68 Hæc ſententia *Sanchez non placet, qui lib. 10. de matr. diſp. 9 num. 8.* ait nullo modo gẽtilibus hanc cõceſſionem factam, quia nullibi legitur, à Deo diſpenſatum cum gẽtilibus ad libellum repudij. At pro noſtra concluſione, & pro Pontio poteſt eſſe, hæc Reſponſio quod ſicut bigamiæ conceſſio extenſa eſt ad Ethnicos in probabili ſententia, vt ipſemet Sanchez fatetur *lib. 7. diſputatione 80. nu. 13.* & tamen nullibi legitur ea diſpenſatio facta gentilibus; Sed ſolum quia Hebræorũ exemplo potuit inter Ethnicos facili negotio, & rationabiliter introduci; ideo non incongruè argumẽtati ſumus etiam ad eos extenſionem ad bigamiam factam eſſe. Pari pacto de libello Repudij ratiocinari poſſumus; præſertim quia valet hic ratio à maiori ad minus, nam quid maius eſt diſpenſare, vt quis retenta prima coniuge aliam accipiat, quam repudiata priore.

69 Hinc mirum non eſt, ſi tot ſapiẽtiſſimi legislatores ethnicorum Repudia conceſſerint, at ea moderatione vt omnino Hebræos imitari videantur, vt videre eſt apud *Sanchez lib. 2. de matrim. diſp. 13. num. 6.* vnde accipitur cõfirmatio pro noſtra concluſione contra ipſum Sanchez. Et quidem ſupra non fieri ſine cauſa diuortiũ illud oſtendimus, pluresque Reſpublicas Sapientum enumerauimus. Modo formam, vt de Hebræis diximus, & Cœremonias adducere poſſumus. Et quidẽ
70 inter Romanos hæc erat vt teſtatur Iuriſconſultus *leg. 2. ff. de Diuort. (cõditione tua non vtor)* vel *(res tuas tibi habeto)* vel *(res tuas tibi agito.)* vbi vide *Cuiacium, & Goffredum omnino legendos.* quam formulam elegãtiſſimè tranſtulit *Martialis lib. 10. Epigram. 41. in Proculeiam 53.*

Menſe

Menſe nouo Iani veterem Proculeia maritum
Deſeris; atque iubes Res ſibi habere ſuas.

& ibi Raderus in cuius ſerie eſt *Epigramma* 38. adducit formulam repudij *ex l.* 12. *tabularum* priſco more videlicet. SEI VIR AVT MOLIER ALTER ALTERI NONTION MISEIT DIVORTION ESTOD MOLIER RESSOVAS SIBEI HABETO VIR MOLIEREI CLAVEIS ADI-
71 MITO EXICITOQVE ad quod alluſit *Cicero Orat.* 2. *cõtra M. Anton.* agens de Mima ab Antonio repu-
72 diata frugi factus eſt Antonius, Mimam illam tuam ſuas ſibi habere res dixit. Aliam formam apud Cardienſes refert *Petrus Gregorius Syntagmate Iuris p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 5. in fine cauſæ vero repudiandi vxorem nu-
73 merantur *l. conſenſu C. de repudijs.* Si Cœremonias ſpectes vtique tripliciter apud Romanos connubia diſſoluebantur vſurpatione diffarreatione, & remancipatione, vt videre eſt apud *Roſinum lib.* 5. *Antiquitatum Romanarum cap.* 38. *& Ræuardum commento* 12. *tabularum cap.* 19.

74 Tertia Concluſio: poſt legem Euangelicam non ſolum Chriſtianis, vt cap. ſuperiori diximus, verum etiam Hebræis omnino prohibita Bigamia. ita *Bellarm. lib. vnico de matrim. cap.* 11. & omnes DD. Ratio pro hac Concluſione eſt eadem cum ea, quam quæſtione ſequenti ponemus loquentes de Gentilibus; ideo hic prætermitto. Vnde merito Chriſtiani Imperatores Theodoſius, Arcadius, & Honorius *in l. nemo Iudæorum Cod. de Iudæis, & Cœlicolis* prohibuerunt ne ipſi in diuerſa ſub vno tempore cõiugia conuenirent.

QVAESTIO NONA.

De Pluralitate, & Communitate Vxorum apud Gentiles.

Caput Primum.

QVAM VARII VSVS, VEL Abuſus extarint apud Gentiles circa pluralitatem, & communitatem vxorum.

SVMMARIVM.

1 *Enumerantur variæ nationes ex varijs auctoribus quæ in vſu habuerunt polygamiam, & inde argumentum Durandi pro polygamia conceſſa gentilibus olim.*
2 *Permittitur ex Mahomettana ſecta tot habere vxores quot virorum diuitiæ ſuſtentare poſſunt.*
3 *Inſtantia contra Durandi argumentum ad inculpandos gentiles in bigamia.*
4 *Referuntur nationes, quæ habuerunt vxores in communi.*
5 *Tapyri poſtquam duos treſue filios ex vxoribus ſuſcipiebant, alijs nuptui tradebant.*
6 *Nicolaitæ cõmunitatem etiam vxorũ amplexi ſunt ducti exemplo Nicolai diac.*
7 *Simon Magus hanc turpitudinem introduxit.*
8 *Communitatem vxorum reprehendit Ariſt. & eius inconuenientia oſtendit.*
9 *Lactantij in idem elegantiſſima ſententia.*
10 *Adamianorum Paradiſus in quo conſiſteret.*
11 *Referuntur Auctores, qui de Adamianis meminerunt.*
12 *Riccardi Anabaptiſtarum ſectæ Principis error circa promiſcuitatem vxorum, & infames cærimoniæ.*
13 *Ex dictis conſequentia contra bigamiam.*

14 *Bigamia tempore veteris teſtamenti conceſſa etiam gentilibus.*
15 *Prima ratio pro tali conceſſione bigamiæ gentilibus.*
16 *Secunda ratio colligitur ex D. Auguſtini verbis.*
17 *Confirmatio eiuſdem rationis.*
18 *Secunda confirmatio.*
19 *Tertia ratio.*
20 *Quod motiuum haberent pro toleranda bigamia mulieres gentiles, inquiritur.*
21 *Ethnicorũ maiores exemplo Patriarcharum ad bigamiam deuenere.*
22 *Morale pro mulieribus gentilibus ad tolerandam bigamiam.*
23 *Expenditur melius argumentum pro nobis initio huius quæſtionis factum.*
24 *Inſtantia contra dictum argumentum ſoluitur.*
25 *Poſt legem Euãgelicam à fortiori ſublata diſpenſatio ad bigamiam gentilibus.*
26 *Ratio quare ſublata diſpenſatio.*
27 *Abulenſis ſententia excuſantis Ethnicos improbatur.*
28 *Magis improbatur vera Crux.*
29 *Aliunde excuſatur Abulenſis.*

1 QVi affirmant olim licuiſſe non ſolum Hebræis, verum etiam omnibus gentibus plures ducere vxores ea potiſſimum mouentur ratione quia durum videtur, vt argumentatur *Durandus in 4. ſentent. diſt. 33. q. 1.* & irrationale eſſe per plures, qui ſolum ſub iure ipſo naturali vixerunt peccaſſe, & ob id damnatos fuiſſe, quod eodem tempore plures duxerint vxores, & magis augetur hæc ratio ex eo quod quam plurimæ nationes fuerunt, quæ polygamiam in vſu habuerunt. De Parthis Aegyptijs, Thracibus, & Athenienſibus teſtãtur *Enſeb. de Præparat. Euangelica lib. 6. cap. 8. Diodorus Siculus lib. 2. Heraclides in politijs, & Gellius lib. 15. cap. 8.* & de Thracibus in particulari, *Solinus cap. 16. Põponius Mela lib. 2. de Situ Orbis cap. 2. Herodotus lib. 5. Hiſtoriarum cap. 1. Alexander ab Alex. lib. 1. dierum Genialium cap. 24. & Ioannes Boerius Aubænus lib. 2. de moribus, & legibus omnium Gentium cap. Quinto de Aegyptijs idẽ Boerius lib. 1. cap. 5. de Athenienſibus, Diogenes Laertius in vita Socratis, Alexãder ab Alex. d cap. 24. de Indis, refert Cicero lib. 5. Tuſculan. quæſtio. Strabo lib. 15. & Solinus in Polyſtor. cap. 55. de Brachmanis, Alexander ab Alex. ibidẽ. De Naſamonibus ſcribit Herodotus lib. 4. Hiſtor. de Perſis, Herodotus lib. 3. & Ammianus Marcellinus lib. 23. de Cireniacis, Pomponius Mela lib. 1. de Gelonis, Flaccus lib. 7. Argonauticon. De Penis Herodotus in Leypſichore. De Siculis, Alexander ab Alex. loco citato, & Aelianus lib. 13. de varia hiſtoria*, qui in particulari ait Dionyſium Tyrannum Syracuſarum duas habuiſſe vxores vno tempore. De Numidis, & Mauris narrat Salluſtius in Iugurta. De Germanis ſcribit *Cæſar lib. 1. Suorum Commẽt. de bello Gallico in fine.* De *Tartaris Io. Boemus lib. 2. cap. 10.* qui etiam idem teſtatur de Germanis de Lacedemonijs, denique *Alexander ab Alex. loco citato.* & de alijs poteſtis legere *Tiraquell. in tract. de legib. Connubialibus leg. 7.* dummodo non prætermittam id, quod dicit de Saracænis *Petrus Guerra de Lorca in Catacheſi Myſtagogica pro aduenis ex Secta Mahometana collect. 5.* vbi ait permiſſum 2 eſſe per ſuas leges tot habere vxores, quot eorum diuitiæ ſuſtentare, & alere poſſunt. Id quod etiam habetur ex celebri loco Salluſtij in Iugurtam; quamuis ipſe id factum non approbet. & Creſoneſi; quia monogamiam coluerunt ab Euripide in Andromache ſic reprehenſi ſunt. *Nuptiales leges non bene conditæ*

ſunt;

ſunt; oportet enim hominem felicem quam plurimas habere vxores. Si viro victus domi ſuppeteret, vt malam expelleret foras, Bonam vero libenter ſibi ſeruaret. Nunc autem ad vnã ſolum reſpiciunt vehementer periclitantes.

3 Ad hoc argumentum reſpondẽt qui in contraria ſunt ſententia, mirum non eſſe ſi tot Nationes Bigamiam coluerint. Nam cum barbaræ fuerint, multiſquè nefariis vitijs ſcatuerint, quod plurimæ nationes in Bigamiam conuenerint, non excuſat à peccato, ſed potius quod vitia vitijs cumularint. De quibus, & quot Idolorum Cultores fuerint, & alia ſcelera patrarint, paſſim eſt reperire apud Auctores.

4 Sed quod magis ad rem noſtram pertinet, paſſim eſt videre apud varios Auctores, quod multæ Barbaræ Nationes voluerunt vxores eſſe comunes, vt voluiſſe Aethiopes, & teſtatur *Solinus cap. 33.* Britãnos *Cæſar lib. 5. de bello Gallico*, *Euſeb. de præperat. Hieronymus lib. 2. in Iouinian.* Idem dicit de Agathyrſis, & Hiſophagis *Herod. lib. 4.* eodẽ morbo laborare Troglodytas ſcribit

5 *Strab. lib. 16.* qui etiam libro 11. refert Tapyros populos, qui ſunt ad mare Caſpium inter Deribeias, & Hircanos in vſu habuiſſe, vt vxores ſuas, cum duos treſue ex ijs filios ſuſcepiſſent alijs nuptui concederent. Limyrnios Nicoloſeos, & Garamantes *Plinius lib. 8. cap. 5. Pomp. Mela de ſitu Orbis cap. 8.* & denique idem aſſerit de quibuſdam Lybiæ populis *Ariſt. lib. Polit. 2.*

6 Quod vitium (vt tantiſper digrediar ab ethnicis) vſque ad Nicolaitarum tempus perueniſſe habemus ex Apoc. cap. 2. quod quo pacto à Nicolao Diacono Eccleſiæ Hieroſolimitanæ, qui cum Stephano; & cæteris conſtiturus eſt à Petro, ad Nicolaitas peruenerit, narrat *Eymericius in Direct. Inquiſit. p. 2. q. 6.* quia enim prædictus Nicolaus propter pulchritudinem relinquens vxorem dixerat, vt qui vellet ea vteretur, verſa eſt in ſtuprum talis conſuetudo, vt inuicem coniugia commutarentur; quos D. Ioannes in Apoc. loco cit. improbat dicens. *Sed hoc habes quod odiſti facta Nicolaitarum*, ſed teſte *D. Aug.*

7 Simon Magus Hæreticorum omnium Princeps turpitudinem introduxit indifferenter vtendi fœminis *lib. de Hereſi cap. 1.* vnde hoc immaniſſimum ſcelus quis eſt, qui excuſet? quandoquidem non ſolũ, ita grauiter aures percuſſerat puriſſimi Apoſtoli, & Virginis, verum etiam multo ante Principem Re-

8 thoricorum ita offenderat, vt id *lib. 2. Polit.* acriter reprehenderet ea efficaciſſima ratione, quia ſequeretur, vt filij parentibus, & fratres ſororibus iungerentur, quod quam abominabile naturæ ſit oſtendit *Ariſt. lib. 9. de hiſt. Animalium cap. 47.* exemplo Camelorum, & equorum, qui nullo pacto adigi poſſunt, vt cũ matribus commiſceantur. Propter hanc etiam vxorum communionem in ſuis legibus admiſſam acriter, & merito reprehendit Platonem Ariſtotiles, vt mirum ſit tãtum virum in hunc impudentiſſimũ errorem lapſum eſſe. Id quod ele-

9 gantiſſimè *Lactantius* perſtringit *lib. 3. diuin. inſtit. cap. 21. his verbis ſcilicet vt ad eãdẽ mulierem multi viri tanquam canes confluant, & is vtique obtineat, qui viribus vicerit, aut ſi ſapientes ſunt, expectent, vt vicibus tanquam lupanar habeant*, & Paulo poſt, *quæ iſta confuſio generis humani eſt? quo modo ſeruari poteſt charitas, vbi nil eſt certum, quod ametur, &c.*

10 Hunc etiam errorem, & ſcelus ſapere videtur Adamiani illi, quos *Ioannes Damaſcenus* commemorat

in lib. Hæreſeon. quos puto propter factum ipſum ab Adamo primo parente ita dictos, quamuis ſe ignorare à quonam ita dictos Damaſcenus fateatur. De his ait, quod nudi tam mares, quam fœminæ in vnum locum conueniebant, in eoque lectionum, & precum officia, & quæuis alia ſacra perficiebant. Simulatam vero ſolitudinem, & caſtitatem, factaſque nuptias probabant; ſuamque Eccleſiam paradiſũ
11 eſſe dicebant. Idem quoque prope modum de ijſdem refert *Epiphanius Palæſtinus Eleuteropolites aduerſus hæreſes lib. 2 tom. 1 cap. 52.* quorum etiam meminit *Alphonſus de Caſtro aduerſus hæreſes lib. 11. verb. nuditas, & Prateolus ſuo Elencho Alphab. ver. Adamæi vel Adamitæ, ſiue Adamiani,*
12 vbi omnino legendus, ſed non omittam id, quod affert de Picardo alterius ſectæ Anabaptiſtarum, qui Adamitarum ſibi nomẽ mutuãtur, Principe his verbis *Hic porro Picardus (quemadmodum Aeneas Syluius, qui Pius 2. Papa poſtea dictus eſt de origine Bohemorum cap. 41. refert) cũ in Bohemiam penetraſſet præſtigijs quibuſdam numeroſam virorum, ac mulierum plebem ad ſe traxit, quos nudos incedere iubẽs, Adamitas vocauit, ſe autem Filium Dei dixit, & Adam vocari præcepit. Suis Adamitis connubia promiſcua permiſit, quamuis ſine illius aſſenſu nefas eſſet mulierem cognoſcere, ſed vt quiſque libidine vrente in aliquam exardeſcebat, eã manu apprehendens, & adiens Principem dicebat ſe illam appetere. Tum ille Picardus eorum princeps reſpondebat: ite creſcite, & multiplicamini.*

13 Quod ſi ita eſt iam clarè patet nulla hinc ratione excuſari poſſe Polygamiam, & nullo pacto vſum, aut conſuetudinẽ Gentilium vocari poſſe, ſed potius abuſum, & Adulterium a libidine immoderata, quã coniugium à Diuina diſpenſatione proueniens. His tamen non obſtantibus ſit.

Caput Secundum.

RESOLVITVR BIGAMIAM tempore veteris Teſtamenti etiã Gentilibus conceſſam.

14 PRima Concluſio: probabilius eſt diſpenſationẽ ad bigamiã conceſſam fuiſſe omnibus gẽtibus, non autem ſolis Hebræis ante legẽ Euangelicam.

15 Probatur primo ex ratione, quã ſupra adduximus ex Mæratio, qui nobiſcum ſentit, quia ſcilicet ſi propter multiplicationem humani generis inducta fuit talis diſpẽſatio cum poſt diluuiũ maximè vrgeret hæc neceſſitas, clarè patet tunc tẽporis maximè conceſſam diſpenſationem Noemo, eiuſque tribus filijs, quod ſi tunc temporis hoc indulſit Deus Noemo, & filijs, eorũq; poſteris; ergo vniuerſis Gentibus etiam Idololatris. nã dicere, quod ſolis Noemi filijs, vel ſi etiam poſteris, ijs ſolis, qui fidem ſectaturi fuiſſent, id priuilegium conceſſum fuiſſe, hoc nil habet probabilitatis.

16 Probatur ſecundo *ex D. Auguſtino lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 38. & lib. 22. contra Fauſtum cap. 47.* vbi ait, *in terris, in quibus Iacob quatuor duxit vxores, quæ à Gentilibus habitabantur, fuiſſe morem ducendi plures propter morem poſteritatis: id quod inculpabile erat; quia nulla lex erat, quæ polygamiam prohiberet eo tempore,* & habetur *in cap. obijciuntur 33. qu. 4. cuius hæc ſunt verba. Obijciuntur Iacob. quatuor vxores, quod quãdo mos erat, crimen non erat. ſicut Patriarchæ coniugibus excipientibus ſemen ſuum miſcebantur non concupiſcentia voluptatis percipiẽdæ, ſed prouidentia propagandæ ſucceſſionis. ſic Apoſtoli auditoribus admirantibus do*

Ctrinam

Ethnicam ſuam, quod delectabantur nõ auiditate conſequendæ laudis, ſed charitate ſeminandæ veritatis. Ex quo D. Auguſtini loco ita licet ratiocinari. Si D. Auguſtinus dicit quod eo loci erat licitum; cum ibi Ethnici viuerent, iam liquet etiam ipſis Ethnicis licitam fuiſſe bigamiam.

17 Et cõfirmatur quia dicit D. Auguſtinus eo temporis nullam fuiſſe legem prohibentem (id quod debet intelligi poſita diſpenſatione Diuina, vt ſupra diximus) ergo neque ipſi Ethnici tenebantur ad legem naturalem bigamiæ, cui diſpẽſatum erat. & ita ſentit *Valentia contra Sotum tom. 4. diſpenſatione 10.*

18 *quæſt. 1. de matrimonio.* Et cõfirmatur ſecundo, quia vt bene aduertit *Bellarm. lib. vnico de matrim. cap. 11.* hanc D. Auguſtini auctoritatem expendens. Ratio quare à D. Auguſtino dicitur tunc temporis licita fuiſſe polygamia: eſt propagatio generis humani, nec vſquam dicit D. Auguſtinus (quod ipſe Bellarm. ſciat) propter propagationem populi Dei tantum. ſignum eſt ergo, quod in ſententia D. Auguſtini tunc temporis etiam ad Ethnicos facta fuit extenſio bigamiæ.

19 Probatur tertio, quia tum Eſau, tum Iſraelitæ, qui ad populum Dei non pertinebant, polygamiam in vſu habebant (id quod etiam hoc tempore ſeruant Iſraelitę) De Eſau vero narrat ipſa ſcriptura *Gen. 26. & 28.* neq; ſcriptura id factum reprehendit; nec ipſos etiam Ethnicos propter polygamiam reprehendit. quos Iſmaelitas ab Abrahamo; alijſque patribus id accepiſſe credibile eſt: Eſau autem omnino in dubium cadere non poteſt.

20 Vt autem ſupra adduximus ſpirituale motiuum, vnde ſolatium acciperent Hebræę mulieres, quãuis communẽ cum alijs mulieribus viri torum haberẽt, & domeſticam cohabitationem. ita nunc non incongruum videtur ſimile quid adducere pro Infidelibus, pro quibus maior eſt difficultas, quia hoc potiſſimo motiuo carebant, vnde qui hac ratione ducti ſunt negare conceſſionem illam bigamiæ ad Idololatras extenſam non improbabiliter ratiocinati ſunt.

21 Cæterum quia Auctorũ melior pars ſentit etiam cum illis diſpenſatum, eorum veſtigijs inhærendo, conabor ex eorum dictis clariorem adducere reſponſionẽ. omnes Auctores, quos legerim, qui etiam cum Infidelibus diſpenſatum aſſerunt, ea procedunt via, vt nimirum Ethnici ſaltem per ſuos maiores exemplo Patriarcharum, vel populi Dei ad id deueniſſe, vt plures ducere vxores inconueniens non arbitrarentur.

22 Hinc morale pro fœminis Infidelibus. Hic populus à ſuo Deo varijs augetur in dies fauoribus; & tamen non incongruum arbitratur plures ducere vxores; quin immo neſcimus quas promiſſiones expectant; vnde vehementer ſui generis propagationem expetunt, & eorum mulieres cum pace inter ſe habitãt, & bono animo ferunt, quod eorum viri plures ducant vxores. Poſſumus ergo, & nos, quod noſtri viri pluralitatem vxorum habeãt æquo animo ferre propter bonum propagationis noſtri generis, quod ad bonum vniuerſi, & noſtri generis ſpectat. Fortè ita diſpenſante Deo, qui ſuo tempore vniuerſitatem populorum gentilium luce ſua magna vocaturus erat ad veram fidem.

23 Nunc vt expendamus primum argumentum factum initio huius quæſtionis, quod pro noſtra concluſione videtur facere, & inſtantiam contra ipſum. Dico quod abſolutè loquendo illa ratiocinatio non valeret. non enim Ethnicorum leges

ſunt

ſunt regula infallibilis bonorum morum preſertim in rebus tam maſſitè turpibus. Cœterum vbi tam manifeſta turpitudo non apparet; quinimo vbi dubietas aliqua rationabiliter exoritur. Conuenientia tot nationum in huiuſmodi legibus operatur, vt illas non ita facilè improbare poſſimus; cum ergo in caſu noſtro, non ſit in bigamia tam manifeſta turpitudo, vt in alijs peccatis in inſtantia adductis; & aliunde probatum ſit à Deo diſpenſari potuiſſe, & de facto diſpenſatum cum eius populo ad Polygamiam: valde congruum videtur quod cum tot nationes in eandem conſtitutionē conueniant; etiam ijſdem nationibus diſpenſatum exemplo aliorum ex populo Dei, preſertim cum eadē Ratio vigeat pro omnibus quare inſtantia in contrarium facta omnino corruit, cum ibi agatur de manifeſtiſſimis ſceleribus, nec vlla conceſſio vnquam de talibus rebus facta vlli populo legatur.

24

An autem duret hæc diſpenſatio poſt legem Euangelicam pro Infidelibus ad bigamiam nunc videndum. Ideo ſit.

25 Secunda Concluſio. poſt legem Euangelicam nō ſolum Chriſtianis, & Hebræis, vt cap. ſuperiori diximus, verum etiam à fortiori omnibus gentilibus omnino prohibita Bigamia. *Ita Bellarm. lib. vnic. de matr. cap.* 11.

26 Probatur autem noſtra Concluſio; quia cum ſit ſublata diſpenſatio per legem Euangelicam, vt viſum eſt cap. ſuperiori, & aliunde bigamia ſit contra præceptum naturale eo pacto, quo ſupra explicuimus; manifeſtè inducitur quod hæc conceſſio ſit etiam omnibus Infidelibus ſublata, ita vt peccent modo mortaliter Infideles plures nuptias ducentes, niſi fortè ignorantia excuſentur.

27 Quam excuſationem ignorantiæ niſi adducant, non eſt admittendū id, quod dicit *Abulenſis c.* 19. *Matth. q.* 35. paulo poſt principium, vbi ait poſſe ſuſtineri Infideles nunc nō peccare accipiendo plures vxores, & *cap. gaudemus de Diuort.* vbi dicit cogi Infideles dimittere poſteriorē vxorem quando ad fidem veniunt, non quod peccauerint accipiendo, ſed retinendo cum iam legi Chriſti ſubditi ſint. & minus tolerabilis eſt

28 *vera Crux* 2. *par. ſpeculi art.* 17. *concl.* 5. dicens eſſe valdè probabile Infideles nūc non peccare, ſi plures ſimul ducant vxores, quod ſola lege poſitiua Chriſti ipſos non obligante ante baptiſmum, id prohibetur. quod eſt contra expreſſam *Innocentij* 3. *deciſ. cap. gaudemus*: quare merito contra ipſum inuehuntur *Henriquez de matr ſol.* 12. *cap.* 6. id erronum appellans, & *Petrus de Ledeſma de matr. q.* 65. *ar.* 2. qui temerarium, & errori proximū autumat.

29 Nil mirum quod tantus vir Alphonſus, Toſtatus, Abulenſis Epiſcopus Salmanticenſis D. Bartholomæi maioris collegij alumnus in aliqua parte defecerit tantæ varietati materiarum intentus, vt vix ſatis ſit alijs ſolum legere, quod ipſe tam accuratè compoſuit.

QVAESTIO DECIMA.

An permittenda Bigamia, vel Biuiria, vbi ageretur de periculo extinctionis Generis Humani.

Caput Primum.

PROPONVNTVR RATIONES dubitandi, & declaratur ſtatus quæſtionis.

SVMMARIVM.

1 *HAEc quæſtio eſt vtilis ad naturā bigamiæ magis intelligendam.*

Defi-

2 *Deficientibus ſæcularibus religioſi tenerentur cõtrahere matrimonium.*
3 *Declaratur ſtatus quæſtionis.*
4 *Duplex ponitur caſus neceſſitatis bigamiæ.*
5 *Secundus caſus ſubdiuiditur.*
6 *Immediate poſt diluuium non ſine diuina diſpenſatione admiſſa fuit bigamia.*
7 *Ex ſententia Bellarmini nõ poſſet Deus diſpenſare ad biuiriam.*
8 *Ex ſententia Bellarmini potiùs diſpẽſandum, vt mulier ſolueret vinculum primi coniugis in caſu poſito: & celebraret aliud matrimonium.*
9 *Biuiria non eſt contra prima principia naturalia: quapropter à Deo eſt diſpenſabilis.*
10 *Maiores habet difficultates biuiria quam bigamia.*
11 *Biuiria nunquam legitur diſpenſata.*
12 *In caſu extremæ neceſſitatis admitten da bigamia ſine noua Dei reuelatione.*
13 *Matrimonium dum paucierant homines obligabat ſingulos.*
14 *A fortiori obligamur conſeruare ſpeciem, quam indiuiduum.*
15 *Præceptum matrimonij pro hoc tẽpore reſtat in Republ. ſed non obligat ſingulos.*
16 *Si mundus denuo reduceretur ad paucitatem, obligaret ſingulos.*
17 *Concurrunt duo præcepta ambo naturalia, & de iure diuino: alterum pro monogamia alterum pro multiplicatione generis humani.*
18 *Ad quid recurrendum quãdo duo præcepta concurrunt.*
19 *Res maioris momenti eſt conſeruatio totius generis humani, quam bona monogamiæ.*
20 *Maius inconueniens videtur coniugiũ cum parentibus quam polygamia.*
21 *Incommoda prouenientia ex coniugio cum parentibus.*
22 *Referuntur Catulli carmina contra Perſas qui approbarunt congreſſum cum matre.*
23 *Parthorum inſania circa idem.*
24 *In caſu quod periclitaretur genus humanum non illicitum coniugium cum parentibus probatur ex facto filiarum Loth.*
25 *In quonam inculpantur filiæ Lothi quæ tamen omnino ab Ambroſ. & Chryſoſt. excuſantur.*
26 *Nullus gradus conſanguinitatis tollit fines matrimonij, ſed ſolum aliquo modo impedit.*
27 *Caietanus fatetur diſpenſabile à Deo coniugium cum parentibus.*
28 *Quod coniugia cum parentibus licerẽt in caſu, quod genus humanum periclitaretur tenet Sanchez.*
29 *A fortiori argumentatio pro bigamia.*
30 *In facto filiarum Loth. bigamia reperitur.*
31 *Ratio quare non debeat expectari diuina reuelatio in periculo extinctionis generis humani.*
32 *Præceptum diuiuum Creſcite, &c. videtur extendi in dicta neceſſitate ad caſus bigamiæ conceſſos.*
33 *Proponitur inſtantia contra Superius dicta, & ſoluitur.*
34 *Immediatè poſt diluuium non extabat probabile periculum extinctionis humani generis.*
35 *Immediate poſt diluuium vtrunque præceptum tum multiplicationis humani generis tum monogamię commodè ſeruari potuit.*
36 *Quare vtrunque ſeruari debuit.*
37 *In periculo extinctionis humani generis concedenda etiam biuiria.*
38 *Affertur caſus in quo poſſet eſſe neceſſaria biuiria.*
39 *Biuiria non eſt contra prima principia naturalia quamuis magis impediat fines matrimonij, quam bigamia.*
40 *Ex eo quod nũquam diſpẽſatum ad biuiriam colligitur maiora reperiri in ea incommoda, quam in bigamia.*
41 *Alia ratio quare nũquam diſpẽſatum ad biuiriam, eſt; quia melius potuit conſuli multiplicationi humani generis*

neris per bigamiam.

42 *An in casu posito petenda dispensatio à Pōtifice, si forte is tunc esset?*

43 *Nulla videtur requiri Pontificia dispēsatio ad bigamiam in periculo extinctionis humani generis: sed ad summum cōsulendus Pōtifex.*

1 SPeculatiuam hanc quæstionem esse fateor. At solent prudentes Auctores aliquando huiusmodi quæstiones proponere non solum ad ingeniorum exercitium, quod non modicam affert vtilitatem, verum etiam ad melius introspiciēdam naturam rerum, de quibus agunt. ita apud *Sanchez lib. 2. de matr. disp. 3. nu. 50.* quærunt Recentiores an deficientibus hominibus sæcularibus, & tātum remanētibus
2 Religiosis, isti tenerentur contrahere matrimonium, necne? & respondent, quod tenerentur, cum quibus sentit ipse Sanchez ibidem, *& Reginaldus, & Villalobos adducti à Diana 3. p. tract. 4. de Sacramētis Resolut. 289.* Eodem pacto in casu nostro quærimus de Bigamia. Ex qua quæstione exagitata melius innotescit nobis, quæ nam bigamiæ natura, & hoc modo etiam non incongruam rebus moralibus, & exercendis ingenijs erigimus palęstram.

3 Porrò melius eluceſceet, quonam intentio nostræ quæstionis collimet, si nunc afferamus nos hic quærere, an si daretur talis casus, possent homines residui non expectata noua Dei reuelatione plures simul celebrare nuptias. vnde nimirum humani generis procreationi consuleretur. Et quidē dupliciter posset quæstio institui, primo nimirum
4 si homines reducerentur ad exiſſiuam paucitatem, vt erant verbi gratia tēpore Noemi; secūdo si omnino ad extremam necessitatem reducerentur, vt vnus tantum vir in mūdo esset, isq; coniugatus cum vxore sterili reperiretur autem, & alia fœmina, ex quo proles sperari posset; an in tali casu posset secundas nuptias simul celebrare. Rursus hic secundus casus dupliciter tractari posset, nimirum primo ex parte viri, vt diximus, & secundo ex parte fœminæ respectu plurium virorum. Id autem, quod in hoc casu negotiū faceſſit est, quia cum polygamia sit contra Ius naturale modo dicto, & in tantum licuerit, in quantum à Deo dispensatum fuerit positis quibusdam circunstantijs: Deinde talis facultas à Christo Domino indispensabiliter ab Ecclesia sublata sit, vt visum est, & melius videbitur. nō videtur posse dici, quod in casu posito non deberet expectari Diuina
6 reuelatio. Et augetur difficultas quia in casu dato necessitatis propagationis immediatè post diluuium non sine Diuina dispensatione, & reuelatione admissa fuit polygamia. Posset autem quis faciliter se expedire si diceret, quod Deus in tali casu de nouo reuelaret; sed quęstio nostra est posito, quod Deus non reuelet.

7 Porrò circa hunc vltimum casū, qui difficilior est, diceret *Bellarm. qui lib. vnic. de matrim. cap. 11.* tenet, quod Biuiria vnius vxoris cum pluribus viris est contra prima principia Iuris naturalis; atq; adeò quod sit à Deo indispensabilis, cum quo ex recentioribus sentit *Paulus Laymā è Societate Iesu lib. 1. t. 5. p. 5. cap. 4. nu. 164.* quod vtique in tali casu dispensandum potius esset cum supradicta muliere, vt solueret vinculum, quod habet cum priore marito, quam vt duos maritos haberet. Et ita in terminis ipse respondet loco citato, vbi nō definit prędmittere non esse periculum, vt talis casus accidat. quandoquidem curæ est Deo prouidentia generis humani.

Rationes, quibus mouetur Bellarm.

larm. vt vocet talem caſum indiſpenſabilem à Deo, tunc adducemus, quando monſtrabimus grauius peccare mulierem nubentem cum plutibus viris, quam virum plures ducentem vxores; ideo non eſt cur modo ex profeſſo adducam.

9 Cœterum quia non deſunt Auctores, inter quos *Sãchez lib.7.de matr. diſp.8.nu.15.*vbi ait *verum nullam video repugnãtiam, nec hoc ita intrinſecè malum eſſe quin Deus poſſit diſpẽſare*, & ibi citat *Maiorem d.33.q.1. in primo Argum. & Petrus de Ledeſma de matr. q.65. art.2. dub.2. concl.2. Item Coninck de Sacramẽtis diſp.26. dub.2. Mæratius tom.3. tract. de matr. diſp.5. ſect.4. num.3.* cum quibus ego ſentio, qui tenent bigamiam vnius fœminæ cum pluribus maritis non eſſe contra prima præcepta naturalia, quia non eſt contra primarium finem matrimonij; atque adeo à Deo ipſo indiſpenſabilem; Ideo quod dicetur in caſu bigamiæ vnius viri cum pluribus vxoribus, poterit dici de Biuiria vnius vxoris cum pluribus viris.

10 Sed fateor ſuas hunc caſum pati difficultates, quas non patitur Bigamia vnius viri cum pluribus vxoribus. Prima eſt quod Biuiria vnius vxoris cum pluribus viris etſi non ſit contra primarium finem omnino; at illum impedit, & eſt contra ſecundarios fines pluribus rationibus, quam bigamia vnius viri cum pluribus vxoribus, vt conſideranti patet, & infra videbimus.

11 Secunda eſt, quia Biuiria vnius vxoris cum pluribus viris nũquam legitur diſpenſata. Ideo ſi quid opus erit pro reſponſione ad has peculiares difficultates, infra afferemus. Interim ſit.

Caput Secundum.

RESOLVITVR QVAESTIO quoad Bigamiam.

12 PRima Concluſio: Probabiliſſimum puto, tum in caſu, quod vnus ſolus ſuperſtes eſſet vir, & duæ fœminæ; tum ſi plures viri, & plures fœminæ, quamuis pauciſſimi; vnde periclitaretur genus humanum. debere admitti Bigamiam tanquam licitam, idque abſque eo quod noua fieret à Deo reuelatio.

13 Ad probationem huius concluſionis ſuppono tanquam certum id, quod *D. Thom. dicit in 4.diſt.26. q.1.ar.2.ad primũ*, quem alij ſequũtur, quod quando genus humanum ad pauca reſtringebatur indiuidua, obligabat ſingula illorum, iuxta Diuinum Præceptum Geneſis primo datum his verbis (*Creſcite, & multiplicamini,*) & ratio eſt etiam efficaciſſima, nam ſicut tenentur ſinguli ad conſeruationem indiuidui propriam vitam ſuſtentare ſumẽdo cibum neceſſarium ſub mortali, ita & multò magis tenebantur illa indiuidua matrimonio vti ad generationem neceſſariã ad conſeruationem ſpeciei.

14

15 Hoc autem Præceptum cum ſit naturale, non eſſe ſublatum, ſed adhuc extare, nec à Chriſto Domino abrogatum, ipſe enim ſolum Cœremonialia abrogauit, non autem naturalia, quod autem modo non obligat ſinguloshomines, cum iam ſatis ſuperque multiplicati ſint, non ſignum eſt fuiſſe ſublatum præceptũ, ſed tautum ceſſaſſe neceſſitatẽ. Cęterum ſatis eſt ſi extet apud Remp. in cõmuni, quæ vrgente neceſſitate poſſit vrgere ſubditos. *Sic D.Tho. loco cit. & ibi Palud. Durãdus, Sotus, Ledeſma, & Alij*, vnde ſequitur, quod

16 ſi mũdus reduceretur ad eandẽ pauciratẽ hominũ, quã vel initio orbis cõditi, vel immediatè poſt diluuiũ, paſſus eſt, in tali caſu idem vrgeret præceptũ. Nec valet in tali caſu reſpõſio *Durãdi, Palud. Ledeſmæ, Hẽriquez, & Petri de Ledeſma ibidẽ*, quod

ſcilicet in tali caſu finis mũdi adeſſet. nam ſine vlla ratione id diceretur, nec tale credi deberet citra diui nam reuelationem. Præterea iam diximus nos nunc caſum ſpeculatiuè tractare.

17 Hoc poſito ſic diſcurro ad probationẽ noſtræ concluſionis ex vna parte habemus præceptũ, tum naturale, tum Diuinũ propagationis generis humani, ex alia vero parte præceptum, tũ naturale, tum etiã Diuinum, & vetus, & nouum Chriſti Domini de Bigamia vitanda. quodnã
18 ergo eſſet in tali caſu obſeruandum? Recurrendũ ad altiora principia, & ad nãturã ipſam rerũ præceptarum. Nam id præceptũ in tali caſu dicẽdum eſt magis vrgere, quod eſt circa materiã, quæ maioris momenti ſit, vt habetur *in c. duo mala, & cap. nerui* 13. *d. & probat Sãchez in præcepta Decalogi lib. p. c.* 10. *n.* 16. & nouiſſimè *Granado in p. 2. D. Tho. cõtrou. 2. tract.* 12. *diſp. 6. nu. 8. relatus à Diana in 4. parte de Cõſcietia dub. reſol.* 70. citra dubiũ autẽ videtur, quod res
19 maioris momenti ſit cõſeruatio totius humani generis, quam ſint bona, quæ per monogamiã in matrimonio retinẽtur. Id quod manifeſtè probari videtur ex toties ſupradictis; quia cũ ſit probatũ Deũ diſpẽſaſſe tum cũ Hebræis, tum etiã cum Gentilibus ad Polygamiã ob bonũ propagationis humani generis, manifeſtè patet maius bonum eſſe propagationem generis humani, quam bonũ monogamiæ. Et à fortiori valet hæc ratio; quia illa diſpẽſatio dum rauit adhuc poſt immodicam multiplicationem humani generis. quãto ergo magis prepõderare debet omnimoda reparatio humani generis.

20 Probatur ſecundo, quia citra dubium videtur maius inconueniens quod quis matrem ducat vxorem, vel pater filiam., in quo facto nunquam ab vllo diſpenſatũ, nec à Deo ipſo, quã ſi vir vnus plures ducat vxores, vt probari poteſt tum ex repugnantia, quæ videtur eſſe in tali coniugio ad ſenſum omniũ hominũ, & à natura ipſa in ipſis animalibus inditum, vt ſupra dicebamus, & de Camelis narrat *Aelianus de varia hiſt.* vt etiam de Ariſtotele diximus; qui ideo cõmunitatem vxorũ reprehendit, quia ſcilicet ſequeretur ex
21 ea quod cõmiſcerentur parentes cũ filijs, & fratres cum ſororibus. Præterea quã grauiter ſe opponat talis coniunctio bono matrimonij, patet ex inordinatione quę in natura ſequeretur, nã ſequeretur quod eadẽ mulier, & mater eſſet, & coniux; atque adeo, & ſuperior, & inferior quod vehemẽter ſe opponeret cohabitationi, & rectæ gubernationi viri cũ vxore, & alij eſſẽt fratres, & parens, & filius, quod etiã ſummopere perturbaret domeſticam diſciplinam, & alia huiuſmodi, quę grauiora eſſent incommoda, quam omnia alia, quæ in Bigamia poſſent reperiri, & quæ ſupra recenſuimus. Id
22 quod aduertens *Sagax Catullus* expendens Perſarum abuſum, qui teſte *Sotione lib.* 33. tenuerunt iuſtum eſſe congreſſum cum matre, & filia: eleganter cecinit,

Nam magus, ex matre, & nato gignatur oportet
Si vera eſt Perſarum impia Religio.

Id quod maiori ratione dixiſſet ſi quod ait Parthenius de Parthorum
23 Regibus animaduertiſſet. nanque hi per ſummam inſaniam tunc ſolum legitimi exiſtimabantur, quando ſcilicet, vel ex matre, vel ex filia nati erant. Duriſſimum autem eſt quod de Arabibus refert *Sabellius lib. 6. cap. primo.* nanque hi alterius ſanguinis congreſſum adulterium exiſtimarunt.

Quod

24 Quod autem in tali caſu quod periclitaretur totum Genus humanum non ſit abſurdum concedi matrimonium, & coniugium inter filios, & parentes videtur clarè colligi *ex Bellarm. qui lib. vnic. de matr. cap.* 28. ad hoc probandum ex facto filiarum Loth. ſic ait, quæ cum exiſtimarent nullum omnino virum in mundo ſupereſſe, crediderunt ſibi licitum eſſe ex proprio patre libe-
25 ros quærere *Gen.* 19. & quanquam à peccato non excuſantur, quia debuiſſent curam iſtam Generis propagandi patri relinquere, aut certè cum eo communicare conſilium, & ipſius expectare iudicium, & non prævenire, ac patrem decipere: tamen factum ipſum indicat in tam extremo caſu non eſſe omnino cõtra humanam rationem huiuſmodi coniugium; præſertim ſi accederet auctoritas diſpenſantis Dei. Immo *Chryſoſtomus hom.* 44. *in Geneſ.* & *Ambroſ. lib. p. de Abraham cap.* 6. eas omni crimine liberant.

26 Et Ratio à priori ipſius *Bellarm. eſt loco cit.* quia nullus gradus tollit finem matrimonij primarium, vel ſecundarium, licet aliquo modo impediat: nam ex coniugio etiam filij cum matre naſci poſſunt liberi, & educari, &c. vnde rationabiliter, & merito infert à Deo eſſe diſpenſabilia huiuſmodi coniugia in quo-
27 uis gradu. Id quod etiam fatetur *Caetan. in* 2. 2. *q.* 154. *art.* 9. vbi quãuis dicat gradum iſtum primum in linea recta habere per ſe, & naturaliter annexum impedimentum coniugij; ſcribit tamen coniugium in
28 hoc gradu diſpenſabile eſſe ab Auctore naturæ. Et quod talia cõiugia inter parentes, & filios licerent in caſu quod periclitaretur Genus humanum. dicit clare *Sãchez lib. viij. de matr. diſp.* 6. *nu.* 10. his verbis, & *ideo Deus Opt. Max. omnino circa hæc poteſtatem diſpẽſandi denegauit; ſed tãtum facultatem hæc matrimonia ineũdi cõceſſit, vbi lex naturalis cõſeruãdi generis humani ſtrictior vrgeret.* A primo ergo ad vltimum ſi abſque vlla Diuina diſpenſatione conceditur potuiſſe filias Loth. cũ patre licitè contrahere matrimonium abſque vlla Diuina diſpenſatione; quandoquidem vel ab omni crimine excuſantur; ex eo quod ad genus humanum reparandum id fecerint; vel ſi inculpantur, ſolum quia debebant patrem conſulere; non autem quia patris coniugium
29 in tali caſu admiſerunt, à fortiori concedi debet bigamia abſque vlla noua Diuina diſpenſatione. *Magiſter ſentẽt. in* 4. & ita in ſtricta neceſſitate conſeruationis generis humani Bigamia licita erit, vt tenet *Scotus ibidem diſt.* 33. *q.* 1. §. *de* 2. *Art. ſub littera C. & F. Ouandus, & Aretinus eodem, S. Bonau. in* 4. *diſt.* 33. *Alenſis* 3. *p. q.* 46. *Albertinus de agnoſcendis q.* 23. *nu.* 29. Et tenet etiam *Frater Petrus Paulus Caporella in quæſtione de matrimonio Reginę Angliæ in fine* §. *alio modo ex parte Dei.* vbi etiã excuſat filias Loth.

30 Probatur tertio ex hoc ipſo facto filiarum Loth. in quo Bigamia ipſa reperitur; nã plures filiæ vni viro, & patri matrimonio copulari intẽdebãt. quare ſi bigamia cũ parente in hoc facto non inculpatur, multo minus inculpari debet Bigamia inter non cognatos, vt à nobis poſita fuit.

31 Ratio dubitandi contra concluſionem initio poſitã, iam remanet ſoluta: nam nullatenus expectanda reuelatio Diuina, vbi iam eius voluntas patet per præceptum illud (*Creſcite, & multiplicamini,*) quod in caſu poſito magis obligat, quam præceptum de Bigamia vitanda.

Dices præceptum multiplicationis humani generis nõ eſſe in omni caſu, ſed debere excipi caſum Biga-

miæ, vel aliquem alium, qui eadem afferret inconuenientia.

32 Respondeo, non esse cur hæc exceptio fiat, quando quidem præceptum absolutè prolatum videtur obligare, quoties aliud præceptum maioris momenti illi non opponitur, quale nõ est in casu nostro præceptum vitandæ polygamiæ; quapropter videtur Diuinum illud præceptum sine vllo obice ad omnes illos casus extendi, quibus à Deo vt licita Bigamia concessa apparet in supradicta necessitate.

33 Dices secundo, si hoc esset sequetur, quod male assertum sit, quod opus fuerit ad dispensationem bigamiæ aliqua diuina reuelatione, & non satis fuerit naturale dictamen rationis, vt supra locuti sumus; quandoquidem satisfuisset, vt dicimus in casu nostro, non expectata Diuina reuelatione lumen ipsum rationis ita, & ita dirigens.

Respondeo nos in casu præsenti loqui in periculo extinctionis Generis humani, in quo vrget Diuinum præceptum maioris momenti, quam præceptum Bigamiæ vnde non expectanda est noua reuelatio, vbi iam habemus aliam reuelationem præcipientem: supra vero semper locuti sumus citra casum extinctionis generis humani, quando diximus non satis esse dictamen rationis, sed fuisse opus Diuina reuelatione.

34 At contra instabis; nam supra adduximus casum de Noe, & filijs qui pauciſſimi erant: atque adeo tunc instabat periculum extinctionis generis humani. Respondeo in casu Noe, & filiorum non adfuisse tale periculum; quandoquidem extabat Diuina reuelatio de genere humano reparando ipsius Noe opera, & filiorum; solum ergo bigamia inseruiebat ad promptiorem multiplicationem. Vnde opus fuit Diuina reuelatione, an proponenda multiplicatio promptior bono monogamiæ.

35 Instabis secundo præceptum Diuinum datum illis verbis (*Crescite, & multiplicamini*) vrgebat tempore immediato post diluuium pro Noe, & filijs; quinimmo fuit renouatum pro illis *Genes. 9. benedixitq; Deus Noe, & filijs eius, & dixit ad eos Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* si ergo supra diximus, quod præceptum multiplicationis generis humani est validius præcepto monogamiæ; ergo potuerũt Noe, & filij bigamiam in vsu ponere, non expectata Diuina reuelatione.

36 Respondeo quando duo præcepta concurrunt, si vtraque seruari possunt, debere vtraque seruari, & non principalius tantum. Cumq; in casu temporis immediati post diluuium potuerint seruari tum præceptum multiplicationis humani generis, tum etiam monogamiæ, non est cur dicamus poni debuisse in vsu bigamiam, quam nos rationabiliter admittimus in casu quod ita ad paucos genus humanum reduceretur, vt probabiliter timeretur humani generis extinctio, quod non erat in casu Noe, vt vidimus; quando iam extabat Diuina reuelatio, quod hominum multitudo futura erat.

Caput Tertium.

RESOLVITVR QVAESTIO quoad Biuiriam.

37 NOstra Conclusio: Probabile etiam puto, quod si vna esset fœmina, & plures viri, vel pauciſſimæ fœminæ, & pauciſſimi viri, vnde probabiliter timeretur extinctio humani generis, deberet eodem pacto admitti, & concedi Bigamia. fundamentum autem huius Cõclusionis

ſionis eſt, quia vt diximus non eſt hæc bigamia contra prima principia naturalia.

38 Per hanc autem concluſionem nõ improbo casũ Bellarmini; quinimmo illum omnino admittendum puto. nimirum ſi vna eſſet mulier, & primus vir eſſet ſterilis, quod repudiato primo viro, deberet ad ſecunda vota cum alio viro tranſire. Sed loquor tantum in caſu, in quo Biuiriam neceſſariam ponamus ad reparationem humani generis; ſiue quia vterque vir viciſſim ęgrotaret, quando non eſſet aptus ad vxorem pro eius habilitate fœcundandam; atque adeo deberet alter admitti pro tempore ſalutis non repudiato primo, qui valetudinis etiam tempore eſt aptus ad generandum: ſiue phyſicè, ſiue metaphiſicè ponarur hic caſus, ſiue aliquo alio modo, qui poſſet excogitari; quandoquidem quæſtio ſpeculatiua eſt.

39 Reſtat nunc reſpondere duabus difficultatibus, quas peculiariter patitur hic modus, & ad primam quidem reſpondeo, quod etſi verũ ſit, quod à fortiori pugnat, vt alibi videbimus, cum ſecundarijs matrimonij finibus, & primarium etiam magis impedit, quã bigamiæ vnius viri cum pluribus vxoribus: Attamen hinc non ſequitur, quod ſit contra prima principia naturalia, vt patet; quo poſito reſtat vt præualeat præceptum, quo præcipitur multiplicatio humani generis ad extinctionem impediendam prę-cepto polygamiæ vitandæ poſtpoſito.

40 Quoad ſecundam difficultatem reſpondeo ex eo, quod nunquam diſpenſatum à Deo ſit quoad Biuiriam vnius fœminæ cum pluribus viris colligi profecto, maiora inconuenientia hinc oriri: attamen non talia, vt omnino reddant hanc Biuiriam indiſpenſabilem. Et eſt etiam

41 efficax ratio quare non diſpenſatum ſit; quia cum potuerit ſemper melius conſuli multiplicationi generis humani per bigamiã vnius viri cum pluribus fœminis, (potiſſima autem ratio quare ad bigamiam diſpenſaretur, fuit multiplicatio humani generis) non fuit cur diſpenſaretur ad Biuiriam vnius fœminæ cum pluribus viris, in qua alioqui erant maiora inconuenientia, quæ magis patebunt, cum probabimus, magis peccare fœminam nubentem cum pluribus viris, quam virum ducentem plures vxores.

42 Vltimo quęri poſſet hic quid dicendum ſit an petenda ſit diſpenſatio à Pontifice in quęſtione propoſita, ſi fortè ponamus tunc reperiri Pontificem, & videtur ab ipſo petenda diſpenſatio; quandoquidem deficiente Diuina diſpenſatione, & reuelatione in caſibus arduis, ad Pontificiam recurrendum

43 eſt, vt videbimus infra. Sed reſpõdeo mihi probabilius videri in tali caſu nullam requirendam Pontificiam diſpenſationem, quandoquidem haberemus Diuinum Præceptum vrgens; vnde argumentati ſumus omnino licitam Bigamiam. Summus vero conſulendus Pontifex; quando in tali caſu ignoraretur quid agendum, vel in aliqua alia peculiari circunſtantia adhoc vt declararet, quia in Diuinis vti Eccleſiæ caput conſulendus eſt quippe qui à Deo relictus eſt Iudex controuerſiarum tum de rebus pertinentibus ad fidem, tum ad mores, vt probat *Bellarmin. tom. 1. controu. 6. fol. 4. cap. 1. & copiosè Suarez de fide diſputat. 10. ſect. 2. num. 19. & ſequent.*

(:):(:)

QVAE-

QVAESTIO VNDECIMA.

De Diſpenſatione Pontificia circa Bigamiam, vel libellum Repudij ſaltem vbi ageretur de ſumma Regni.

Caput Primum.

DECLARATVR STATVS quæſtionis, & proponuntur Rationes in fauorem Diſpenſationis.

SVMMARIVM.

1 *DVbitatiue proponitur, quod poſsit Pontifex ad bigamiam & libellum repudij diſpenſare.*

2 *Poteſt Pontifex ſaltem in aliquo caſu diſpenſare in iure diuino naturali.*

3 *Referuntur qui tenent, quod poſſit Pontifex in omni iure diuino naturali (præter articulos fidei diſpenſare.)*

4 *Melior locutio, quod Pontifex ea quæ ſunt iuris diuini non diſpenſet, ſed interpretetur.*

5 *Sequitur ex dictis, ſi vera ponamus, quod poſſit Pontifex diſpenſare in quæſtione propoſita.*

6 *Adducitur etiã dubitatiue cõgruentia pro tali poteſtate diſpenſandi.*

7 *Pontifex eſt regula prompta, quam adire poſſumus.*

8 *Poteſt Epiſcopus, quando non patet aditus ad Pontificem diſpenſare in caſibus qui ſunt de iure Pontificio non in vniuerſum, ſed in caſu aliquo*

9 *ſpeciali.*

Dubitatiuè ponuntur caſus, in quibus apparet neceſſitas diſpẽſandi in propoſita quæſtione.

10 *Caſus pro libello repudij.*

11 *Caſus pro bigamia.*

12 *Dubitatiuè ponitur, quod videtur rationabile, quod Regina libenter patiatur, vel ſui repudium, vel alterius coniugis admiſſionem pro bono Regni.*

13 *Dubitatiue etiam dicitur, quod videtur maius bonum conſulere grauiſſimis ſcandalis enumeratis; quam illud pro quo olim Deus diſpenſauit.*

14 *Referuntur Iuriſperiti qui ſenſerunt poſſe Pontificem diſpenſare in matrimonio conſummato.*

15 *Defenditur D. Antoninus ab ijs quæ illi tribuit in hac re Henriques.*

16 *Refertur Alciatus dicens poſſe Pontificem approbare leges Imperatorum circa repudia concedenda.*

17 *Referuntur aliqui qui tenent poſſe Põtificem diſpenſare ad Polygamiam.*

18 *Adducitur argumentum pro ſupradicta conceſſione deductum ex Gregorio ſecundo Epiſt. 14.*

19 *Referuntur Concilia, quæ videntur fauere ſupradictæ conceſſioni.*

20 *Prædicti Canones non videntur loqui de pluribus nuptijs ſucceſſiue.*

21 *Non poteſt Pontifex propter vllam cauſam diſpenſare ad bigamiam.*

22 *Non eſt verum dicere, quod Pontifex in nullo iure diuino poſſit diſpenſare.*

23 *Neque verum eſt, quod poſſit diſpenſare in omni iure.*

24 *Regula quam communiter afferre ſolent: quando poſſit Pontifex diſpenſare in iure Diuino naturali: nempe ſi ſit ab humana voluntate ortum.*

25 *Ratio quare poſſit Pontifex diſpenſare in voto ſolemni religionis in iuramento, & in matrimonio rato.*

26 *In his non dicitur abſolutè Pontifex diſpenſare, ſed tollere obligationis vim.*

27 *Pontifices qui diſpenſarunt in matrimonio rato.*

28 *Probabilius tenent aliqui, Pontificem poſſe diſpenſare in iure diuino abſoluto in caſu aliquo ſpeciali ex grauiſſima cauſa.*

29 *Regula Catharini ad cognoſcendum, quando poſſit Pontifex diſpenſare, & quando non in iure diuino abſoluto.*

Poteſt

30 *Poteſt Pontifex diſpenſare in reſidentia Epiſcoporum. Et in conſecratione ab vtraque ſpecie in remotiſſimis regionibus, vbi deficit vinum.*

31 *Ratio à priori, & à poſteriori, quare poſſit Pontifex diſpenſare in iure diuino abſoluto.*

32 *Regula poſita non videtur ſatisfacere.*

33 *Diſcurſus factus pro diſpenſatione bigamiæ videtur conformis regulæ Catharini.*

34 *Sanchez conatur adducere aliquid aliud pro firmitate ſupradictæ regulæ.*

35 *Præponderat inuiolabilitas legum Iuris Diuini bono, quod conſequeretur ex diſpenſatione.*

36 *Sanchez plenè non ſatisfacit.*

37 *Non poteſt Pontifex diſpenſare in matrimonio inter parentes, & filios, vel fratres, & ſorores, neque in bigamia, neque in libello repudij.*

38 *Inſtantia ad hominem: quod neque debeat Pontifex poſſe diſpenſare in reſidentia Epiſcoporum, &c.*

39 *Additur aliquid aliud, quod elucidat dictam regulam Catharini.*

40 *In ijs in quibus olim Deus diſpenſauit, & tandem idem Deus ea reuocauit: non poteſt diſpenſare Pontifex: neque in ijs in quibus nunquam Deus diſpenſauit.*

41 *Matrimonium inter fratres, & ſorores ex neceſſitate multiplicationis humani generis conceſſum: reuocatum fuit.*

42 *Articuli fidei ex ſe inuariabiles.*

43 *Sacramenta conſtituere pertinet ad poteſtatem Excellentiæ Chriſti.*

44 *Præcepta decalogi quæ ſecundum actionem phyſicam non includunt malitiam ſunt in duplici differentia.*

45 *Quædam decalogi præcepta habent circunſtantias à Deo ſolo mutabiles.*

46 *Affertur inſtantia contra poſitam doctrinam.*

47 *Quomodo diſpenſauit Deus cum Oſee in præcepto non fornicandi, & cum Hebræis in præcepto non furandi.*

48 *In extrema neceſſitate non eſt opus Pontificia diſpenſatione ad accipiendas res alioqui alienas.*

49 *Adducitur ratio quare non poſſit Pontifex diſpenſare in præcepto non fornicandi non furandi non occidendi.*

50 *Bigamia, & libellus repudij indiſpenſabiles à Deo; quia talis poteſtas reuocata.*

51 *Non poteſt Pontifex diſpenſare ad libellum repudij ob quancunque vrgentiſſimam cauſam.*

52 *Poteſt Pontifex diſpenſare in matrimonio rato in caſu aliquo ſpeciali; ſed non per legem generalem.*

53 *Ad argumentum ductum ex Gregorio Secundo, Reſpondetur, quod Pontifex loquitur de fœmina arcta quæ à viro cognoſci non poſſit.*

54 *Non committitur peccatum ſi plura coniugia ſucceſſiuè celebrentur; ſed ſi in ſecundis, & vlterioribus benedictio petatur.*

55 *Celebrantes ſecundas, & vlteriores nuptias ſucceſſiuè ob ſignum incontinentiæ, olim aliqua pœnitentia notabantur.*

56 *Dicta pœnitentia, vt habetur ex Concil. Laodiceno, potius dabatur ob coniugia clandeſtina, quam ob iterata matrimonia ſucceſſiuè.*

1 ID quod me mouet ad præſentem inſtituendam quæſtionem, eſt, quia attenta Pontificia poteſtate circa ius Diuinum diſpenſandū, videtur, quod omnino relictum ſit Summo Pontifici ſaltem ex Diuina commiſſione poſſe diſpenſare in quæſtione propoſita certè in aliquo caſu nimis arduo: quando nimirum ageretur de graui damno totius Regni, vt ſi bella exorirentur, quæ inextinguibilia eſſent, vnde fere totum Regnum periclitaretur, & quidem quod Pontifex diſpenſare poſſit in iure Diuino naturali ſaltē in ali-

2

in aliquo caſu tenet *Gloſſ. in cap. à nobis, verb. exemptus de decimis*, & ibi *Abbas nu.* 4. & quamplurimi Canoniſtæ, & Iuriſtæ, & inter Theologos præcipuè *Canus relect. de pœn. par.* 5. & abſolutè quod poſſit Pontifex in omni Iure etiam abſoluto Diuino præter fidei articulos diſpenſare, tenet idem *Abbas cap. propoſuit num.* 20. *de conceſ. præb. Decius conſ.* 112. *nu.* 3. *fin. volum.* 1. *& c. quæ in Eccleſiarum in noua edit. nu.* 44. *&* 45. *de conſtit. Roias epitome ſucceſſionum cap.* 23. *nu.* 31. vel vt verius puto, quod idem eſt ad noſtrum intentum, ea, quæ ſunt iuris Diuini Pōtifex non diſpenſat, ſed interpretatur, quamuis à Doctoribus confundantur illi termini, quanquam inter ſe maximè differunt, etenim diſpenſatio eximit à legis obligatione, interpretatio vero per Epicheiam declarat ceſſare in tali caſu obligationem legis, & ita diſtinguūt *Gloſ.* 1. *in cap. nō eſt de voto S. Thom.* 2. 2. *q.* 54. *art.* 5. *Sylueſter verb. Papa, Sotus tr. de Iuſt. & Iur. q.* 7. *art. vltim. & alij, quos refert, & ſequitur Barboſa de Iur. Eccleſiaſt. vniuer. lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 120. quod ſi ita eſt, non eſſet hic amplius immorandum; cum enim bigamia, & libellus repudij, vt diximus, non ſint contra Diuina præcepta primi ordinis, ſeu contra prima principia, atque adeo ſint à Deo diſpenſabilia. Si Pontifex ſaltem ex Diuina commiſſione poteſt diſpenſare, vel interpretari in omni Iure Diuino abſoluto ſaltem in aliquo caſu clarè liquet, quod poſſit diſpenſare in quæſtione propoſita, in qua ponimus vrgere maximam neceſſitatem totius cuiuſdā Regni.

6 Et iuxta hanc ſententiam poſſet adduci hic diſcurſus, qui videtur aliquam habere vim. valdè congruum profecto videtur, quod in caſibus arduis relinquatur hæc poteſtas Pontifici, vt diſpenſare poſſit vel abſolutè in ſententia aliquorū, vel interpretatiuè in opinione plurium, vt dictum eſt proximè, cum enim in ijs caſibus Deum ipſum adire non poſſimus, & alioqui neceſſitas vrgeat, ad nullam aliam promptiorem regulam Diuinæ voluntatis 7 recurrere poſſumus in terris degentes quam ad Pontificem ipſum loco Chriſti Domini magni Conſilij Angeli, & mediatoris inter Deum, & homines nobis relictum. Et ſicut in 8 caſibus, qui ſunt de iure Pontificio poteſt Epiſcopus non in vniuerſū, ſed in caſu aliquo ſpeciali diſpenſare, quando non patet aditus ad Pōtificem; & alioqui neceſſitas vrget, vt probat idem *Barboſa de Iure Eccleſ. f.* 1. *cap.* 11. *nu.* 190. & innuunt iura ab eo ibi relata. Ita videtur ad rectum Eccleſiæ regimen pertinere, vt ad Pontificem recurrere poſſimus in caſibus arduis, quandoquidem Deum ipſum nullo alio pacto adire poſſumus.

9 Et magis vrget hæc ratio ſi conſideremus, quod alioqui poſſunt proponi caſus, in quibus omnino apparet meliora eſſe bona, quæ cōſequeremur ex diſpenſatione ad Bigamiam, & ad libellum, quam bona quæ affert ipſa monogamia, vel retentum, & non diſſolutum coniugium. Id quod clarè apparet. nam quis negare pōt, quod ſi ex vna parte proponatur bonum integri vnius 10 Regni. Et ex alia parte bonū nō diſſoluti coniugij; præferri debere bonū integri vnius Regni. Et pōt poni caſus hoc pacto, vt nimirum ſi eſſet Rex cuiuſdā Regni, qui haberet mulierem ſterilem, & ſine vlla ſpe prolis, Rex autem ſenior ſit, ita vt ſi expectentur plures anni, potius deficiat, quam ſit aptus ad prolem. Hinc Regnum totum perturbetur ex eo quod videat ſuum Regem prole deſtitui, & timeat regnum ad exterum Regem deuenturum, cuius

ditioni

ditioni nullatenus pati poteſt ſe ſubdi : atque adeo per Regnum tumultus exoriantur, & ſcandala quotidiana inter ciues ipſos, & Regnicolas, ex eo quod aliqui reginã occidere intentent, aliqui vero immane ſcelus impediant, aliqui Regi obtemperent, aliqui omni reuerẽtia poſthabita contra omne ius, & leges inſoleſcant, plureſque Regni in dies conſurgant prætenſores. vnde nulla pax, nulla quies ſit, ſed homicidia furta, iniuſtitiæ paſſim in toto Regno committãtur. Huic tãto malo per vnum repudium conſuleretur in quo vni tantum fœminæ aliquod inferretur incommodum. quæ omnino æqui bonique conſulere deberẽt hoc repudiũ pro bono
11 totius Regni. Et pro bigamia addi poteſt hęc circunſtantia quod ſcilicet nullo pacto quietè, & pacifice repudium celebrari poſſit. quandoquidem Reginæ conſanguinei grauiſſima minarentur bella, & deſtructionẽ totius Regni, ſi audeat Rex priorem repudiare. in quo caſu prio re retẽta per ſuſceptionem alterius coniugis fœcundæ tot grauiſſimis malis obuiam iretur, & conſuleretur etiã primario fini matrimonij, nempe ſuſceptioni liberorum ſolũ poſthabitis finibus ſecundarijs, qui tamen ſuum haberent rationabile remedium ; nam quę mulier ſterilis non libenter ſufferat fœcundæ cohabitationem, & rationabiliter cedat partem Iuris in corpus viri, vt tot ſcandalis obuiet?

12 Si enim ſupra dicebamus, quod mulieres Hebræe ex affectu, & inclinatione ad ſui generis propagationẽ libenter patiebantur aliarũ mulierũ cohabitationẽ, & alia incõmoda ex bigamia orta; cur non libẽter ferat ſupradicta Regina, vel repudiũ, vel alterius cõiugis cohabitationẽ ad totius Regni quietẽ, pro quo vitã, & omne aliud bonũ amittere deberet. Similes caſus vide Apud *Albert. de aſſert. cath. q. 23. n. 38.*

13 Et cõfirmatur quia lõgè maius bonũ videtur hoc eſſe, quã illud p quo diſpẽſauit Deus in veteri lege vel ad Bigamiam, vel ad libellũ Repudij.

14 Hæc ita magni momenti viſa ſunt aliquibus Iuriſperitis, quos refert, & reprobat *Couarr. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 4. n. 15.* vt aſſerant Pontificẽ poſſe ex cauſa diſpenſare in matrimonio conſummato. Hi vero ſunt *Socinus Conſil. 28. volum. 1. colum. penult. Decius in cap. quæ in Eccleſ. col. 5 de conſti. Hieronym. Grat. conſil. 1. volum. 2. nu. 31. Sigiſm. Loffred. Conſil. 50. nu. 41. & Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 2. nu. 3. in commento litera T.* ait D. Antonin. *3. p. tituli 1. cap. 21. §. 5.* aſſerere Martinum V. & Eugeniũ IV. diſpenſaſſe in matrim. cõsũmato, diſpẽſationes tamẽ fuiſſe nullas. At immerito Henriquez
15 hæc appingit D. Antonino, qui ſolum
16 loquitur de matrimonio rato; Et quod maius eſt *Alciatus lib. 6. Parergon. c. 20.* aſſerit Pontificem poſſe leges Iuſtiniani Repudia permittẽtes approbare. Et Aliqui, quos taci
17 to nomine affert *Durand. 4. diſt. 33. q. 1. n. 11.* dicunt poſſe Pontificem diſpenſare ad polygamiã, ad vxorũ ſcilicet pluralitatem ſimul.

18 Et ad confirmationẽ ſupradictorũ adduci ſolet argumentũ *ex Gregor. 2. Epiſt. 14.* quod habetur *in cap. quod propoſuiſti 32. q. 7.* vbi videtur Põtifex cõcedere viro, qui habet vxorem impeditã ægritudine ad redẽdum debitũ, vt aliã de nouo duceret; dũmodo prioris curã nõ abijceret. quare videtur Põtifex diſpenſaſſe, vel ad bigamiã, vel ſaltem ad Repudium, & quidem ob leuiorem causã, quam nos ſupra adduximus.

19 Et nõ minorẽ vim habet aliud argumentũ deſumptum ex Concilijs, ex quibus videtur cõcedi, quod maneant ſecundæ nuptię etiam primis

perſeuerantibus, vel etiamſi dignæ pœnæ exiſtimẽtur, nõ tamẽ irritantur, & primo id videre eſt apud *Cõcil. Neocæſarienſe cap. 3.* vbi habẽtur hęc verba *(De his qui in plurimas nuptias inciderũt tẽpus quidẽ præfinitũ manifeſtũ eſt, ſed conuerſatio, & fides eorũ tempus abbreuiat,) & in Can. 7. eiuſdẽ Cõcilij* præcipitur ne ſecũdis nuptijs Præsbyteri interſint (cũ præcipiatur Præsbiter ſecundis nuptijs tribuere pœnitentiam, *& in Laodiceno c. 1.* his, qui ſecundo nubunt, cum ieiunijs, & orationibus vacauerint ſtatuit, vt ſecundum indulgentiam reddatur communio. Nec poteſt reſponderi, quod iſti Canones loquãtur de his, qui plures nuptias ſucceſſiuè celebrabant, cum enim ſecundæ nuptiæ ſucceſſiuæ ſint licitæ; nõ datur locus pœnitentiæ.

Caput Secundum.

RESOLVITVR QVOD PONTIfex non poſſit diſpenſare ex quacunq; grauiſſima cauſa ad Bigamiã.

21 NOſtra Concluſio: non poteſt Pontifex propter vllam ex grauiſſimis cauſis, & præcipuè neq; propter ſupradictam in noſtra quæſtione diſpenſare ad plures nuptias ſimul. *ita Bellarm. lib. vnic. de matr. cap. 11. Pontius lib. 7. de matr. cap. 49. nu. 4.* ratio huius Concluſionis eſt quia Bigamia eſt de iure naturali Diuino talis generis, in quod cadere Pontificia diſpenſatio nõ poteſt. Sed ſolum Auctor ipſe naturæ, qui legem impoſuit in ea diſpenſare poteſt. Vide *Frater Petrum Paulum Caporella in quæſtione matrimonij Reginæ Angliæ verſus finem §. quarta Concluſio. Principali*: vbi videtur in ipſa concluſione contrarium tenere: ſed in progreſſu ſe declarat pro noſtra concluſione.

Vt autem appareat huius rationis veritas, oportet ſtatuere regulã, vnde habere poſſimus quando poſſit Pontifex diſpenſare, quando vero non. nam dicere quod in nullo 22 Iure Diuino Pontifex diſpenſare poſſit, hoc nullatenus veritatem habet, Diſpẽſare enim poteſt in matrimonio rato ex pluribus cauſis in voto Religionis ſolemni, & in iuramẽto, quæ omnia ſunt de iure Diuino. 23 Dicere autẽ quod Pontifex poſſit in omni caſu in Iure Diuino diſpẽſare, præter fidei articulos, vt ſupra innuimus; omnino à veritate alienum eſt, & vt improbabile reijciendũ, & *Abbas Panorm. Cap. propoſuit*, & alij Auctores pro hac ſententia ſupra citati non ſunt audiendi. Præterea ſolent cõmuniter hanc regulã aſſignare, 24 vt poſſit Pontifex diſpenſare in iure Diuino naturali ab humana voluntate orto. Primi generis ſunt votũ ſolemne Religionis, Iuramentũ, & matrimoniũ ratũ. Et hanc diſtinctionẽ adducit *Graff. deciſ. aur. p. 1. l. 7. c. 31. à n. 18.* & aſſignat rationẽ qua re poſſit Pontifex diſpenſare. quia 25 ſcilicet voluntas humana eſt obliquabilis, & defectibilis ab eo, quod rectum eſt; vnde accidit ſæpè homines incautè iurare, aut vouere; proinde iuſtum eſt, vt inferiorum volũtates alicui ſuperiori ſubijciãtur, vt regulẽtur, & dirigãtur, prout experimur in patribus irritãtibus vota per filios emiſſa, in Prælatis circa ſubditos, 26 & in maritis circa vxores. Et in illis non dicitur Pontifex abſolutè diſpenſare in iure naturæ, ex quo habent obligandi vim; ſed tantum tollere obligationis fundamẽtum, quã homo actu humano ſibi impoſuit, vt de voto docet *D. Tho. 2. 2. qu. 88. art. 50. ad 2.* & cõmuniter tradunt alij, & in particulari de matrimonio rato quod poſſit Pontifex diſpẽſare magis probabiliter tenent *Gloſſ. in capit. ex publico de conuerſ. coniug.* communiter approbata, vt ibi aſſerit *Panorm. Idem in diſputat. 1. columna 3. & Præpoſition. in capite fin.*

fin. de ſponſ. duo in fin. Deci. conſ. 112. *Felin. in cap. quæ in Eccleſ. de Conſtit. nu.* 20. *Hieron. Grat. conſil.* 1. *num.* 31. 2. *volum. & Ferdinan. Loazes in trac. de matr.* 2. *dub. in* 2. *Argu.* pro parte affirmatiua *idem in tract. de noua cõuerſ. pagano. col.* 33. nec deſunt ex Theologis, qui huic opinioni ſubſcribant *Sylueſt. verb. Diuort. qu.* 4. *& alij, quos citat Couarr. loco cit. nu.* 13. *Sanchez lib.* 2. *de matrim. diſput.* 16. affert varias iuſtas cauſas, ob quas diſpenſare poſſit Pontifex in matri-
27 monio rato, & de facto leguntur in huiuſmodi matrimonio diſpenſaſſe Martinus V. Eugenius 4. Paulus 3. Pius 4. & Greg. XIII. vnica die cum vndecim, vt videre eſt apud eũdem *loco cit. diſp.* 14. *num.* 2. quibus adde *Ant. Gomez ad l. Taur. l.* 3. *num.* 24. *Tiraq. de pœnis temper. in præfat. nu.* 45. *Menocch. illuſt. c.* 25. *n.* 18. *Guttier. conſ.* 5. *num.* 8. *& diffuſe Monet. de decim. cap.* 5. *nu.* 47. *eum ſequentib.*

28 Sed quia circa ſupra dictam Regulam reſtat difficultas an poſſit Pontifex diſpenſare in aliquo caſu in iure Diuino abſoluto. Et aliqui de facto probabilius exiſtimẽt poſſe Pontificem aliquando diſpenſare in iure naturali Diuino abſoluto, non in vniuerſum id ius, in quo diſpenſat abrogando, ſed eius obligationem verè tollendo per veram diſpenſationem in caſu aliquo ſpeciali ex grauiſſima cauſa, vt tenet *Sanchez lib.* 8. *de matrim. diſp.* 6. *num.* 5. & alij, quos ipſe citat, & ſupra adduxi ſcilicet *Gloſſa cap. à nobis verbo exemptus*, cũ quibus ego ſentio. Ideo oportet aliam æquiorem aſſignare regulam, ex qua poſſimus colligere quando poſſit Pontifex in iure Diuino diſpenſare, quando vero. non aptiſſima vero videtur ea,
29 quam refert *Ex Catharino Sanchez loco citato. Ea autem eſt huiuſmodi*, vt proprijs Sanchez verbis vtar. *quædam ſunt de iure Diuino, quæ abſque dubio ſunt de ſe eius conditionis, vt nunquam in ea cadere poſſit diſpenſatio aliqua Pontificia, quod nequeat excogitari caſus, in quo ſit ratio diſpenſandi, vt ad fornicandum; vel ne filius veneretur parentes, vel ad mutandas ſacramẽtorum formas. Alia verò ſũt, quæ licet in vniuerſum expediant, at in aliquo caſu ſpeciali poſſunt non expedire; & ita admitterent diſpenſationem. quippe licet ſecũdum ſe deceat ea non implere, at non continet perfectam, & omnimodam indecentiam, ſed poteſt ita iuſta cauſa occurrere, vt ei indecentiæ imperfectæ præponderet, & ſic iuſta reddatur diſpenſatio,*
30 *vt contingit in reſidentia Epiſcoporũ, quæ eſt de Iure naturali, & Diuino, in qua Pontifex diſpenſare poteſt, & in conſecratione ab vtraque ſpecie, quæ eſt de iure Diuino poſitiuo, in quo in remotiſſimis Regionibus, vbi non eſt copia vini poteſt iuxta veriorem ſententiam Pontifex diſpenſare; quæ etiam Regula conformis eſt ei, quam nu. præcedẽti in fin. propoſuimus ex mente Cani. vn-*
31 *de à priori colligitur facultas in Pontifice diſpenſandi in aliquo iure Diuino, ex eo quod tale ſit, vt recta Ratio, ac ſuaue Eccleſiæ regimen petant expedire, vt in aliquo euentu eius obligatio relaxetur ob cauſas, quæ poſſunt occurrere. A poſteriori autem id colligemus ex vſu Eccleſiæ diſpenſandi in eo, & ex grauium DD. ſentẽtia opinantium poſſe Pontificem diſpenſare in eo.* Huc vſque Sanchez.

32 Sed vt verum fatear; niſi aliquid aliud addatur; hæc regula non euacuat difficultates poſitas; & ſolum valeret hoc indiciũ à poſteriori vltimo loco allatũ; quod nimirum nũquam poſt legem Euangelicam diſpenſatum ſit, vel ad bigamiam, vel ad libellum repudij. Vnde bene colligi poſſet non cadere in Pontificiam facultatem hanc diſpẽſationem, & præcipuè adiecto communi DD. cõſenſu ſuper hac re. ratio au-

rem à priori non ſoluit diſcurſum in contrarium factum pro bigamia, & libello repudij in caſu arduiſſimo qualem poſuimus, quin immo diſcurſus pro diſpenſatione ad bigamiam, &c. videtur fundatus in illa regula; quando quidem bigamia, & libellus Repudij videntur ex ijs, quæ non continent perfectam, & omnimodam indecentiam, & ex ijs pro quibus occurrere poteſt ita iuſta cauſa, vt ei indecentiæ imperfectæ præponderet; qualis eſt periculum deſtructionis integri Regni, vt diximus.

34 Ideo conatur *Sanchez loco cit. nu.* 10. aliquid aliud adducere, vnde totaliter preſens euacuetur difficultas. affert autem rationem *Victoriæ de poteſtate Papæ propoſition. 9. Corduba in ſuo quæſtionario lib. 4. q. 8. colum. antepenult.* Aiunt ergo iſti quod ſunt leges Diuinæ in Eccleſia in quibus Deus nullam reliquit diſpenſandi poteſtatem, & adhibent exemplum, vt de pluribus vxoribus ducendis. Et ratio eorum eſt quia, etſi Deus præuiderit poſſe euenire caſum, in quo expediret, vt magis rationi conſonum diſpenſare; at

35 præponderat huic bono inuiolabilis illarum legum cuſtodia, ne conceſſa diſpenſandi facultate, paſſim in illis diſpenſetur. Hoc autem ita ſe habere colligitur ex vſu Eccleſiæ, quæ in nullo euentu hactenus diſpenſauit, vel ad bigamiam, vel ad libellum Repudij, conſtat *ex dicto cap. gaudemus de Diuort.* vbi bigamiã nunquam licuiſſe citra Diuinam diſpenſationem decidit, & ducitur argumentum à fortiori à diuortio, & ex communiſſima DD. ſententia id negantium.

36 Sed adhuc mihi Sanchez non ſatisfacit, niſi ſigno illo à poſteriori vt ſupra dicebam, ex vſu ipſo Eccleſiæ. quod tamen non inſeruit pro regula illa generali: nam poſſet quis dicere. vnde habemus, quod poſſit Pontifex diſpenſare in reſidentia Epiſcoporum, & in conſecratione ſub vna ſpecie in remotiſſimis Regionibus, vbi vinum deſideratur, quæ ſunt de Iure Diuino alterum naturali, alterum poſitiuo, &

37 tamen non poteſt in matrimonio inter parentes, & filios, vel fratres, & ſorores, neque in Bigamia; neq; in libello repudij. Si dicat Sanchez vt ne in iſtis vltimis caſibus aperiatur ianua ad paſſim diſpenſandum; vnde potius incęſtibus, & Adulterijs aperiretur ianua, quam grauiſſimis incommodis occurreretur.

38 Eodem pacto inſto, non debere diſpenſari in reſidentia Epiſcoporũ; ne aperiatur ianua ad diſpenſandũ paſſim; vnde potius Mercenarios haberemus, quã Paſtores, qui mactarent, & perderent ad fontes, & vmbram ſederent, Gregem autem errabundum dimitterent; & ſimiliter ex conſecratione in vna tantum ſpecie, poſſet aperiri ianua paſſim diſpenſandi; vnde mille abuſus, & hæreticales errores oriri poſſent.

39 Quare videtur mihi (ſaluo ſemper ſaniore iudicio) aliud adduci ſignum, quod etſi à poſteriori ſit; attamen pro certo teneo firmare poſſe regulam ſuperiorem. Non enim hoc ſignum colligo ex vſu Eccleſiæ, vt ſupra dicebat Sanchez; hic enim nullo pacto inſeruire poteſt pro regula à priori ipſi Eccleſię; ſed ex vſu ipſo, vt ita dicam Diuino: qui etſi poſterior ſit conuenientia, vel inconuenientia diſpenſationis; attamen poteſt optime inſeruire pro regula à priori ipſi Eccleſiæ. Hoc autem ſignum reperiri

40 mihi videtur in ijs, in quibus etſi olim Deus diſpenſauit, reuocauit ea tamen deinde, & hoc accidit in Bigamia, & libello repudij, quam diſpenſationem ſi Deus abſtulit abſque vlla limitatione, quis eſt qui

præsumat iterum cõcedere; vel in ijs in quibus nunquam Deus ipse dispensauit, vt in matrimonio inter parentes, & filios, non enim credibile est tot annorum milibus transactis nunquam grauissimam aliquam causam euenisse, vnde talis dispensatio requireretur; vel in ijs, in quibus etsi aliquando concessa fuere, ea tamen ob vrgentissimam necessitatem multiplicationis humani
41 generis, vt fuit matrimonium inter fratres, & sorores; quod tamen ea causa cessante reuocatum est, vt docet *D. Augustinus lib. 15. de Ciuit. Dei* his verbis *commistio sororum, & fratrum quanto sit antiquior compellente necessitate, tanto postea facta est damnabilior Religione prohibente.* Cœteru
42 tum articuli fidei ex se irreuocabiles sunt, quia inuariabilis veritas. Et materia Sacramentorum suis finibus à Deo constituta est citra omnem dubitationem, ita à nullo præter ipsam immutari possit, nec de nouo cõstitui; hoc enim ad Deũ ipsum absolutè pertinet ordinem super naturalem constituentem, &
43 ad potestatem excellentiæ Christi. In præceptis autem Decalogi cum sint iuxta prima principia naturalia, & Deus ipse dispensare non possit, quo pacto Pontifex dispensabit? vel si iuxta doctrinam supra positã ex Con. nc *K* loqui velimus, quæ ex sua natura secũdum actionem physicam in quibuscunque ponantur circunstantijs semper mala sunt, indispensabilia sunt à Deo, & per cõsequens à Pontifice, quæ vero mutatis circunstantijs secũdum actionem physicam non includunt malitiam, ea mihi videntur in duplici
44 esse differentia, nam aliqua habent circunstantias de facili, & casu ipso mutabiles, & hæc non indigent Pontificia dispensatione mutatis illis circunstantijs, vt est cõrectatio alienę alioqui rei in extrema necessitate, & occisio cum moderamine inculpatæ tutelæ, quæ nulla indi-
45 gent dispensatione; quædam vero habent circũstantias, vel vt melius loquar quædam dantur circunstantiæ præceptorum, quæ à Deo solũ mutari possunt, qui est Dominus absolutus rerum omnium temporalium, & corporum, atq; adeò Deus solus dispensare potest in præcepto non fornicandi faciendo de non sua suam, & in septimo ad dominia rerum; quod si vrgeas, quod ex do-
46 ctrina posita sequeretur posse Pontificem ex Diuina commissione dispensare in aliquo casu mutando easdem circunstantias ex interpretatione Diuinæ voluntatis. Adhuc respondeo, quod etsi olim Deus dispensauit in Præcepto non fornicãdi cum Osee, & in Dominio rerum
47 Aegyptiorum cum Hebræis. hinc tamen non sequitur contra nostram regulam supra positam quod possit Pontifex dispensare; si enim ponamus, quod nulla sit vrgentissima causa, non potest Pontifex dispensare pro libito. si ponamus vrgẽtis-
48 simas causas, iam ex ipsa extrema necessitate sine vlla dispensatione Pontificia sequeretur posse res alienas accipi; & in præcepto non fornicandi, non videtur quo pacto per matrimonium non cõsuleretur omni vrgentissimæ causæ, & rursum
49 obstat, quia facere de non sua suam supponit dominium absolutum corporum, quod est solum ipsius Dei. quod idem modo suo dicendum de dominio rerum temporalium absoluto. Vnde non posset Pontifex ex hoc etiam capite dispensare in præcepto non fornicandi, & non furãdi, & cæteris huiusmodi. quod si loquamur de coniunctione cum coniugata, vel coniugato, iam diximus quod Deus in vno casu nunquam dispensauit, in altero etsi dispensauit, reuocauit: atque adeo per nostram

ſtram regulam in neutro poteſt Pō-tifex; quæ regula magis elucidabitur ſi per ſingula Diuino Iure conſtituta examen fiat. in quo an bene ſentiam, doctiorum iudicio id remitto.

50 Hinc patet Reſponſio ad diſcurſum factum pro bigamia, & pro libello repudij; quæ verè indiſpenſabilia ſunt in omni caſu à Pontifice ex eo quod Deus ipſe etſi aliquando conceſſerit, reuocauit tamen, & debemus ſupponere, quod ob maiorem aliquam inconuenientiam, quę in ijs reperiebatur, & non in alijs, quamuis nos neſciamus illam aſſignare. Et quia pro libello Repudij eadem Ratio valet, Ideo ſit.

Caput Tertium.

RESOLVITVR QVOD Pontifex neque poſſit diſpenſare ex qualibet grauiſſima cauſa ad libellum Repudij.

51 NOſtra Concluſio: neque poteſt Pontifex diſpenſare, vt ſaltem dato priori coniugi libello Repudij, cum alia matrimonium contrahat ob quācunque vrgentiſſimam cauſam ex dictis.

Loquor hoc pacto, namque excipio caſum periculi extinctionis humani generis, in quo reuera diximus licitum libellum repudij ex ipſo Diuino præcepto; neque in illo opus eſſe Pontificia diſpenſatione.

Hinc merito improbantur *à Couarr.* Auctores ab ipſo adducti *loco ſupra citato.* dicentes poſſe Pontificem diſpenſare in matrimonio cōſummato. Et ſimiliter, & à fortiori reprobandus *Alciatus lib. 6. Parergon. cap.* 20. vbi aſſerit Pontificem poſſe leges Iuſtiniani repudia permittentes approbare; tolerabilius enim eſſet quod in aliquo caſu propter vrgentiſſimam cauſam Pōtifex diſpenſaret; quam leges generales ad id ſtatuere, vel ſtatutas ap-
52 probare; concedunt enim probatiſſimi Auctores quod poſſit Pontifex diſpenſare in matrimonio rato in aliquo caſu ſpeciali nempe in caſu quod ſequatur aliud matrimonium conſummatum, ſed non reperies quod ipſe legem ſtatuat generalem pro tali diſpenſatione, vt tenet *Couarr. 4. decret. cap. 7. §. 4. nu.* 15. *Matienzo lib. 5. recopilat. tit. 1. rubr. glo. 1. nu. 76. Guttier. 99. Canonicis lib. p. cap. 17. nu. 22. Vera Crux 2. par. ſpeculi art. 28. concl. 4. in 2. rat.* & multo magis reprobādi ij Auctores, quos tacito nomine affert *Durandus loco cit.* dicentes poſſe Pontificem diſpenſare ad Polygamiam: quia vt ex dictis patet hoc maius inconueniens eſt, quam dimiſſa priore aliam ducere. Cœterum iam diximus falſum eſſe *D. Antoninum* aſſeruiſſe, quod aliqui Pontifices diſpenſarunt in matrimonio conſummato.

53 Ad argumentum ductum *ex Gregorio 2. ex Epiſt.* 14. reſpōdetur quod præter quam quod dicere poſſemus cum *Pontio lib. 7. de matr. cap.* 52. *nu.* 13. quod *Gratianus* eo loco iſtud caput *Gregorij* non ſolum Sacris Canonibus, ſed etiam Apoſtolicis, & Euangelicis doctrinis aduerſari dicit. Et poſſet etiam aliquis ſuſpicari eam Gregorij Epiſtolam eſſe fictitiam propter rationem, quam ipſe *Pontius* ibidem adducit, & cum magna cautela, & attenta diſcuſſione legendā, vt in alijs Canonibus in decreto ſeruari oportet, vt in *cap. renouantes* 23. *diſt. & cap. Nicęna Synodus* 31. *diſt.* quorum explicatio, & elucidatio altiorem, quam hic oportet requirit indaginem; &, deo diſcuſsionem libenter omitto. Vide tamen *Barboſam de Iure Eccleſiaſt. f.* 2. *nu.* 60. reſpondetur itaque ex *Pōtio loco cit. nu.* 1. vno è duobus modis,

dis, primo, quod ibi loquatur Pontifex de fœmina, quæ occaſionem præberetur, ita vt à viro cognoſci nõ poſſet. Id quod placet *Archidiacono, Turrecrematæ, & Bellarmino lib. 4. de Romano Pontifice cap.* 13. nec mirum quod Pontifex dicat bonum viro ſi ſic permanſerit; quandoquidem ſolebant huiuſmodi quas vt coniuges non poterant, vt ſorores retinere. Altero modo reſpondetur quod ibi ſermo habetur de matrimonio rato nondum conſummato propter aliquem perpetuum morbum, in quẽ fœmina inciderat; atque adeo coniux à Pontifice diſpẽſationem obtinuerit ad ſecunda vota tranſeundi.

Ad ſecuudum argumentum deſumptum ex Concilijs *Neocæſariẽſi, & Laodiceno* reſpondetur nequaquam his concilijs, vel bigamiam concedi, vel ſecundas nuptias ſucceſſiuè reprobari, nam vt ſupra vidimus plures, & plures ſucceſſiuè nõ reprobantur nuptiæ. Senſus ergo illorum Canonum eſt, vt ait *Bellarm. lib. vnic. de matr. cap.* 9. quoad Neocæſarienſe Concilium quod loquatur de pluribus nuptijs ſucceſſiuè,
54 non quod hi, qui contrahunt, peccent propter contractionem pluriũ matrimoniorũ ſucceſſiuè; ſed quod peccent ex eo quod velint in ſecũdis nuptijs eam celebritatem adhiberi; quæ ſolum in primis nuptijs de more Eccleſiæ adhibenda eſt contra diſpoſitum in *in cap.* 1. *de ſecundis nuptijs*, vt ſupra notauimus *cap.* 1. circa finem, & ideo pœnitentiã iniungendam illis eſſe à Preſbyteris, à quibus ad eam celebritatem inuitantur, vel vt idem Bellarm. reſpondet ibidem tum quoad Neocæſarienſe Cõcilium; tum etiam quoad Laodicenum. quod antiqui illi Patres, qui alijs etiam in rebus ſe-
55 ueriores erant ob ſignum in continentiæ notandos aliqua pœnitentia eſſe voluerint eos, qui ſæpè matrimonia contrahunt. Et hanc poſteriorem reſponſionem amplectitur *Baronius tom. 3. anno* 714. *num.* 91.

Aliam reſponſionem affert doctiſſimus *Pontius* magiſter meus, à quo in celeberrima Salmanticenſi Vniuerſitate, dum ad Canonicũ, & Ciuile Ius incumberem, nõ mediocrem eruditionem accepi, *loco citat. num.* 19. nempe Laodicenum Concilium poſt Neocæſarienſe celebratum: recte, & ipſius Neocæſarienſis Canones præcaluiſſe, & explicaſſe, ac comprehendiſſe ſuo Canone; atque adeo quicquid per Laodicenum Canonem nobis innotuit etiam à Neocæſarienſi deriuatum. vnde videtur illa explicatio, quæ cohæret cum Canone Laodiceno ex verſione ex Græco, quam præſtitit Gentianus Heruetus, poſſe etiã cohærere cum Canone Neocæſarienſi; illa autem verſio ſic habet (*oportere in Eccleſiaſtico Canone, qui liberè, & legitimè ſecundo matrimonio coniuncti ſunt, & clam vxores duxerunt, cum exiguum tẽpus præterierit, & orationibus, & ieiunijs vacauerint,*
56 *eis ex venia dari communionem.*) Ex quo conſtat eo Canone non ob ſecundas nuptias pœnitentiam imponi, ſed quod clam contraxerant. Itaque non ſecundis, ſed occultis, & clandeſtinis nuptijs imponitur pœnitentia. cumque is Canon Laodicenus citet Neocæſarienſem tertium: planum eſt Neocæſarienſem *in Cap. de his qui*, eodem pacto eſſe intelligendum, latumque contra eos, qui occultè nuptias poſteriores celebrarent.

(:):(:)

QVAE-

QVAESTIO DVODECIMA.

Quot, & quibus de cauſis proueniat, quod quis contrahat binas, vel plures nuptias.

Caput Primum.

ENVMERANTVR OMNES cauſæ, & agitur de prima cauſa.

1 *Quæſtionis introductio.*

2 *Enumerantur quinque cauſæ; ob quas ſolent plura ſimul matrimonia celebrari.*

3 *Imparitas coniugij, & fœditas vxoris, quas parturiant in coniugijs moleſtias!*

4 *Vulgare adagium perditorum hominum in meretrice pulchritudinem, in vxore diuitias quærendas eſſe.*

5 *Quæ incommoda pariat ducere, quas non oportet.*

6 *Pulchræ, & honeſtæ vxoris laudes.*

7 *Qui diuitijs inhiat, bonis coniugij fruſtratur.*

8 *Coniux turpis moleſta res.*

9 *Lyram perſomnium imaginari quid ſignificet.*

10 *Mezentio aſſimilatur; qui pulchram fœminam turpi, ac fœtido collocat.*

11 *Ex Sacramenti matrimonij reuerentia debent æquo animo ferri coniugum moleſtiæ.*

12 *Communiter ſapientes ex imparibus coniugijs infelices exitus expectant.*

13 *Illegitima coniugia inter inæquales vocantur.*

14 *Holſatiorum lex pro paritate coniugij.*

15 *Cleoboli dictum de paritate coniugij.*

16 *Magna coniugij diſparitas eſt cauſa ſufficiens. ad diſſoluendum matrimonium ratum auctoritate Pontificis.*

17 *Refertur lepidum Epitaphium in hanc rem.*

18 *Variæ turpitudines ad quas inclinat luxuria.*

19 *Quo pacto ob luxuriam Hareſiarchæ pullulent.*

20 *A libidine corruptela terræ.*

21 *Declaratur quinam fuerint filij Dei, & quinam filij hominum Geneſ. 6.*

22 *Deus modo noſtro loquendi; dolore perculſus ob dictam imparitatem coniugij filiorum Loth, & filiarum Cayn.*

23 *Salomonis Dauidis, & Ammonis libidinoſa crimina.*

24 *Explanatur melius textus dicti cap. 6. Geneſis.*

25 *Filij potentiorum carnaliter cognoſcebant pulchras mulieres antequam ad eas mariti ingrederentur.*

26 *Idem peſſimè conſtitutum apud Volſinienſium ſeruos rerum potitos.*

27 *Quam peſſimam legem in regno Scotiæ vigentem annullauit Malcolmus D. Margaritæ Coniux.*

28 *Vnde Ethnici fabularum auctores arripuerint occaſionem de ſuis Dijs tã libidinoſa ſcelera prædicandi.*

29 *Vera fuere libidinis ſcelera in hominibus potentioribus quãuis falſo Dei exiſtimabantur.*

30 *Quæ vitia hominibus accidebant, vt excuſarent Ethnici ſuis falſis Deis tribuebant.*

31 *Poſt Euangelium ex libide aliquorum Imperatorum, & Regum bigamia conceſſa, & repudia intentata: vt præcipue in Henrico 8. Rege Angliæ videre eſt.*

32 *Qui Henricus viuente adhuc eius legitima coniuge: Annam Bolenam ſibi ſecundo copulauit.*

33 *Sub quo prætextu Hẽricus iam dictus repudiarit ſuam legitimam coniugem.*

34 *Idem Henricus ſeſe Pontificem in ſuo regno declarauit.*

35 *In quadam ampliſſima Ciuitate Italiæ palæſtra erepta fuit libidinoſæ concertationi.*

Cu-

36 *Cupiditas lucrandæ dotis allicit homines ad hoc delictum perpetrandum.*

37 *Calabri in hoc Siciliæ regno frequentius in hoc delictum labuntur.*

38 *Quid Concilium Tridentinum de vagabundis ſtatuerit.*

39 *Iſti vagãtes puellas virgines frequẽter decipiũt ſub prætexta matrimonij.*

40 *Iacob pro coniuge ſeruit: ſeruus Abrahami munera offert.*

41 *Olim viri mulieres dotabant. Et apud quos is vſus fuerit?*

42 *Lycurgi lege Virgines abſque dote locabantur, & quare.*

43 *Sat dotata venit puella, quæ pudicitiã, & honeſtos mores ſecum affert.*

44 *Non improbatur vſus noſtrorum temporum, quando mulieres afferunt dotes apud Chriſtianos.*

45 *Placuit is vſus Romanis.*

46 *Dos à mulieribus fertur, ne à viris ſpernantur.*

47 *Error Nicolai Moſſij, quod dos eſſet de natura matrimonij.*

48 *In Cõcilio Arelatenſi ſtatutum, vt dotes à mulieribus afferrentur, ſed hoc abijt in deſuetudinem.*

49 *Quod mulieres afferãt dotes iuuat pro matrimonij firmitate.*

50 *Quid attendere debent viri in vxoribus accipiendis.*

51 *Mulieres debent afferre dignas dotes.*

52 *Quarta cauſa iterandi coniugij infectio lutheranæ hæreſis, quæ ab inferis ſuſcitauit bigamiæ errorẽ, quẽ pluribus locis Lutherus ipſe inculcat.*

53 *Lutheri hæreſim amplexi Anabaptiſtæ & Kemnitius.*

54 *Mahomethi lex concedens bigamiam ſibi pugnat.*

55 *Hallucinatus Lutherus bigamiam Euangelio prohibitam non vidit.*

56 *Explicatur Hallucinatio hæreticorum D. Petri ſententijs.*

57 *Enumerantur hæretici qui fœminarũ opera ſuos errores diſſeminarunt carnalitate ducti.*

58 *Lutheri luxuria notatur: qui publicas nuptias celebrauit cum Catharina Bore monacha profeſſa: publica deinde meretrice.*

59 *Hieronymus Empſer vir pius, & Catholicus verſibus inſequitur lutheranos.*

60 *Diſpenſatio facta à Luthero, cuidam iurisconſulto ad Bigamiam.*

61 *Eamdẽ hæreſim amplexus eſt Bucerus*

62 *Mors Ecolampadij lutheri aſſeclæ.*

63 *Lutheri funus dehoneſtatum præſentia coniugis, & filiorum.*

64 *Lutherus acriter reprehenditur ab Eraſmo.*

65 *Quinta cauſa coniugij iterandi error putantium præcipue adulterium coniugis diſſolui matrimonium.*

66 *Græci qui hunc errorem amplectũtur.*

67 *Ex latinis Lutherus Primus.*

68 *Idẽ Lutherus audacior factus alias admittit cauſas diſſoluẽdi matrimonij.*

69 *Secundus Bucerus, qui matrimonium inſtabilius reddidit quocunq; contractu ciuili.*

70 *Referuntur Melanchthon, & Brentius in eodem errore.*

71 *Collatio Caluini cum Mahometho ex Gualterio.*

72 *In quibus caſibus Mahomethus concedebat diuortia, & ſecũdas nuptias.*

73 *Caluinus plures quã Mahomethus, & Bucerus adinuenit modos diuortij.*

74 *Ex Caluiniſticis diuortijs quamplures bigamiæ oriuntur.*

75 *Kemnitius ſequitur Caluinum in vno tãtum adulterij caſu.*

76 *In eodem errore notãtur Caetanus, & Catharinus, ſed ille cum maiori timore locutus. Inter quos tamen, & Eraſimum eundem errorem amplexum eſt magnum diſcrimen.*

77 *Omnes ſupradicti in quo cõueniãt?*

78 *Præcipuum fundamẽtum ſupradictorũ tenẽtium; quod ob adulterium poſſit dari diuortiũ. Ex Matth. 19. iuxta quam interpretationem interpretãtur alia loca Euãgelij.*

79 *Loca Marci, & Lucæ debent abſolutè intelligi prout pronũciãtur abſque vlla exceptione.*

80 *Locus vero Matth.19.cum exceptione quoad torum,& habitationem.*

81 *Ex Matth. 5. ſoluitur obiectio ex Matth.19.*

82 *Reſponſio ad aduerſariorũ argumẽtũ.*

83 *Vir ſi admittit vxorem adulterã,quo ad torum, & cohabitationem, non mœchatur, ideſt non facit eam mœchari, quia habet iuſtam causã dimittendi.*

84 *Hæreticorũ inſtãtia,quòd reſpõſio Chriſti Domini de dimiſſione vxoris debet intelligi quoad vinculum iuxta Phariſæorum interrogationem.*

85 *Adducitur alia inſtantia.*

86 *Fornicatio eſt potiſſima cauſa dimiſſionis quoad torum, & quare.*

87 *Reſponſio ad poſitas Inſtantias.*

88 *Niſi ob fornicationẽ ex græco fõte exponitur, neq; ob fornicationem.*

89 *Per talẽ expoſitionẽ directè,& adęquate reſpõdetur Phariſæorũ interrogationi.*

90 *Olim apud Latinos dictio(niſi)habuit vim prohibendi.*

91 *In Canone Apoſtolorũ excõmunicatur qui vxore dimiſſa aliam ducit.*

92 *Ex ſupradicta expoſitione non habere mus vnde colligere diuortiũ quoad torum;ſed ad hoc Reſpõdetur, quod ſatis colligeretur, ex Matth. 5.*

93 *Alia interpretatio eſt eorum,qui dicũt vtrobique negare abſolute diuortiũ quoad vinculum, & nihil dicere de diuortio quoad torum, &c.*

94 *Chriſtus Dominus Matth. 5. repudiũ Phariſæorum intendebat deſtruere.*

95 *Reſponſio ex Andrea Vega ad inſtantiam, quod non liceat ex Concilio Tridẽtino habere recurſum ad Hebræos,& Grẽcos Codices:ſed vulgatã habendam tanquã autenticam.*

96 *Ex Concilio Tridentino nequaquam prohibiti commodiores ſenſus.*

1 VTiliſſimũ, quinimmo neceſſariũ cenſeo hoc caput pro ijs, quæ duobus ſequentibus libris tractabimus magis ad praxim deueniẽdo nãq; hic noſter ſcopus eſt in hoc tractatu,nẽpe ea,quæ magis ſpeculatiua apparẽt,præmittere;quæ vero magis practica ſunt poſtponere, vt qua rõne ad praxim deueniamus magis eluceſcat,& quaſi è quodam prõptuario ex hoc primo lib.pro reliquis duobus rationes,& principia accipiãtur. Porrò hęc tractatio nõ pauca cõtinet fundamẽta omnino requiſita ad cæteras tractationes; quare omnino attẽdendũ, vt omni cum diligẽtia, & adamuſſim perſoluamus.

2 Cauſæ verò,quæ modò in conſiderationẽ venire poſſunt quinq;videntur.Prima,Luxuria,ſecunda cupiditas lucrandæ Dotis,Tertia Infectio hæreſis Lutheranę,quę referũtur *à Diana p.4 t.7. Reſ.* 4. & hæc etiã habetur *ex Moura de Enſalm.ſect.* 3.*c.*3.*nu.* 9. quarta poteſt eſſe error Græcorum,& Hęreticorum putantium poſſe diſſolui matrimoniũ ob varias cauſas, ſed præcipuè ratione Adulterij cõmiſſi ab vxore; quibus ego addo quintam,quæ eſt imparitas coniugij,aliquid in particulari de fœditate,& de formitate coniugij complectens.

3 Et quidem ſi ab hac vltima incipiamus cauſa, non immodicos ea turbines excitare ſolet in matrimonij ſtatu; qui alioqui ſanctus, & firmus eſſe debet; imparitas coniugij, in quam ideo irruere ſolent homines; quia,vel ſuperbia elati, altiora ſe appetunt;vnde ruerè facili negotio poſſint:vel auaritia irretiti,incidunt in varias tẽtationes; namque, vt plurimum pecunijs intẽti ſuperbas, ac fœdas, litigioſaſque ducere ſolent,qui potius cum pecunia,quã cum vxore contrahunt; quæ quam matrimonij finibus ſe opponant, nemo eſt,qui non videat: crede ſapienti noſtro ſcilicet *Martiali*, qui de vxore ob diuitias ſuperba vitanda cecinit.

Vxo-

Vxorem quare locupletem ducere nolim
Quæritis? vxori nubere nolo meæ.

Et de vxore deformi ob turpitudinem cecinit.

Miraris quare dormitum non eat Afer
Accumbat cũ qua Cœciliane vides.

Paucis ſiquidem diebus tota conſumitur matrimonij felicitas; & breui huiuſmodi homines oſtendunt, quam Cœci Plutonis cupiditas cœcum cupidinem ſuperarit; excæcat auaritia homines ita vt dũ de coniuge eligenda cogitare debent, de pecunijs tota ſit tractatio:
4 ſcæleſtorum hominũ adagio locum dantes, quo nempe in vxore diuitias, in meretrice pulchritudinem quærere ſibi ſuadent; Id quod benè apud *Plautum in Perſa actu 3. Scæna 1.* exprimitur vbi quidam pater filiæ ait.

Tace ſtulta num tu nunc hominum mores vides
Quotus modi? Hic cum mala fama facile nubitur.
Dum dos ſit nullum vitium, vitio vertitur,

& apud *Ouidium 2. de remed. amor.*

Cur nemo eſt Hecalem, nulla eſt, quæ cœperit Irumè
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Sic vero conciliatur amor; Perditiſſimi homines non magis ad matrimonium attendunt; quam ſi bruta Animalia, quoquo effrænata libido impellit, præcipiti animo deturbantur. Id quod benè aduertit *Gregorius Viuien. lib. 8. de off. prob. mat. fam.* vbi ait (*non paucis intolerabiles fuerunt nuptiæ non quod ſua culpa, aut ſuapte natura ſit cum vxore ſocietas; ſed quando ducimus quas non oportebat, & ipſi quoque planè imperiti ſumus in vita; neque inſtructi ad ducendam ingenuam vxorem, tum vſuuenit, vt difficilis, ac intolerabilis ſocietas ſit*) non ita ſanctitas matrimonij pertractanda; non ita à Deo tot ſanctiſſimis legibus vallatus ſtatus aſpernandus. Cœci non vident quæ bona afferat matrimonij ſanctitas; quæ coniugatis non immodicam affert felicitatem, & educandæ proli in Sancto Dei timore commoda exhibet; vnde tandẽ ad Cœleſtem Patriam parentes cum filijs euolent.

6 Porrò quam adiuuet hanc matrimonij firmitatem vxoris honeſtas, & pulchritudo; paucis perſtringit *Lucius Apuleius de Magia lib. 2. virgo formoſa, & ſi ſit Oppido pauper; tamen abundè dotata: affert quippe ad maritum nouam animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum: ipſa virginitatis commendatio iure meritò omnibus acceptiſſima eſt maritis.*

7 vnde quid mirum deinde ſiqui diuitijs inhiauit, bonis coniugij fruſtretur, & pacem qui requiſiuit in diuitijs, diuitijs tanquam ſpinis, & vxoris quæſtibus, ſuperbia, fœditate, & malis moribus ſuffocetur, & matrimonij iugum intolerabile eueniat; quod tamen in adiutorium viri formatum fuit, & pęna euadat quod in leuamen datum eſt; quæ magna ex parte ex ipſa mulieris fœditate niſi bonis moribus leuetur, augeri ſolet, vt benè ait *Gellius lib. 1. cap. 10. ſi de formis pœna erit.* Et quod maius eſt *D. Hieron. contra Iouinianum*,
8 de turpi coniuge loquẽs ait *moleſtum poſſidere, quod nemo dignatur poſſidere*; vnde nullo pacto mihi videtur huiuſmodi homo nuptiarum tempore Lyram per ſomnium videre imaginatus fuiſſe, quod vt *Pier. Valeria. lib. 47. ex Onirocritarũ*
9 *diſciplina* aſſerit concordiam inter maritum, & vxorem futuram ſignificabat. quod ſi contra ex viri turpitudine quamuis Diuitis coniugatæ pulchræ mulieris quæſtus cognoſcere exoptas; cõmentarios *Claudij*

Minois in Alciati Emblema 197. *de*
10 *nupta tantagioſo* attentè perlegas; ibi enim reperies virginem conquerentem de patre; quod Mezentio Tyranno, qui ſolebat viua corpora mortuis colligare; ſimul ſe turpi, & fœtido homini locauerat; & ibi etiã Eraſmi dialogum ita impar coniugium feſtiuè, & eruditè depingentis reperies, cui dialogo titulus eſt ἀγαμος γαμος, quod coniugium impar ſignificat. Hinc multoties fit, vt nullam pacem cum priore cõiuge reperiens coniux ad ſecundas nuptias aſpiret, Euangelicę naturalis, & humanæ legis Iure ſpreto; at deberet potius illud D. Auguſtini Conſilium accipere ne tantum facinus contra omnes leges committat, ipſe enim ex Sacramenti fide has ſeditiones conatur componere;
11 debet enim Sacramenti Maieſtas ita magni fieri, vt quodcunque incõmodum vndecunque in cõiugio ortum, æquo animo feratur. Si vxorem (*ait S. Doctor*, & habetur 38. *q.* 5. *cap. ſi vxorem*) *quis habeat ſterilẽ, ſiue corpore deformem, ſiue debilem membris, vel cœcam, vel claudam, vel ſurdam, vel ſi quid aliud, ſiue morbis, ſiue laboribus, doloribuſque cõfectam; & quicquid* (*excepta fornicationis cauſa*) *cogitari poteſt vehementer horribile, pro ſocietate, fideque ſuſtineat.*

12 Sed id, quod ſuo modo vxori aptari debet, generalius proſequemur vt cæpimus dicere perturbationẽ, quam affert coniugij imparitas. quę ita omnium ſapiẽtum animos ſemper mouit, vt communi conſenſu infelices exitus ex talibus coniugijs expectarint; nec de fuerint qui tales nuptias illegitimas eſſe ſtatuerint, vt docet *Leo Põtifex Epiſt.* 70. *ad Ruſticum, & habetur cap. non omnis* 32. *q.* 2. *ibi* (*nuptiarum autem fœdera inter æquales legitima ſunt*) quaſi contratium ſit inter inęquales. Et apud
13 Romanos Coniugia inter impares illegitima habebantur, vt refert *Boetius in commentarijs Top. Ciceron.* vnde benè *Apuleius lib.* 6. *de Aſino*, ait; *impares nuptiæ, & prætereà in villa ſine teſtibus, & patre non conſentiente factæ legitimę nõ poſſunt videri.* Et apud Holſatios ita hoc malè oluit, vt legem tulerint, vt nobilis nobilem, liber liberam, ſeruus ſeruam duceret, & ſecus faciens, vitã
14 amitteret, vt refert *Ioannes Peterſius in Chronico Holſatiæ*, & plura alia congerit *Tiraquellus lib.* 5. *Connubial.* Illud vnum non omittam, quod *Guido Bituricenſis* narrat ad hanc coniugij imparitatis fœditatem oſtendendam quinquaginta ſcilicet filias Danai conſpiratione facta totidem ſuos maritos vna nocte interfeciſſe ob imparitatem, vt ait coniugij. Modo apparet quam ſapienter dictum à Cleobolo vno
15 ex ſeptem ſapientibus (*par pari iugato coniux, quod impar eſt, diſſidet,*) *& Clion vnus* etiam ex illis idem præcipiebat, & *Euripides in Rheſo* (*nolim ex potentioribus me ducere vxorem,*) *& Plutarchus lib. de educatione. vxores autem filijs deſpondebunt, quæ neque nobilitate generis, neque diuitijs multum eos ſuperent.*

Ex hoc ſapientum hominum cõſenſu contra imparitatem coniugij effectum eſt, vt ſi neutiquam conſummatum matrimonium, diſſolui poſſit; at matrimonium ratum auctoritate Pontificis, ſi magna ſit di-
16 ſparitas coniugum, diſſoluatur. Et hanc cauſam eſſe ſufficiẽtem docet *Socinus Senior conſ.* 28. *num.* 8. *lib.* 1. *Decius Conſil.* 112. *ad finem, Felinus Conſil.* 26. *num.* 20. *Celſus conſ.* 105. *num.* 12. *fin. Nauarr. lib.* 4. *Conſil. tit.* 1. *de ſponſ. in prima edit. conſil.* 49. *in* 2. *Conſil.* 3. *Menocch. conſ.* 385. *v.* 4. *& de Præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 10. *num.* 39. quos citat, & ſequitur *Sanchez lib.* 2. *de matr. diſp.* 16. *num.* 20. idque merito. nam vt aduertit *Frã-*

ciſcus

ciſcus Patritius lib. 4. de Rep. cap. 4. diſſimilitudo coniugum contemptum, ac perpetuum iurgium parit: ſimilitudo autem animos ſumma charitate deuincit, & ita perpetuum ſolet eſſe hoc iurgium, vt etiam quo-
17 dam modo poſt cineres durare videatur, vt lepidè explicatur in Epitaphio cuiuſdam, hoc incommodũ experti à *Iouia. Põtano deſcripto lib. 2 de obedientia* [*Heus viator miraculum hic vir, & vxor non litigant, qui ſimus non dico, at ipſa dicam. hic Bebrius ebrius, me Bebriam, ebriam nominat. Hei vxor etiam mortua litigas?*

Caput Secundum.

AGITVR DE SECVNDA cauſa.

18 SEcunda cauſa, quæ ſolet contra matrimonij firmitatem pugnare, quæque ſolet aliquando improbos homines debellare, eſt luxuria; hæc ita per miſerorum hominum corda debaccatur, vt ſæpè ſæpius coniugatos ipſos ab illo ſtatu detur bet; ſolet autem ad varias pro varijs hominum ingenijs, & conditio nibus turpitudines inclinare. Ad Adulteria ex omni ordine quam plures, non paucos infimi ordinis ad repetendas nuptias. ad Repudia nonnunquam potentiores, vt matrimonia iterare poſſint; idque per fas, & nefas Propria exiſtimatione,
19 & doctrinæ nomine elatos, vt ſua tegant vitia falſis opinionibus, falſiſque doctrinis ad comprobanda repudia, & duplicata matrimonia impellit eoſque ſolemnes Hęreſiarchas, vel illorum aſſeclas conſtituit. De quibus quia infra *in tertia cauſa* locuturi ſumus, modo nihil addo. Hos libidinis effectus varios, & varios caſus enarrare, eſſet longum prætexere tractatum, quandoquidẽ plenæ ſunt ſacræ prophanæque paginæ varijs ſceleribus patratis. Hinc *Geneſ. 6. habetur* [*corrupta eſt autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate. cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam* (*omnis quippe Caro corruperat viam ſuam ſuper terram dixit ad Noe*) *finis vniuerſæ carnis venit ad me; repleta eſt terra iniquitate à facie eorum; & ego diſperdam*
20 *eos cum terra.*] quod ſi velitis cognoſcere vnde tanta venerit corrup tela, in eodem cap. ſupra affertur. [*cumque cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filios procreaſſent: videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant*] vbi vehementer libido reprehẽditur quæ illecebris pulchritudinis filios iuſti Seth. ad non legitima matrimonia induxit cum fœminis ſcilicet alterius generis (Hi enim intelliguntur hic nomine filiorũ Dei,) vt expreſſe dicit *D. Auguſtinus lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 23.* vbi in fine capitis ait. *Igitur ſecundum ſcripturas Canonicas Hebræas, atq; Chriſtianas: multos Gigantes ante diluuium fuiſſe dubium non eſt, & hos fuiſſe Ciues terrigenæ Societatis hominum, Dei autem filios, qui ſecundum Carnem de Seth.*
21 *propagati ſunt in hanc ſocietatem deſerta Iuſtitia declinaſſe. Nec mirandum eſt, quod etiam de ipſis Gigantes naſci potuerunt. Neque enim omnes Gigantes fuerunt; ſed magis multi vſque tunc fuerunt, quod poſt diluuium, temporibus cæteris*: & quamuis *D. Auguſtinus* per ſupradicta verba videatur Gigantes admittere pro filijs hominum; attamen eodem Ca pitulo dictus Sanctus Doctor. pro filijs hominũ intelligit filias Cain, vt teſtatur *Thomas Garzoni in tract. de monſtris, en la primiera ſtanzia*, vbi omnino eſt legendus. nam pulchra affert ad rem noſtram; qui filij Dei nominati alioqui Sancti debe-

bant

bant eſſe, & incorruptæ vitæ. Hos ergo ad matrimonia traxit cum fœminis alterius generis ſcęleſti Cain non ita ſanctè educatis. Et vt peccatum Salomonis, vt ſupra diximus in hoc fuit quod ad alienigenas diuertit, quæ ſapientis cor mutare
22 poterant, vt de facto mutarunt; ita Diuinum pectus dolor, & pœnitudo intrinſecus tetigit, quod genus electum iuſti Seth. ad vulgares fœminas quamuis pulchras pro libidine diuertiſſet. Vbi id præcipuè animaduerſione dignum eſt. pro eo quod ſupra diximus de imparitate coniugij nimirum tunc Deum Opt. Max. dolore *maximo* (vt ipſa ſcriptura more noſtro loquitur) *perculſum* cum primum vidit ad imparia coniugia humanum genus declinaſſe;
23 ita vt delere hominem, quem creauerat vniuerſali diluuio decreuerit. Audiſtis ſapientis alioqui Salomonis peccatum; accipite modo fortiſſimi, & inuictiſsimi alioqui patris grauia facinora, qui quam grauiter deliquerit libidinoſo Berſabeę amore iam ſcimus in adulterium, homicidiumque deuolutus, vt refertur *Regum* 2.*cap.* 11. Ammonis inceſtuoſum ſtuprum in ſororem ita turpe, vt patratorem ipſum delicti ad indignationem mouerit, & digna morte tandem punierit, vti habetur *Reg.* 2.*Cap.* 13. libidinoſa malitia fatuorum ſenum inueteratorum dierum malorum contra innocentiſſimam Suſannam ita Sanctiſſimi Danielis Adoleſcentis pectus commouit, vt apud Populum tantum ſcelus apertiſſimè condemnarit. Id quod *Danielis cap.* 13. deſcribitur.

Sed placet redire ad *cap.6. Geneſ.*
24 ſupradicta verba, quorum pulchra expoſitio ad rem noſtram faciens habetur, quæ eſt *Rabbi Salomonis à Gloſſa Nicolai de Lyra in d.cap.* addu cti, qui dicit quod hæc ſit littera filij Iudicum, vel potentum, quia nomen Hebraicum, quod ibi ponitur ſcilicet Eloi, aliquando accipitur pro Deo, & aliquando pro Dijs in plurali, aliquãdo pro Iudicibus; vnde *Exod.* 22. vbi translatio noſtra habet *Dominus domus* applicabi
25 tur ad Deos, ideſt ad Iudices; in Hebręo dicitur applicabitur ad *Eloim.* Dicit igitur iſte quod filij Iudicum, & potentum quando videbãt filias ſubditorum pulchrè ornari, & quãdo dabantur ad nuptias, accedebãt ad ipſas cognoſcendo eas carnaliter; antequam mariti eas cognoſcerent. Et eadem expoſitio adducitur ab *Auen Ezra*, vt refert *Steucus ibidem* quæ confirmatur ex traductione Caldaica, quæ habet. *Et viderunt filij Principum filias hominum humilium*. Ex quo facto apparet quam turpiter tempore illo in vitia a libidine declinarint carnales hominem, vt tum proprias, tum alienas nuptias varijs adulterijs commacularint.

26 Id quod (ſi ad alia tempora deſcendamus) Volſienſium ſeruis pro ſolemni habitum narrat *Varro lib.* 9. *cap.* 1. de iis enim rerum potitis ait, quod lege ſanxerunt, vt ſtupra ſua in viduis pariter atque nuptis impunita eſſent, ac nequa virgo ingenuo nuberet, cuius caſtitatem non ante ex numero ipſorum aliquis delibaſſet. quam etiam peſſimam legem in Regno Scotiæ ſuo tempore vigentem eiuſdem Regni Rex Malcolmus D. Margaritæ coniux annullauit, vt refert *Præſul Vannozzi.* in H.D. Hæc pauca ex ſacris
27 paginis, quã plurima omittẽdo attigimus. Cæterum ſi ad prophanas intuitum dirigamus, innumerabilia poſſumus adducere. Sed placet ſolum generaliter illud commentum attingere, quod hinc, nimirum *ex text. ſupra allato Geneſ.* 6. originem habere potuit; Nam, vt *Euſebius Caſarienſis lib.* 5. *Euãgelicæ Præ-*

para-

parationis poſtquam adducit Plutarchum dicentem (*fabuloſas de Dijs orationes res quaſdam ſignificare à Dæmonibus, antiquiſſimis geſtas tẽporibus, & ea quæ de Gigantibus, & Titanibus decantantur, Dæmonum*
28 *fuiſſe operationes*) & addit inquam ipſe Euſebius hæc verba (*vnde mihi ſuſpicio nonnunquam incidit ne iſta illa ſint, quæ ante diluuium à Gigantibus facta Diuina ſcriptura tetigit; de quibus dicitur; cum autem vidiſſent Angeli Dei filias hominum, quod eſſent ſpecioſæ, elegerunt ſibi ex illis vxores, ex quibus procreati ſunt famoſiſſimi Gigantes à ſæculo, ſuſpicabatur enim quiſpiam illos, & illorum ſpiritus eſſe, qui ab hominibus poſtea Dij nuncupati ſunt, pugnaſq; illorum tumultus, & bella eſſe; quæ fabulosè de Dijs conſcribuntur.* Hactenus Euſebius; ex quibus tum Plutarchi; tum Euſebij verbis id ſolum colligo (non enim nũc ſenſum Euſebij circa illa verba, nec cenſuram attendo) potuiſſe fabularum auctores Gentiles ex hoc loco ſcripturæ occaſionem arripere dicendi ea turpiſſima ſcelera, quæ de ſuis Deis per tot libros ſparſerunt, eos ſcilicet ita libidine tactos, vt humanos vultus inducentes amore mulierum capti terras coluerint, ibique ad omnia libidinis vitia deſcenderint ad ſtupra, Adulteria, Repudia, duplicataſq; nuptias, inceſtus, & cæteras libidinis turpitudines, quinimmo ad Cœlum ipſum pellices, & rapuerint, & tranſtulerint. Legite Senecam Tragicum; ibi .n. reperietis copioſiſſimè, quę narro, quinimmo ſuam primam Tragædiam hinc exorditur. *Soror Tonantis, hoc enim ſolum mihi nomen relictum eſt. Pellices Cœlum tenent, &c.* & colliges ex *Apolodoro Atheniẽſi, Iginio, Lilio giraldo, Ouidio, Natale comite*, & alijs inferioris notæ, quos ob breuitatem omitto.

29 Vbi aduertendum, quod etſi falſo hęc Deis tribuerint Ethnici, tum quia plures Deos vera fides excludit; tum etiam quia malè de Diuina natura ſenſerunt, at tales nefandos concubitus eueniſſe nequaquam falſum cenſendum eſt; eoſque potiſſimum in potentioribus hominibus, quos cæca gentilitas Deorum nomine inſigniuit; ſiue quia in armis, ſiue in regimine alias inſignes fuerunt, ſiue quia, vt Seneca iam dictus loquitur in Hippolyto ſuos falſos Deos ab omni ſcelere abſoluens; quæ vitia hominibus accide-
30 runt, vt ſuam turpitudinem excuſarent, ad ſuos falſos Deos tranſtulerunt. Et quia de potentioribus ſermo eſt, ſatis eſt hic innuere, quæ de Sardonapalo, Nerone, & Eliogabalo circumferuntur, vt alios omittam; qui tam turpiter Diuinum nomen commaculaſſent, ex dictis clarè patet; ni Ghriſtiana Religio peſſimam conſuetudinem homines in Deorum numerum referẽdi abſtuliſſet, & talia vitia Diuinæ naturæ accidere non poſſe docuiſſet.

31 Sed mirum eſt magis hiſce noſtris temporibus poſt Euangelicam lucem adeò cœcutire homines, cęnoque libidinis volutari vt non defuerint potẽtiſſimi Monarchæ alioqui Chriſtiani, qui Bigamiam per legem ſtatuerint, vt de Valentiniano cœca libidine ducto, diximus, & nonnulli alij repudia per leges etiã conceſſerint; alij per fas, & nefas repudia, vel commiſerint, vel intẽtauerint per magnum in toto Chriſtiano orbe ſcandalum. Id quod per ſummum dolorem videre eſt in *Henrico VIII.* Rege Angliæ, qui ex perfectè Catholico, & Lutheri inſaniam pijſſimo, ac doctiſſimo libro de Sacramentis inſecuto; tandem ex libidinis vehementiſſima paſſione hæreticus effectus, & lutheranam perfidiam amplexus: is enim quãuis matrimonio coniunctus cum Catha-

tharina eius legitima coniuge, & Imperatoris *Caroli V.* conſanguinea; amore ductus cuiuſdam Annæ
32 Bolenæ pulcherrimæ mulieris Reginæ pediſſequæ, eo inſaniæ perue nit, conſilio vnius peruerſiſſimi viri *Thomæ Eboracenſis* omnium Chriſtiani orbis doctiſſimorum virorum Concilio, conſilioque ſpreto, vt Annam ſibi coniugem copularet, Catharinam vero legitimam vxorẽ repudiaret, tum vt ſuæ libidini ſatisfaceret, tum etiam, vt maſculam prolem Regni ſucceſſorem ab ea ſuſciperet. Repudiauit autem legi-
33 timam ſub prætextu, quod *Pontifex Iulius* 2. minimè cum eo diſpenſare potuiſſet vt matrimonium cõtrahe ret cum Catharina, quæ coniux extiterat Regis D. Duardi fratris ipſius Henrici, qui iã defunctus erat. Dicebat autem *Rex Henricus* perſuaſione *Thomæ Eboracenſis* iam dicti. hoc eſſe contra Diuinum Ius. At contrarium ſtatuerunt omnes viri doctiſſimi Chriſtiani quare maturè de grauiſſimo delicto, & errore à *Clemente VII.* admonitus minus re, ſipiſcens contra cenſuras inſiliens & infame coniugium cum lutherana hæreſi retinuit, & obedientiam
34 Pontifici negauit ſeſeq; in ſuo Regno Põtificem declarauit. Id quod totum videre eſt *in Hiſtoria Pontificia Illeſcas* 2. *par. in vita Clementis VII.* vbi etiam pœnas narrat, quas infamis Cardinalis luit. & huiuſmodi adulterini matrimonij infelices exitus oſtendere promittit. Et ad hoc propoſitum debaccantis luxuriæ quidam recentior rerum politicarum, & morum obſeruator *Don Secundus Lancellotti Peruſinus Abbas Oliuetanus in ſuo eruditiſſimo libro hoggidì* ait fuiſſe in Italia Satanica opera, & induſtria in quadam ampliſſima Ciuitate auguſtam palæſtram erectam libidinoſæ concertationi, quò conueniebat magna illorum nobilium Ciuiũ copia ad ſua deſideria carnalia ex-
35 plenda. Idem ait ferè trecentis ab hinc annis Mediolani fuiſſe quamdam Guglielmam, quæ ſimul cum quodam Andrea Saramita ſub ſpecie ſanctitatis, qua prædita communiter habebatur, Sinagogam ſubterraneam inſtruxit, quo ſummo manè multę puellæ, matronæ, viduæ, & matrimonij legibus obnoxiæ, & ex alia parte multi luuenes, adultique viri concedebant. ibique facibus extinctis turpius quacunque beſtia ſe commiſcebant. quod fermè 11. annorum ſpatio durauit; & alia huiuſmodi quam plurima exempla breuitati ſtudens, libenter omitto.

Caput Tertium.

DE TERTIA CAVSA.

36 TErtia cauſa, quæ ſolet mouere homines ad iteranda coniugia, eſt cupiditas lucrandæ dotis: nam allecti aliqui amore pecuniæ non curant tantum facinus committere, ſeque tot opprobriis, pœniſque temerè exponunt, vt vere de illis dici poſſit Virgilianũ illud. [*quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames*] ſolent autem in hoc vitium noſtris hiſce temporibus frequentius Calabri incidere in hoc
37 Siciliæ Regno: qui proprias patrias relinquentes huc accedunt, vbi minimè cogniti, putant ſe poſſe ſimilia peccata cœlare; eoque audentius ea committunt flagitia, quò ſe magis incognitos putant. De quibus ſicut de cæteris vagis aduertendum eſt quod habetur in
38 *Concilio Tridentino Seſſ.* 24. *Cap.* 7. vbi ait (*multi ſunt qui vagantur, & incertas habent ſedes, & vt improbi ſunt ingenij prima vxore relicta, aliã, & plerunque plures illa viuente, diuerſis*

uerſis in locis ducunt. cui malo cupiens Sancta Synodus occurrere, omnes, ad quos ſpectat, paterne monet ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium facilè admittant; Magiſtratus etiam ſæculares hortatur vt eos ſæuerè coerceant: parochis autem præcipit ne iſtorum matrimonijs interſint niſi diligentem inquiſitionem fecerint, & re ad ordinarium delata, ab eo licẽtiam id faciendi obtinuerint.) circa quæ lege quæ à *Pontio* adnotantur *lib.5.cap.114.nu.13. & Sanchez de matr.lib.3.diſp.25.nu.* 8. & quæ refert nouiſſimè *Barboſain collectaneis ſuper Concilium f.* 374.

39 Solet autem vt plurimum hoc ita accidere, vt obſeruent hi perditi homines aliquas virgines parentibus deſtitutas, quas orphanas ſolemus dicere; eaſque vxores ducant animo eripiendi dotem, quas vbi pecunia potiti ſunt, fuga arrepta, dote deſtitutas, & defloratas relinquere ſolent. quam hi profectò alieni à Sanctiſſimi Patriarchæ Iacobi
40 inſtituto, qui vt Liam, & Rachelem coniuges conſequeretur, bis ſeptem ſeruiuit annis, vt dicitur *Geneſ.* 31. & ab Abrahami ſeruo, qui pro obtinenda coniuge ſuo Domino Iſaac munera obtulit [*prolatiſq; vaſis argenteis, & aureis, ac veſtibus dedit ea Rebeccæ pro munere fratribus quoque eius, & matri dona obtulit,*] vt dicitur *Geneſ.*24. & Dauid, qui ſe excuſauit à matrimonio cum Michol filia Regis Saul, eo quod pauper eſſet [*ego autem ſum vir pauper, & tenuis*] vt dicitur *primo Reg.* 18.
41 vnde clare patet vſum illorum temporum fuiſſe vt viri coniuges dotarent; quod etiam hoc tẽpore apud Turcas ſeruatur, id quod apud Græcos, Indos, & Thraces ſolitũ fuiſſe *ex Ariſt.* tradit loco infra citando, *Plutarch.* vel ſaltem indotatas ſibi copulārẽt, vt Spartanorũ fuiſſe morẽ refert *idem Plutarchus in apopht.* & idẽ *in lacon. apopht.* eandem conſuetudinem affert, & rationem reddit, dicit enim (*lycurgus interrogatus cur lege cauiſſet, vt abſque vlla dote virgines*
42 *elocarentur, vt inquit neque propter inopiam vllam relinquerentur innuptæ; neque ob diuitias expeterentur,*) & referunt *Antoni Guibert. Conſtan. iu comment. de dote cap.1.num.4 Petrus Gregor. in Syntagm. iur. vniuerſ. par.2.lib. 9.cap.18.nu.16. Anna Robert. rerum iudicatarum lib.1.cap.2. circa principium, & Gregor. Lopez parti.4.tit. 11. de las dotes in proœm. verſic. Eſueron. falladas, Menocch. de arbitr. iudicum caſ.* 149. *num.* 42. *debet enim illud attendi quod ſat dotata venit puella, quæ pudicitiam, & honeſtos mores ſecum affert. iuxta illud Horatij 3. Carm.24.*

Dos eſt magna parentum
Virtus, & metuens alterius viri
Certo fœdere caſtitas
Et peccare nefas aut pretium mori.

44 Nolim ego hic improbare vſum noſtrorum tẽporum apud nos Chriſticolas quando ſolent mulieres dotes afferre viris pro oneribus matrimonij ſuſtinendis, ſed nimiam pecunię cupiditatem, qua ducti ſolum celebrent matrimonia. vt enim *Franciſcus Petrarcha ait de optima dote dialog.* 68. *Dos matrimonij oneribus ſupportandis non auaritiæ æſtibus irritandis iuuenta eſt, & certe prima dote æſtus auaritiæ irritarunt, qui ſecundas nuptias ita turpiter eo animo iterarunt, vt ſolum pecuniam lucrarentur.* & quod dos conſtituatur pro ſuſtinendis matrimonij oneribus habemus
45 *ex cap. ſalubriter de vſuris*, & hunc morem placuiſſe ſapiẽtiſſimis Romanis colligitur *ex l.1.l. Dotis fructus l. quemuis ff. de Iure dotium l. ſi maritus, & l. ſi filia ff. famil. erciſcund. l. qui liberos* 19. *ff. de ritu nupt. lege final.* §. *vtrumque eſt de dotis promiſſione, l. pro oneribus C. de Iure dotium*; Eſt & alia cauſa quare

re dos conſtituatur, quæ valdè notari debet, quia multum inſeruit noſtræ huic tractationi, ea autem
46 eſt ne coniux à viro ſpernatur, mulier enim indotata facile deſpicitur ab ipſo viro *Authen. de nupt. §. ſi quis itaque verſ. ſi quis enim collatio. 4. & Auth. quibus modis naturales efficiantur legit. § quem autem collat. 6.* non quod ſit de natura matrimonij dos ipſa, ſeu quod cum dote celebretur, vti fuit error manifeſtus *Nicolai*
47 *Moſſi de contract. in tit. de matr. in §. de naturali matrimon. nu. 1.* ſed quod congruum, & vtile viſum fuerit ne mulieres ſine dote nuberent, circa quæ lege *Vacon. a Vacu. declarationum Iuris lib. 1. declarat. 21. au. 5.* id quod in tantum verum fuit oportere quod dotes à mulieribus adducerentur viris, vt in *Conc. Arelatenſi* prout refertur *in cap. nullum 30. qu. 5.* expreſſè fuerit cautum nullum ſine dote faciendum coniugium, licet iam eius diſpoſitio abierit in diſſuetudinem; neque in vim legis obſeruatur, vt patet.

Ex quibus textibus tria apparent
48 nimirum rationabiliter introductũ hunc vſum vt mulieres dotes afferrent, tum vt mulieres viris mortuis omnino derelictæ non remanerent, tum ad ſuſtinenda onera matrimonij, tum etiam deniq; vt ne mulier vt diximus à viro deſpiceretur; alterum valdè cõducere ad matrimonij rationem prout a Chriſto Domino inſtitutum dotem viro pro eius dignitate afferre; Id quod clarè apparet ſi quæ ſuperioribus quæſtion. diximus, recolamus. nam cũ diuortium quoad vinculum matrimonij omnino à Chriſto Domino reuoca
49 tum ſit, iam patet quam benè conueniat vt vxor dotem afferat, vt firmius hoc vinculũ retineatur, quod non ita accidit in illis matrimonijs Turcarũ, & Hebræorum, qui facilè vxores repudiant, eo quod indotas facilè deſpiciant.

50 Ex dictis etiam colligitur aliud eſſe quod ad viros pertinet in vxoribus eligendis; non enim debent diuitias attendere, ſed potius mulierẽ morigeratam, virtutibuſque præditam præ omnibus adamare; ad cuius ſententiæ cõfirmationẽ accipe pulchrum Epigramma *Iulij Cæſaris Scaligeri de ſapientia, & beatitudine f. 4.* cuius Epigraphe eſt

Coniugium non ex opibus. ait ille

Ne pro affinibus Aſinos compares ſupe bos
Optabile coniugium eſt, optabile damnum
Fætura gregem quæritur, vt ſuppleat; ergo
Generoſa parens ducitur vltimis ab oris:
Niſæa cui gramina pabulum parārunt
Et potum Tagus aurifer, aut Thracius Hebrus,
Tu coniugij cupidus liberis creandis:
Illis ducere pateris ſordidam parentem
Spretaque proba paupere diuitem cloacam?
Aurum tibi ſic quæritur, haud fœmina coniux.

& mulier morigerata eſt via ad poſſeſſionem, vt habetur *Eccleſ. 36. qui poſſidet mulierem bonam inchoat poſſeſſionem adiutorium ſecundum illum eſt, & columna, vt requies.* Aliud,
51 quod ex parte mulieris attendendum; debent enim dignas dotes pro ſuis viribus, & maritorum gradu ijs adducere nec illos mille fraudibus irretire, faciem ſupellectilemque fucis ornantes; vnde deinde quæſtibus, & perpetuis iurgijs domum impleant; ſeſeque non valentes fœminæ opibus defendere lingua effrænata, & maledictis adiuuent; paupereſque, & ſuperbæ ſint; quare non ſolum

viro-

virorum, quos inopia confundunt, vt de illis dici poſſit illud *D. Baſilij, quod vt Carioſas naues procellæ, & turbiues, ita malarum vxorum ſtudia infirmos maritorum ſuorum animos demergunt; ſed Diuinam indignationem per ſummam impudentiam commereantur, quæcuſque noſtris hiſce temporibus peruenit, vt nihil amplius.*

Caput Quartum.

ADDVCITVR QVARTA Cauſa.

52 QVarta cauſa, quæ potiſſimum ad rem noſtram pertinet eſt infectio. Lutheranæ hæreſis. Hic, & in ſequenti cauſa figere pedem aliquanto magis oportet, vt huius immaniſſimi vitij originem profundius indagemus. Et quidem *Martinus Lutherus*, vt ait *Bellarm. lib. vnic. de matr. c.* 10. hunc errorem ab inferis, vt innumeros alios reuocauit præterito ſæculo. pluribus enim locis, quæ *Bellarm.* refert, concedit Bigamiam plurium vxorum ſimul Chriſtianis ipſis. Nã in propoſitionibus de Bigamia Epiſcoporum, quas edidit anno 1528. ita ſcripſit *propoſ.* 65. *&* 66. (*Nota ſunt Iura Moſaica de fratris defuncti vxore, & de filia corrupta inuito patre, quæ cogunt plurium eſſe vxorum virum, quæ non magis ſunt abrogata, quam reliqua omnia, ideſt libera, nec prohibita, nec præcepta*, & ſupra in *præpoſit.* 62. in qua dicit ſcandalum fortaſſe apud Ethnicos fore plures ducere vxores, at non apud Hebræos, & ideo non poſſe oſtendi id eſſe licitũ. vnde infert ipſe *Bellarm.* ex ſententia ipſius *Luthert*, quod cum in tota Europa, & Africa vix vlli ſint Ethnici, ſed ſolum præter Chriſtianos Iudæi, & Maomethani, qui abuſum retinent plurium vxorum, apud quos ſcandalum id non eſſet; licere Chriſtianis plures ducere vxores, *& in explicatione Geneſeos*, quam edidit anno 1525. *in commento ad cap.* 16. ex profeſſo, & data opera, quærit an liceat Chriſtianis exemplo Patriarchæ Abrahami plures ſimul ducere vxores, & ad quæſtionem reſpondet iuxta dicta id neq; eſſe præceptum, neque prohibitum, ſed liberum; & ſe quidem nolle hanc nouam conſuetudinem introducere, ſed nec improbare poſſe, cum exempla patrum adhuc ſint libera.

Qua ſententia Lutheri Anabaptiſtæ amplexi ſunt, vt teſtatur *Kemnitius in* 2. *part. Examinis pag.* 1229. quem refert idem *Bellarm. loco cit.* hunc etiam Lutheri errorem affert *Iacobus Gualterius in tabula Chronologica ſtat. Eccl. Catho. in collat. vet. err.* 7. *Sæculi cap.* 7. vbi etiam affert quod nos ſupra fecimus Mahometum polygamiam admittẽtem iuxta cuiuſcumquefacultatem, vbi idẽ Gualterius adducit ex Alchorano eiuſdem Mahometti limitationem ad polygamiam, vtſcilicet tot vxores ducantur, quot in pace viuere poſſint. quo dicto ſecum pugnare
54 videtur Mahomethus addit conditionem, quæ vix meo iudicio ſeruari poteſt in peccaminoſis, & minimè conceſſis nuptijs. quare tantundem eſt dicere. tot ducant, quot in pace viuere poſſint, ac ſi dicat nullam aliam ducat prẽter vnam teſtes vxorati mihi ſint, quibus diſcuſſionem relinquo.

Sed hunc errorem facile eſt reijcere ex ſupradictis quando oſtendimus à Chriſto Domino abrogatam Bigamiæ diſpenſationem; quare malè argumentatur *Lutherus* à Iure veteris teſtamenti ad Euangelicæ legis Iura. nam etſi in veteri lege conceſſam diximus Bigamiam, tum Hebræis, tum Ethnicis: at innouatum Chriſtianis, tum omnibus infi-

delibus abrogata fuit, quod quia ſupra ſatis probauimus, non eſt cur
55 hic repetamus. Id autem mirum eſt adeo Lutherum hallucinatum, vt hoc ex lege ipſa Euangelica prohibitum non animaduerterit, ſed aliũde ceſſat admiratio; nam cum vitia carnis; quæ hæreticis ſolemnia fuere, habeant hoc vt nimirum oculorum aciem hebetent, non eſt cur aliam cauſam tantæ cæcitatis quæramus; quandoquidem in promptu eſt carnalitas ipſius *Lutheri*, præſertim vero in rebus, quæ ad carnem, & ſanguinem pertinent: nam vt cæcus non iudicat de coloribus, ita luxurioſus nullo pacto de ijs, quę ad
56 continentiam pertinent, rectè iudicabit. De carnalitate hæreticorum admonemur 2. *Petri* 2 (*Fuerunt ergo & pſeudo prophætæ in populo, ſicut, & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum, qui emit eos. Dominum negant, ſuper educentes ſibi celerem perditionem, & multi ſequentur eorum luxurias per quos via veritatis blaſphemabitur*, & paulo poſt (*nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diẽ Iudicij reſeruare cruciandos: magis autem eos qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt audaces ſibi placentes: ſectas non metuunt introducere blaſphemantes* (& paulo poſt *ſuperba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in deſideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuertantur, libertatem illis promittentes, cum ipſi ſerui ſint corruptionis.*

57 Iuxta hanc D. Apoſtoli doctrinã loquitur *D. Hieronymus* tradens Agaperarum hæreſim, vel ſchiſma ab Agape muliere Hiſpana, & Elpidio eius viro exortam eſſe, dum Romanorum Pontifex maximus Siricus exiſteret, & Theodoſius I. Imperator. Sic enim de his ad (Teſiphontem aduerſus Pelagianos ſcribit. *quid ſibi volunt, inquit miſeræ mulierculæ oneratæ peccatis, quam circumferuntur omni vento doctrinæ ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes, & cæteri mulierculorum Socij prurientes auribus, & ignorantes quid audiant, & quid loquantur. qui vetuſtiſſimum cœnum quaſi nouam ſuſcipiunt temperaturam? qui iuxta Ezechielem liniũt parietem abſque temperamento, & ſuperueniente veritatis pluuia, diſſipantur? Simon Magus hæreſim condidit, Helenæ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum repertor choros duxit fœmineos. Marcion Romam permiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos præpararet. Apelles Philomenem ſuarum comitem habuit doctrinarum. Montanus immundi ſpiritus prædicator multas Eccleſias per Priſcam, & Maximillam nobiles, & opulentes fœminas primum auro corrupit, deinde hæreſi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora tranſcendam. Arrius vt orbem deciperet, ſororem Principis Conſtantij ante decepit in Hiſpania Agape Helpidium; mulier virum Cæcum cæca duxit in Ioueam, ſuccoſſoremque ſuum Priſcillianum habuit Zoroaſtis magi ſtudioſiſſimum, & ex mago Epiſcopum, cui iuncta Galla non gente, ſed nomine, Germanam huc illucque currente, alterius, & vicinæ hæreſeos reliquit hæredem.* Hucuſque *D. Hieronymus.* De Recentioribus hæreticis
58 nota eſt fama. Sed vt alios relinquã, veniam ad *Lutherum* ipſum, & eius ſectatores, quorum propalare luxuriam magis facit ad rem noſtram, & quidem pauca ponam, quæ de ipſo dicuntur in *Hiſtoria Pontificia Conzali de Illeſcas par. 2. lib. 6. in vita Leonis X.* vbi primum hæc referuntur quod abiecto Religioſo habitu, veſtes induit prophanas, & laicorũ proprias; & ad imitationẽ ſui amici, & ſectatoris Andreæ Carolſtadij

pu-

publicas nuptias celebrauit cum Catharina Bore Monacha profeſſa in Monaſterio Trigouiæ, quæ ita turpis, & inhoneſta fuit, vt eam ſimul cum alijs octo mulieribus in eodem Monaſterio vitam Religioſam profeſſis per triennium per publica lupanaria quæſtus cauſa conduxerit. Eam tamen non veritus fuit vxorẽ ducere Lutherus. cuius infames nuptias, ſicut etiam obſcæniſſimi Carolſtadij, qui cum eſſet clericus, nuptias tamen auſus fuit
59 primus celebrare. Hieronymus Empſer vir pius, & Catholicus, & lutheri acerrimus hoſtis per ſummum ludibrium irridens, elegantibus verſibus inſecutus eſt, lutheranos inducens præ nimia laſciuia inſanientes. quos apud ipſum illeſus videre poteſt.

60 *Prateolus etiam lib.* 11. *Elenchi Alphab. omnium hæret.* affert quandam diſpenſationem factam ab ipſo Luthero ad bigamiam tum cuidam Oldendorpio magni nominis Iuris-Conſulto, tum etiam alijs plurimis, & addit quod extãt hodie, vt teſtatur Staphylus in Apologia Lutheri, & Melanćthonis Epiſtolæ, & Conſilia per litteras data, quibus illi apertè permittunt faſquè, iuſque eſſe maritum vnum duas legitimas vxores habere. eandem hæreſim
61 amplexum eſſe Bucerum teſtatur Vuintonienſis, & exempla Lutheranorum per Poloniam extant plurima; amplexi ſunt etiam, vt diximus Anabaptiſtæ abſque vllo ſcrupulo, cum Hetzerus treſdecim duxerit vxores, vt hæc omnia refert *Prateolus ibidem, & lib.* 14. *verbo Polygamiſtæ ait ſunt ex Anabaptiſtarum familia, qui auctore Staphilo docent licerè vni viro habere plures vxores eodem tempore. Item licere fratri vxorem viui fratris ducere, ſic Ioannes Leidenſis Rex Monaſterienſium, & Lutherus in edita Concione de coniugio, vbi ait, ſi non vult vxor, veniat ancilla, vide Sleidanum.*

62 In eadem Hiſtoria *Cõzali de Illeſcas loco citat.* narratur etiam mors Ecolampadij Lutheri aſſeclæ, qui repentina morte peremptus, inuentus fuit in proprio cubili cum illegitima coniuge, quam religioſa vota cum emiſiſſet, conducere non dubitauit ibidem non multo poſt additur quod mortuum Lutherum vndique, & vndique intolerabilem fœtorem ſpirantem magnis ſumptibus Vuitembergæ conſtructa funebri pompa cohoneſtare conati ſunt iuſtus Ionas, Philippus, Melãchthon, & Pomeranus, quem Lutherum ſua præſentia dehoneſtabãt.
63 infamis pellix Catharina iam dicta, & tres filij Ioannes, Paulus, & Martinus, quos ex illa turpiter ſuſceperat, & denique itidem verſus finem ex ipſo Eraſmo Roterodamo de
64 Hiperaſpite *cap.* 206. alioqui contra nos Catholicos ſuſpecto viro Lutheri turpitas repræhẽditur acriter his verbis. *Si Luthero aliqua ducto ratione conueniens videbatur, quam Clerici Iuuenes vxores ducerent. quid ipſe cum eſſet quaſi iam ſenex matrimonium contraxit. Debebat ipſe meo quidem iudicio non ſe matrimonio coniungere, vt ne nobis anſam dicendi præberet, quod vt ſua facta excuſaret, alijs talia matrimonia ineundi copiam faciebat.*

Apparet ergo vniuerſaliter vnde tanta Hæreticorum cęcitas prouenerit, quæ quia etiam ad alios errores inclinat vt cæcitas ſolet ad varios lapſus, hinc inde miſerum cœcum præcipitem agens, iam habemus vnde tranſitum faciamus ad quintam Polygamiæ cauſam. Id quod in hæreticis obſeruare licebit.

Ca-

Caput Quintum.

PROPONITVR QVINTA cauſa, & enumerantur eius ſectatores.

65 QVinta cauſa eſt error putantium poſſe diſſolui matrimonium conſummatum, quoad vinculũ propter varias cauſas iuxta varias ſentẽtias, præcipuè vero propter adulterium coniugis; quare deinde concedunt poſſe à taliter ſeparatis iniri ſecundum matrimonium; quod quia reuera contrahitur non ſoluto primo, hinc fit, vt ſecundum matrimonium, quam viuente prima cõiuge contrahitur, bigamia dici poſſit, vt reuera eſt, in quo, & alia malitia reperitur, quod ſit iniuria primæ legitimæ vxori, dum repudiatur, & re ſua ſpoliatur iuxta dicta, & dicenda.

66 In hunc errorem diuerſorum ordinum homines conueniunt, *vt Bellarm. ait lib. vnic. de matr. cap.* 15. 53. Græci, qui vt refert Guido Carmelita, ſentiunt ob fornicationem alterius coniugis poſſe coniugem innocentem ſeparari non ſolum quoad thorum, ſed etiam quoad vinculum, & inire aliud matrimonium. Hi vero iampridem ſeſe ab Eccleſia Romana diuiſerunt. qui in *Conc. Floren. Seſſ. vltima.* ab ipſo Põtifice Eugenio reprehenſi, quod matrimonia diſſoluerẽt, reſponderunt ſe non ſine ratione ad id deueniſſe. Id autem pro ſolemni habẽt noſtro hoc tempore vt matrimonia ob adulteria ſeparent, & coniugibus alia matrimonia contrahendi licentiam concedant.

67 Latini, qui diuiduntur inter Hæreticos, & Catholicos. Et Hæreticorum quidem primus *Lutherus*, qui *in lib. de captiuit. Babylon. Cap. de matr.* quamuis nil ſtatuat; cupit tamen vehementer definiri poſſe aliud matrimonium contrahi in duobus caſibus in caſu videlicet Adulterij, & in caſu quod alter cõiux longam moram vltra decenniũ in alia Regione ſit facturus, vel nunquam reuerſurus. In quo ſecũdo caſu ſibi in eadem pagina contradicit, ibi enim ait Papam errare cum Diuortium concedit ob aliam cauſam preter fornicationem, ſed mirum nõ eſt quod ſibi ipſi contradicat ſæuiſſimus hæreticus, qui propter innumerabiles cõtradictiones acutiſſimè à Hieronymo Empſer, vt refertur in ſupradicta Hiſtoria Pontificia vocatus ſit ſepticeps, cuius ora, & capita inter ſeſe mordeant, & pugnant.

68 Idem *Lutherus* deinde poſt tres annos audacior factus *in cap. 7. primæ ad Corinth.* varias admittit cauſas quare poſſit matrimonium diſſolui, & aliud contrahi. Hæc autẽ ab eodem Bellarm. ibidem enumerantur, ſunt autem hæ videlicet prima ſi non ſolum Ethnicus Chriſtiãnam, ſed etiam falſus Chriſtianus Chriſtianam vxorem deſerat, vel ſi coniux alterum coniugem ad furtum, aut aliud peccatum inducat, vel ſi ob frequentes contentiones odioſa reddatur cohabitatio cum priore coniuge, vel ſi diu abſit alter coniux, vel vt dicit in lib. de cauſis matrimonialibus ſi pauper cum diuite matrimonium contrahat, & conſummet: ac proinde pauper diuitem coniugem retinere non poſſit; quia illius diuitis neceſſarij impediant; in quo caſu putat Lutherus poſſe pauperem ad aliud matrimonium tranſire.

69 Secundus *Bucerus*, de cuius impudentia iam ſupra locuti ſumus; concedebãt autem Bucerus diuortia ad libitum, quibus poſitis concedebat ſecunda matrimonia. Illud modo non prætermittẽdum, quod

tum

tum *Bellarm. ex Tappero in explicatione art.* 18. *Louan. tum etiam Gualterius citandus* de eius relaxatione adnotant. quod ſcilicet Matrimonium inſtabilius reddiderit quouis contractu Ciuili, quem conſtat alterius contrahentium malitia neutiquam infringi poſſe. Ad cuius normam, vt vidimus Bodinus optabat, vt in Eccleſia fieret, quod ille
70 concedebat. *Melanchthon* Lutheri ſtrenuus aſſecla in locis Theologicis tit. de coniugio in duobus caſibus permittit matrimonij diſſolutionem, & ſecundum poſſe iniri ſi ſcilicet alter coniugum fornicetur, vel ſi iniuſtè coniugem deſerat: matrimonium ſecundum concedit nõ ſolum parti innocẽti, ſed etiam nocenti. Ioannes *Brentius* in confeſſio: Vuirtenbergenſi cap. de coniugio verſus finem, ſperare ſe dicit, concedendum tandem à pijs ſuperioribus, tum Eccleſiaſticis, tum ſæcularibus aliud matrimonium ijs, qui ob adulterium alterius coniugis ſeparati ſunt.

Sed ad *Caluinum* deueniamus; de quo quoad rem preſentem facit eruditiſſimè tractat Gualterius vbi ſupra, ibique illum confert cum Mahometho diſertiſſimis verbis: quibus quia nil aptius ad rem noſtram, prout iacent referam. (*Nihil eſt inquam opus ex Gallia noſtra egredi, cũ*
71 *polygamiam multò pluribus modis prædicet Caluinus, quã prædicauerit Mahometes tanta videlicet diuortium, ac mutationis coniugum multitudine, quanta Mahometi nunquam in mentem venit, vt mox ediſſeram. Sunt autem hæ Caluiniſticæ Polygamiæ eo deteſtabiliores exiſtimandæ, quò malignius fraudulenta commentitij diuortij, falſæq; monogamiæ larua contectæ ſunt; ſi modo nobis cum Auguſtino paulo ante citato* [*nempe in Pſal.* 63.] *vbi ait ſimulata innocentia non eſt innocentia: ſimulata æquitas non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas: quia iniquitas eſt, & ſimulatio*] *ſentire licet vitium illud eſſe duplex, quod virtutis pallio obnubitur. Enumerat deinde*
72 *Gualterius iam dictis Mahometis cõceſſiones ad Diuortium faciendum, & ad matrimonium iterandum: hæ vero ſunt ſi ſcilicet vxor ſit ſterilis, ſi moribus peruerſis, ſi eam vir non diligat: quemadmodum etiam viciſſim repudiatæ vxori dat licentiam nubendi, poſtquam quatuor menſes elapſi fuerint, & longe ſuperiorem impudentia conſtituit Caluinum ipſo Mahomete; nam præterquam quod Caluinus omnes Lutheri, & Buceri admittit caſus ad diuortia exercenda, & matrimo-*
73 *nia iteranda; ſeptem alios adinuenit modos, quibus polygamiam extendat. In primis ſi matrimonium abſque părentum conſenſu contrahatur, deinde ſi curatores poſtulent vt dirimatur matrimonium à Iuuenibus leuiter celebratum. Tertio ſi quæ accepta eſt vt virgo, at talis reperta non fuit. Quarto ſi alter coniugum lepra, aut alio morbo contagioſo, & inſanabili laboret. Quinto ſi* Adulterium *accidat. Sexto ſi ab vxore maritus diſcedat vagabundus ter admonitus. Septimo denique ſi alter ab altero abſit per per annum abſq; licentia.* Et tandem hanc tractationẽ definit hanc argutiſſima Concluſione Gualterius in hæc verba. *Ex his diuortijs, coniugijq; mutationibus diabolicis, & quidem vt ex dictis planum eſt Mahomethanorum repudiorum numerum ſuperãtibus, perſpici facilè poteſt quamplures bigamias promanare. Enim vero cum ad arbitrium libidinemque ficta ſint eiuſmodi Diuortia, & ex diametro aduerſantia tum mandato Dei ſeuerè interdicentis (ne quod Deus coniũxit, homo ſeparet) tum doctrinæ Pauli Apoſtoli conceptis verbis (mulierem alligatam eſſe legi) aſſerentis (quanto tẽpore vir eius viuit, & alio loco, illam viuente viro vocandam adulteram; ſi*

fue-

fuerit cum alio viro) *eum inquam eiuſmodi diuortia irrita, ac nulla exiſtant, luce ipſa dilucidius eſt, ſecundas quas vocant nuptias, haudquaquam poſſe primis nuptijs obſiſtere. quod ipſum ſimili conſecutione inferendum eſt de tertijs, quartis, alijſque prætenſis nuptijs, quas liberas Caluiniſta ad fouendam carnis concupiſcentiam ſe permittere poſſe arbitratur.*

Hæc ei libētius adduxi, quò magis vidi, & ſupradicta confirmare, & pro praxi vehementer poſſe inſeruire ad eruendam prauam intentionem præſertim vero in reorum ſubitionibus, & teſtium interrogationibus maximè vero vbi tortura imponi non ſolet, vt in ſubiecta materia in noſtro Tribunali Hiſpanico, iuxta ea, quæ dicemus infra melius.

75 *Kemnitius etiam in 2. par. exam. pag.* 1249. Caluinum ſequitur, ſed in vno tantum caſu nimirum propter adulterium alterius coniugis, quod deinde *pag.* 1250. explicat, quo ad innocētem tātū, quod poſſit aliud inire matrimonium, eumdem prorſus errorem amplectitur *Eraſmus*; cumque ex profeſſo conatur probare 7. *cap. primæ ad Corint:* & quia prius edidit ſuas annotationes Eraſmus quam Lutheri factio oriretur, videtur ipſe Lutherus ab Eraſmo hauſiſſe iuxta illud iā per vulgatum *Eraſmus ſupp ſuit, & Lutherus cubauit.*

Ex Catholicis *Caietanus ad cap.* 19. *Matth. & Ambroſius Catharinus* ambo de Eccleſia Catholica valdè benemeriti ineundem incidiſſe errorem citra dubium eſt, negari tamen non poteſt, quod Caietanus rem breuiter, & timidè attingit. Catharinus vero in Commentaria Caietani in fine colligit ex Euangelio, & Apoſtolo non poſſe ſtatui quod in caſu Adulterij non poſſit iniri aliud matrimonium, ſed quia varijs Canonibus id prohibetur; ideo ſine Eccleſiæ auctoritate id fieri non debere.

76 Notandum hic *ex Bellarmin.* ex quo hæc adduxi magnum diſcrimē eſſe inter Eraſmum, Caietanum, & Catharinum, & hæreticos ſupra nominatos, hi enim tres ſe Eccleſię iudicio apertis verbis ſubmittunt; vnde quia Eccleſia ſuam ſententiā manifeſtiſſimè protulit, vt patet ex *Can. 6. & 7. Trid. Conc. Seſſ.* 24. vbi Anathema dicitur ijs, qui ſentiunt matrimonium quoad vinculum vlla de cauſa ſolui poſſe. ideo hi Auctores, præſertim vero *Caietanus, & Catharinus* à reliquorum omnium Catholicorum communiſſima ſententia ſeparandi minimè videntur. Præter hos *Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 2. nu.* 1. affert ex *Sixto Senenſi lib. 6. Bibliothecæ Originem tract 2. in Matth.* aſſerentem quoſdam ſui tēporis Epiſcopos permiſiſſe alias nuptias vxoribus ob virorum adulteria ab ipſis diuertentibus, vbi affert etiam *Tertullianum lib. 4. aduerſus Marcionem.*

77 Ex his omnibus id aduertere licet, quod quamuis ſupra citati huius erroris ſectatores, varias diuortij, & polygamiæ cauſas adduxerint; omnes tamen in illam conueniunt ſcilicet vt propter fornicationem concedant matrimonij ſolutionem quoad vinculum, & ſaltem innocenti quod poſſit ad ſecundū matrimonium trāſire. Ideo hic melius examinandum vnde moueantur hi, & eorum obiectiones ſoluendæ. illas autem videre eſt apud *Bellarm. lib. vnic. de matr. cap.* 15. & duplici ſequenti *Valentiam lib. vnico de indiſſolubilitate matrimonij cap* 3. 4. & 5. *Sanchez lib. 9. de matr. cit. Pontium lib. 7. de matr. cap.* 52. & *lib. 9. cap.* 16.

(:) : (:)

Caput

Caput Sextum.

PROPONITVR, ET EXPENDITUR Hæreticorum præcipuum fundamentum.

78 PRæcipua Ratio, qua ducuntur omnes, eſt deſumpta ex *Matth.* 19. vbi Chriſtus Dominus ait [*quicunque dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimiſſam duxerit mœchatur*] qui locus refertur *cap. Dixit Dominus* 32. *q.* 1. hoc autem loco videtur manifeſtè Chriſtus concedere vxoris dimiſſionē propter fornicationem; quo poſito ſic argumentantur: Chriſtus concedit dimiſſionem vxoris ob adulterium: hæc dimiſſio non intelligitur ſolum quoad torum, & cohabitationem; ergo debet intelligi etiam quoad vinculum. quod ſi etiã quoad vinculum, nil prohibet, quod deinde ſecundum matrimonium contrahi non poſſit. quod autem hæc dimiſſio non intelligatur quoad torum, & habitationem ſolum probatur ex contextu Euangelico, nam ibi Phariſæi interrogabant Dominum de dimiſſione quoad vinculum an ſcilicet liceret dimittere quacunque ex cauſa: Dominus autem reſpondit quod quicunque dimiſerit quacunque ex cauſa, niſi ob fornicationem, mœchatur, & quicunque dimiſſam duxerit, mœchatur; debet autē intelligi quod duxerit dimiſſam quacunque ex cauſa, niſi ob fornicationē, illa enim exceptio (niſi ob fornicationem) ad vtramque partem debet referri, vt probat *Durand in* 4. *diſt.* 34. *q.* 2. Et iuxta hanc *Matth.* 19. interpretationem volũt aduerſarij intelligi eundem *Matth.* c. 5. vbi habetur [*omnis qui dimiſerit vxorem ſuam excepta fornicationis cauſa, facit eã mœchari, & qui dimiſſam duxerit adulterat*] & Marcũ *cap.* 10. [*quicunque dimiſerit vxorem ſuã, & aliam duxerit, adulterium cõmittit ſuper eam, etſi vxor dimiſerit virũ ſuũ, & alii nupſerit, mœchatur*] & Lucam 16. *Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur, & qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur.*

79 His tribus poſterioribus locis vtitur *Bellarm. cap.* 16 ad probandum matrimoniũ conſummatum indiſſolubile quoad vinculum, & quidem auctoritate Marci, & Lucæ abſolutè vtitur, prout pronunciant, abſolutè enim negant poſſe dimitti vxorem, & dimiſſam, ſeu dimittentem poſſe iterum matrimonio copulari. quod ſi aduerſarij vrgeant *Bellarm.* quod debeant hęc loca limitari iuxta *Matth.* doctrinam, vt addatur exceptio fornicationis ſuo tamen modo intellecta. Reſpondet ipſe verum quidem eſſe quod Euangeliſtæ interdum aliquid omittunt, aut addunt, quod alij Euangeliſtæ non omiſerunt, vel nã addiderunt, ſed nunquam ita omittunt, vt ſententia reddatur falſa, non alioquin dicit ipſe, Euangeliſtæ homines decepiſſent, quibus Euangelia ſua tradiderunt, nulla mentione facta aliorum Euangeliſtarum vult ergo ipſe *Bellarm.* hæc loca Lucæ, & Marci ita abſolutè intelligi, & vniuerſaliter prout proferuntur.

80 Locũ vero *Matth.* 19. debere explicari, ita vt nullo pacto admittat matrimonij ſolutionem quoad vinculum etiam ex cauſa fornicationis, ſed ſolum quoad torum, & cohabitationē. manci autem fuiſſent Lucas, & Marcus ſi exceptionem fornicationis non admiſiſſent, ex qua iuxta aduerſarios licitũ eſſet vxorē dimittere, & ſecundũ matrimoniũ inire, ſi reuera talis exceptio id operetur loco vero *Matth.* 5. vtitur *Bellar.* arguta reductione ad īpoſſibile tali pacto: verba illa, *& qui dimiſſam duxerit*

adulterat] vel accipienda ſunt vniuerſaliter, vel cum exceptione cauſæ fornicationis: ſi vniuerſaliter; ergo etiam ſi interueniat adulterium, qui dimiſſam duxerit mœchatur, ſi vero accipiantur cum illa exceptione; ergo qui fornicariam à viro dimiſſam duxerit, non mœchatur; ergo melior eſt conditio fornicariæ, quam innocentis, & caſtæ: nam fornicaria poteſt nubere, non autem innocens; Atqui hoc abſurdiſſimum eſt in Chriſti lege, non debent ergo accipi, niſi vniuerſaliter, nimirum, vt qui duxerit dimiſſam quacũque ex cauſa adulteretur.

81 Vtitur etiam *Bellarmin. hoc loco Matth.* 5. ad ſoluendam obiectionem ſupra poſitam *ex Matth.* 19. adducit autem reſpõſionem, quam innuit *Theophilatus in cap.* 19. *Matth.* vbi dicit ſententia huius loci eſſe *quod qui dimittit vxorem extra cauſam fornicationis mœchatur, ideſt eſt Auctor illi vt mœchetur: & docet Auguſtinus lib. contra Adimantum cap.* 3. *vbi ſic enarrat locum iſtum Matth.* 19. (*quicunque dimiſerit vxorem, niſi ob fornicationem, facit eam mœchari, & qui aliam duxerit mœchatur.*) *Eſt autem iuxta hæc huiuſmodi reſponſio, vt ſcilicet verbum* mœchatur) *referatur diuiſim ad vtramque partem ſententiæ tali pacto, quicunque dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationem mœchatur; & qui aliam duxerit, mœchatur, his eaim mœchatur qui vxorem ducit priore dimiſſa extra caſum fornicationis, ſemel quidem adulterio vxoris, cuius ipſe cauſa fuit per iniuſtam dimiſſionem, & ſemel adulterio proprio per ductionẽ nouę vxoris viuente priore,* quæ explicatio, vt patet eſt valde cõformis verbis eiuſdem *Matth.* c. 5. ſupra relatis, quod ſcilicet (*omnis qui dimiſerit vxorẽ ſuã excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari, &c.*

Ex hac *Bellarm.* interpretatione
82 benè aptari poteſt reſponſio ad aduerſariorum argumentum ductum *ex Matth.* 19. reſpondetur enim quod Chriſtus Dominus concedit quidem ob cauſam fornicationis dimiſſionem vxoris; at hæc dimiſſio nõ poteſt intelligi niſi quoad torũ, & cohabitationem; neque hinc ſequitur, quod Phariſæorum interrogationi minime ſatisfiat, nam vt bene reſpondet *Sanchez loco cit. nu.* 3. cum dimiſſio quoad vinculum dicat duo ſcilicet poteſtatem dimittendi priorem coniugem, & ducendi aliam; Chriſtus has duas dimiſſiones diuiſit; Et primam nempe quoad torum, & cohabitationem ob cauſam fornicationis conceſſit; aliam quoad vinculum negauit; ita vt ſententia *Matth.* 19. ex ſupradictis ita formatur. quicunque dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationẽ facit eam mœchari, atque adeò ipſe, qui iniuſtè dimittit, mœchatur, quia eſt cauſa vxori, vt mœchetur, idque ſiue dimittat quoad vinculũ, ideſt aliam ducendo; ſiue quoad torum, & cohabitationẽ. at ſi propter
83 cauſam fornicationis dimittat quoad torum, & cohabitationem, non mœchatur, etiam ſi illa ita dimiſſa mœchatur, quia ſcilicet iuſtã habuit occaſionem vir ob adulterium illam dimittendi; & ideo additur, (*& qui aliam duxerit mœchatur, & qui dimiſſam duxerit mœchatut*) quia nimirum qui dimittit ob fornicationem, non dimittit quoad vinculum, & ideo non debet aliam ducere, alioquin mœchatur, nec dimiſſam ob fornicationem debet quis ducere; quia eſt colligata cum priore viro, & retinet adhuc vinculum matrimonij cum priore viro, nec quidquam debet nos mouere *Durãdi* probatio, quod ſcilicet illa exceptio (*niſi ob fornicationem*) ad vtramque partem ſententiæ de-

beat

beat referri. Nam poſita interpretatione clarè apparet quo pacto ſolum ad primam partem ſententiæ debeat referri nec valet eius inſtantia ibi poſita; nam diximus quod qui dimittit extra cauſam fornicationis vxorem, dicitur mœchus, quod faciat eam mœchari. vide *Pontium lib. 9. & cap. 16. num. 2.* vbi ponit hanc interpretationem, quæ ſupra dictis valde congruit, ſcilicet quicunque, niſi ob fornicationem, vxorem dimiſerit, mœchatur, quia facit eam adulterari, & qui aliam duxerit (quacunque ſcilicet ex cauſa dimittat primam,) mœchatur, dū ſuperſtes eſt prima, & qui dimiſſam quacunque ex cauſa ducit, mœchatur; cum ſuperſtes ſit eius vir, quo ſuperſtite, non licet alteri copulari, vnius enim tantum eſt vna vxor.

84 Sed quia poſitis his explicationibus adhuc aliquis poſſet reſtare ſcrupulus, quod reſponſio Chriſti Domini ita debet formari, vt interrogationi Phariſæorum omnino ſatisfaciat, quod ex datis interpretationibus non videtur ita faciliter obtineri, ſi enim (poſſet aliquis dicere ex aduerſarijs) Phariſæi interrogant an liceat dimittere vxorem quacunque ex cauſa, & quidem quoad vinculum, & Chriſtus Dominus dicat quod non liceat dimittere niſi ex cauſa fornicationis, videtur, vt aduerſarij loquuntur (niſi melior addatur expoſitio, & interpretatio, & verborum accommodatio) quod planior expoſitio ſit quod ſententia Chriſti Domini ſit de dimiſſione quoad vinculum, quod tamen ſecundum Catholicam fidem negamus. Vel etiam aliquis
85 ſcrupulus reſtare poſſet. quod ſi dimiſſio intelligatur quoad torum, & cohabitationem, non debebat Chriſtus Dominus dicere, quod ſola fornicatio eſt cauſa dimiſſionis quoad torum, & cohabitationem. nam quod alias cauſas diuortij iudicarit Eccleſia conſtat ex *Alex. 3. in Appen. lateran. part. 47. cap. 4. & par. 50. cap. 22. & cap. 63. & Vrbano 7. cap. 6. de diuortijs.*

86 Poteſt quis adhunc vltimum ſcrupulum reſpondere, quod quāuis aliæ aſſignentur cauſę diuortiorum potiſſima tamen inter potiſſimas (*vt Pontius loquitur lib. 9. de matr. cap. 16.*) cauſa ſeparationis perpetuæ quoad torum, & habitationem eſt alterius coniugis fornicatio: cœtera vero crimina (vt idē *Pontius* ait ibidem circa finem poſtquam varios citauit canones) præbent Diuortio cauſam non perpetuam, ſed ſicut aliæ cauſæ, de quibus in dictis Canonibus ſermo eſt. *Maldonatus in comment. Matth. cap. 5.* in verbo (*excepta fornicationis cauſa*) ait tribus de cauſis Chriſtum Dominum excepiſſe fornicationem; prima eſt quia propter ſolam fornicationem in perpetuū, & abſolutè vxor dimittatur, ita vt etiam ſi ſeſe dimiſſa correxerit, maritus, ſi nolit reſumere nō teneatur. ſecunda quia adulteram volentem etiam cum marito manere, ſeſeque corrigere, dimittere tamen maritus poteſt &c. tertia quod aliæ dimittendæ vxoris cauſæ propriæ non ſint matrimonij, ſed cōmunes omnis conſortij. lege Maldonatum.

87 Quamuis inquam ſcrupuli vltimo loco poſiti (vt melius loquar) non ita magni momenti ſint, vt per reſponſiones datas non omnino eneruentur; adhuc tamen quia ſupereſt pulcherrima, & ſolida interpretatio, quæ omnem calumnijs præcluditaditum; ideo placet illam hic adducere, vt viris doctis gratū opus efficiatur, & deblaterantibus hæreticis, ſilentium omnino indicam.

Petitur autem hæc interpretatio ex lectione Græca, in qua circa

Matth. cap. 19. vbi nos legimus, *Dico autem vobis*, dixit Chriſtus reſpõdens Phariſæis interrogãtibus an liceret homini dimittere vxorẽ ſuam quacunque ex cauſa *quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur,*
88 in Græco Cod. Complutenſi, & in alijs emendatis loco illius dictionis exceptiuę (niſi) ponitur dictio prohibendi, μὴ, ἐπὶ πορνείᾳ, ideſt neque adhuc ob fornicationem, vnde ſenſus eſt dico vobis, quod non licet dimittere vxorem, neque tale coniugij vinculum diſſoluere inter eos, quos Deus coniunxit; adhuc ob cauſam fornicationis quę eſt potiſſima: quando quidem contra fidem matrimonij tendit. Conſtat autem hunc eſſe verum ſenſum, quia illa dictio, μὴ ſecundum proprietatem ſuam habet vim prohibendi, vt videre eſt in *Paulo* 1. *ad Corint. cap.* 7. perſæpius. quinimmo interpres latinus per prohibitionem aliquando vertit dictionem illam μὴ, quemadmodum *Lucæ cap.* 10. vbi nos legimus *nolite portare ſacculum, neque peram, &c.* in Græco Codice habetur μὴ πήραν, hoc eſt neque peram, & in prima Canonica *Petri* 5. vbi nos habemus, *Paſcite qui in vobis eſt Gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum*, loco illius *non coactè* eſt in Græco μὴ, Igitur ſenſus illius loci *Matth. cap.* 19. erit non licere quoad vinculum dimittere vxorem, vt Phariſæi ſolebant; neque ob fornicationem. Ex qua interpretatione liquida prmoanat reſponſio ad Phariſæos iuxta totam doctrinam *Cap.* 19. ſi enim Chriſtus Dominus volebat ibi repudium Phariſæorum inualidare, & licentiam dimittendi data deroga re, clare patet quo pacto cohæreat hæc ſententia Chriſti Domini cum reliquo contextu: petentibus
89 enim Phariſæis dimittere vxorem quacunque ex cauſa. E directo contra reſpondet Chriſtus Dominus, non licere neque ob fornicationem dimittere; quare omnino tollitur repudium Phariſæorum; nam ſi ob fornicationem cõceſſiſſet Chriſtus Dominus repudium, ita vt liceret illis dimiſſis adulteris vxoribus alias ducere; quotidie, vt ait *D. Hieronymus à Maldonato in c.* 19. *Matth.* relatus, qui nouas vxores appeterent, contra priores adulteria confingerent, vt illis repudiatis, alias haberent. Itaque non reſtrinxiſſet Chriſtus veteris legis diſciplinam, ſed relaxaſſet. nam ne in veteri quidem lege huic mutandarum vxorum libidini tantum loci erat, cum adultera non dimitteretur, ſed occideretur. iſta vero ratione quam hæretici comminiſcuntur, licentiã Chriſtus maritis præbuiſſet, vxores quotidie mutandi; quam enim facile eſt ſiquis animum attendat, aut verũ in vxore adulteriũ, aut probabile deprehẽdere? vel ſaltẽ quã facile fingere? & forſan interpres latinus per dictionem, *niſi*, vim dictionis
90 Græcæ prohibẽtis voluit exprimere, & non vim vocis excipientis, quoniam olim apud latinos dictio, niſi, vim habuit prohibendi, vt adnotauit *Seruius* in commẽtarijs ſuper *lib.* 3. *Aeneidos* in illo verſu.

Ni teneant curſus: certum eſt dare lintea retro.

quod confirmat illo *Plauti. ni mala, ni ſtulta ſis.* id etiam notant *Turnebus lib.* 17. *cap.* 11. *& Donatus in Terentium*, quorum primus confirmat verſu *Propertiano*.

Ni nos diuideret quamuis deducere amantes.

Non queat inuitos Iuppiter ipſe duos.

Alter *Virgiliano* citato vt refert *Cerda in commento* 3. *Aeneidos ſuper verſu cit.* quem locum ſi intellexiſſent *Caiet. ſuper eadem verba Matth. &*

Ca-

Catharinus in priorem ad Corinth. Epiſt. cap. 7. & lib. 5. annotationum contra Caietanum, non incidiſſent in ſententiam illam à Summis Pontificibus damnatam; poſſe ſcilicet hominem poſt dimiſſam vxorem cauſa fornicationis aliam ducere. De quo elegãs eſt adnotatio apud *Sixtum Senenſem lib. 6. ſuæ Bibliothecæ adnotatione 81. & in Canone Apoſtolorum* abſolutè, & generaliter excom
91 municatur is, qui vxore dimiſſa aliam duxerit. Idem *Euariſtus Epiſt. 2. & Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum* ſine vlla exceptione docent. *Origenes tractat. 7. in Matth.* Epiſcopos illos, qui ſuo tempore permittebant, tanquam rerum Eccleſiaſticarum imperitos reprehendit; ſic etiam *Chryſoſtomus homilia 17. in Matth. Hieron. Matth. 19. & in Epitaphio fabiolæ, Innocentius in Epiſtola ad Exuperium Tholoſanum Epiſcopum cap. 4. D. Auguſtinus duobus de hac reſcriptis libris de Adulterinis Coniugijs ad Pollentium, & Iſidorus lib. 2. de Officijs cap. 19. & Beda in Comm. in cap. 10. Marci* ſentiunt ſic iam olim definiuit *Concilium Mileuitanum Can. 17. & Concilium Africanum Can. 69.* ſi tamen diuerſum eſt, & *Foroiulienſe Can. 10. & Nãnatenſe, & vltimo Tridentinum*, vt ſupra dictum eſt. Id quod fuſius, & per ſæcula diſtincta videre eſt apud *Bellarm. cap. 16. cit.*

92 Vnum poſſet contra hanc expoſitionem obijci, quod nimirum ſi ita exponamus, non habebimus ex hoc loco licitum eſſe diuortium quoad torum ob fornicationem alterius coniugis. Sed ad hanc obiectionem eodem modo reſpõdendum, quo reſpondet *Bellarm. loco cit.* ad eandem obiectionem contra vnam ex interpretationibus ab illo allatis circa *hoc cap. 19. Matth. Inquit enim ipſe quod parum id refert. nam ad hoc dogma ſtabiliendum ſufficit teſtimonium Matth. cap. 5.*

Poſſem etiam & aliam interpretationem *Matth. cap. 5.* adducere tum ad confirmandam ſupra allatã expoſitionem *Matth. 19.* tum ad confutandos eos Hæreticos, qui hunc locum *Matth. 5.* contendunt interpretari iuxta eiuſdem *Matth. 19.* ſecundum quod videtur ipſis vt dictum eſt clarè aperiri ianuam ad ſecundas nuptias ex cauſa fornicationis. Contendunt enim hæretici particulam illa (*excepta fornicationis cauſa*) debere applicari etiam ſecũdæ parti ſententiæ, ita vt dicant, *& qui dimiſſam duxerit (excepta fornicationis cauſa) adulteratur*. Vnde colligunt Hæretici quod ex cauſa fornicationis poſſit ſeparari coniugium quoad vinculum. Poſſem inquam etiam ex Græco Codice aliam interpretationem, quæ huic obuiet errori, adducere: ni me retineat vltima obiectio, & reſponſio data quod ſcilicet non haberemus vnde colligere diuortium quoad torum, & cohabitationem; ſi ita etiã exponamus hunc *Matth. locũ cap. 5.* vt excludat ſeparationẽ quoad vinculum, & nihil dicat de ſeparatione quoad torum, & cohabitationem.

93 Cæterum ſi quis aliunde poteſt hoc Diuortium Chriſtianorum firmum reddere, habeat hanc aliam *Matth. 5.* non illepidam interpretationem aliquorum, qui non deſinũt audaciter dicere Chriſtum Dominum neque *Matth. 19.* neque eiuſdem *cap. 5.* innuere hanc diſtinctionem ſeparationis quoad vinculum, & quo ad torum, & vtroque cap. dicunt Chriſtum negare ſeparationẽ quoad vinculum.

Namque dicunt iſti vbi nos habemus *cap. 5. Matth.*) *qui dimiſerit vxorem ſuam excepta cauſa fornicationis, &c.* in Græco loco dictionis (excepta) habetur παρεκτος, quæ

vox,

vox, vt docent, *Budæus*, *Henricus*, *Stephanus*, & *Suydas* debet exponi per *ad extra*, vel *foras*, ſicut, & interpres latinus tranſtulit 2. *ad Corinth. cap.* 11. vbi enim nos legimus *Præter illa, quæ extrinſecus ſunt; inſtantia mea quotidiana, &c.* in Græco enim loco vocis *extrinſecus* eſt vox; παρεκτὸς quæ componi videtur ex παρὰ, hoc eſt, ad, & ἐκτὸς, ideſt extra, quaſi ad extra; vnde putant ſenſum Matth. cap. 5. hunc eſſe. *[Ego autem dico vobis quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam ad extra, vel foras fornicationis cauſa, facit eam mœchari]* & ita dictio παρεκτὸς iungitur verbis antecedentibus non ſubſequentibus. Confirmant autẽ ſuam expoſitionem ex eo quia Chriſtus Dominus in *eo cap.* 5. *Matth.* nequaquam legis exceptiones inſtituerat ponere, ſed ad maiorem 94 eam conabatur reducere perfectionem. vnde dixit *(Ego autem dico, nõ concupiſces, non dices Racha, non iurare omnino,* & ſic eſt intelligendum illum dixiſſe, non dimittes vxorem ad extra, vel foras etiam fornicationis cauſa, quaſi de vinculo loquens, de quo erat error apud Iudæos. Illis ſiquidem verbis Iudæorum errorem, & pernicioſam doctrinam, iuxta quam vna dimiſſa vxore, aliam ducebant, intendebat deſtruere.

Quoniam autem poſſet hic aliquis opponere contra vtramque expoſitionem *Matth.* 19. & 5. ex Græco Codice quod non liceat habere recurſum his preſertim temporibus neque ad Græcos, neque ad Hebraicos Codices propter definitionem *Concilij Trid. Seſſ.* 4. *Can.* 2. vbi ſtatuit, & declarat Sancta Synodus vulgatam editionem habendam eſſe tanquam authenticam.

95 Reſpondent cum *Andrea Vega lib.* 15. *in Conc. Tridentino cap.* 9. qui interfuit Tridentino Conc. & quaſi iſti rationi reſpondens ita loquitur. *Cum illud decretum factum eſt, approbauit Concilium vulgatam editionem, ſed non eam tanquam de cœlo delapſam: adorari voluit. Sciebat enim interpretem illius (quiſquis ille ſit) non fuiſſe Prophetam, ac proinde neque cohibuit; neque cohibere voluit ſtudioſorum induſtriam, quia aliquando docent aliter potuiſſe aliqua verti, & vno eodemque verbo, vel plures ſenſus eſſe, vel certè alios commodiores ad intelligendum. quam à vulgata poſſunt haberi*, & paucis 96 interpoſitis inquit. *Atque eò authenticam voluit haberi, & certum omnibus eſſet, nullo eam de fœdatam errore, ex quo aliquod pernicioſum dogma in fide, aut in moribus colligi poſſet*; Et tandem concludit; *& vt ne de his dubites, veriſſimè poſſum tibi allegare Cardinalem Sanctæ Crucis, qui præfuit in Concilio, & pridie quam illud decretum firmaretur, & poſtea ſæpius mihi teſtatus eſt, nihil amplius voluiſſe Patres firmare, quam quod dictum eſt.*

Alias obiectiones aduerſatiorũ, & earum ſolutiones, & confirmationes noſtræ doctrinæ, ne longior ſim, relinquo. Sed poteſt lector videre apud *Bellarm. loco cit. & cap.* 17. *Sanchez lib.* 9. *diſp.* 2. *Maldonatũ in cap. Matth.* 19. *Pontium lib.* 9. *cap.* 16.

QVAESTIO DECIMATERTIA.

Infidelis conuerſus habens plures vxores, ſi conuertantur omnes, quam ex his retinere debet.

SVMMARIVM.

CONnexio alterius quæſtionis adducitur. 1

Matrimonium infidelium eſt verum, & legitimum ſed non ratum. 2

Non

3 *Non potest Pontifex matrimonium infidelium, dum sunt in statu infidelitatis dissoluere.*

4 *An vero possit quando alter coniux cõuertitur dispensare in matrimonio consummato auctores diuiduntur.*

5 *Si alter coniugum conuertatur; matrimonium infidelium dissoluitur ex dispensatione Christi.*

6 *Non statim ac suscipitur baptismus solui tur matrimonium infidelium.*

7 *Fundamentum dissolutionis dicti matrimonij quod sit? & quãdo formaliter compleatur dissolutio?*

8 *Locus D. Pauli, vnde colligitur quod possit dissolui matrimonium infidelium, si alter conuertatur.*

9 *Enumerantur tres casus in quibus licet dissoluere prædictum matrimonium.*

10 *Caetanus, & Arboreus male loquuntur circa locum D. Pauli 1. Corinth. 7. Sed Caetanus se retractat.*

11 *Est probabilius quod modo quando non licet cohabitatio cum infideli, quod matrimonium dissoluatur, ex eo quod alter coniux nolit conuerti; non tamen tempore primitiuæ Ecclesiæ.*

12 *Tempore primitiuæ Ecclesiæ cohabitatio cum infideli coniuge secundum aliquos erat in præcepto; secundum alios erat in Consilio.*

13 *Vnde colligatur solutio matrimonij ex eo quod alter nolit conuerti.*

14 *Certum est esse necessariam præmonitionem coniugis infidelis: antequam fidelis transeat ad secunda vota.*

15 *Præmonitio non requiritur quoties cõstat de obstinatione.*

16 *Triplex datur sententia, circa an dissoluatur matrimonium ante transitum ad secundas nuptias.*

17 *Potest coniux fidelis: si prima vxor non conuertatur ducere quamcũque ex reliquis conuersis, vel quamcunque aliam fidelem.*

18 *Reliquæ mulieres post primam nõ sunt veræ coniuges.*

19 *Mos D. Francisci Xauerij, quo firmabat vera coniugia, vel soluebat illegitima, vel ad legitima pertrahebat.*

20 *De nouo conuersus coniugem primam conuersam tenetur retinere relictis alijs.*

21 *Matrimonium infidelium fit Sacramentum, & gratiam confert hoc ipso quod baptizãtur. Ex D. Thom. secundum quem tale matrimonium est Sacramentum habitu non actu.*

1 ANtequam ad Categoricam propositæ quæstionis deueniamus responsionem, oportet pauca premittere, quę magnam habent cum illa connexionem. posset enim quis data occasione propositæ quęstionis quærere; an si infidelis conuertatur, prima autem coniux non conuertatur; conuertantur autem reliquæ. possit vir conuersus retinere primam; an vero illa dimissa, aliquam ex reliquis quæcunque libuerit, accipere. pro qua re.

2 Præmittendum primo mattimonium Infidelium esse verum, & legitimum; sed non ratum; idque etiam definitur *cap. de Infidel. de consangui. cap. quanto, & cap. gaudemus de Diuort.* & ita appellat *Magister sentẽt. in 4. dist. 39. cap. ext emo*, cui ad vnũ adstipulantur omnes Theologi cum *D. Tho. eadem dist. q. vnica art. 5.*

3 Non tamen potest Pontifex, dũ vterque coniux remanet Infidelis, eorum matrimonium dissoluere, quia non habet in illis potestatem; neque enim habemus vnde colligere possimus à Deo tale Pontifici relictam potestatem; quinimmo *D. Paulus Apostolus, ait, quid ad nos de his, qui foris sunt iudicare*; & refert *Innoc. 3. cap. gaudemus de Diuort. Ita Pontius lib. 9. de matr. cap. 2. num. 9.*

4 An autem possit dispensare Pontifex

fex in matrimonio cõſummato hoc ipſo quod alter coniugum ad fidem conuertitur. Auctores diuiduntur in vtrqãue ſententiam, aliqui namque tenent quod poſſit, vt *Nauarr. lib. 3. Concil. de conuerſione Coniugum conſil. 3. nu. 12. §. ad ſecundum dubiũ, Socinus primo volum. conſ. 28. & alij*, aliqui vero quod non poſſit, *vt Gabriel Vaſquez diſp. 2. de matr. cap. 16. num. 58.*

5 Præmittendum ſecundo matrimonium Infidelium diſſolui ſi alter coniugum conuertatur, idque ex diſpenſatione Chriſti, quæ non eſt præter, aut ſupra talis matrimonij naturam, ſed ipſi conformis. nã ex natura ſua non habet totalem indiſſolubilitatem, ſed minorem, quã conſummatum fidelium: vnde ſicut (ait *Sanchez lib. 2. de matr. diſpu. 13. num. 9.* matrimonio conſummato fidelium congruit, vt morte ſoluatur naturali, ita illius vt regenera-
6 tione baptiſmi ſoluatur. Non tamẽ hinc debet colligi, quod per ſolam baptiſmi ſuſceptionem diſſoluatur matrimonium in infidelitate contractum; nam contrarium de fide eſt quod ſcilicet non hoc ipſo quod alter ex coniugibus infidelibus ad fidem conuertitur, altero manente in infidelitate, diſſoluitur coniugium, & habetur *ex Concilio Meldenſi cap. primo, & refertur cap. ſiquis 28. q. 2. & colligitur ex illo 1. Corinth. 7. (ſiquis autem infidelem habet vxorem, & hæc conſentit habitare cum eo, non dimittat)* cuius rei rationem reddit *Innoc. 3. cap. gaudemus de Diuort. ibi cum per Sacramentum baptiſmi non ſoluantur Coniugia, ſed*
7 *crimina dimittãtur.* breuiter quod in hoc ſecundo premiſſo dictum eſt, ſic complector. Vt fundamentum talis diſſolutionis vinculi matrimonij infidelium ſit ipſa conuerſio ad fidem altetius coniugis; perficiatur autem formaliter talis diſſolutio per tranſitum fidelis ad ſecunda vota, poſita tamen conditione ex eo quod infidelis nolit cohabitare cum fideli modo explicando tribus ſequentibus caſibus; idque, vt di-
8 ximus ex Diuino priuilegio in fauorem fidei, quod habetur *ex prima Pauli Corinth. 7. (quod ſi Infidelis diſcedit, diſcedat, neque enim ſeruituti ſubiectus ſoror, aut frater huiuſmodi)* quem locum ita interpretatur *Innoc. 3. cap. quanto de diuort. his verbis (ſi alter Infidelium coniugum ad fidem Catholicam conuertatur, altero, vel nullo modo, vel non ſine blaſphemia Diuini nominis, vel vt eum pertrahat ad peccatum mortale, ei cohabitare volente; qui relinquitur, ad ſecunda ſi voluerit vota tranſibit. Et in hoc caſu intelligimus quod ait Apoſtolus ſi infidelis diſcedit, &c.* Itaque tum *ex cap. quanto* tum ex alijs citandis tres caſus in iure afferuntur, in quibus matrimonium infidelium diſſoluitur, altero coniugum ad fidem tranſeunte:

9 Primus eſt ſi infidelis renuat habitare cum fideli, & diſcedere velit dummodo infidelis nõ diſcedat vtens iure ſuo, ex cauſa fornicationis coniugis. qui caſus habetur *cap. ſimili modo, cap. ſi vxor 28. q. 1. dicto cap. quanto, & cap. gaudemus de Diuort.* Secundus caſus eſt ſi infidelis nolit cohabitare ſine contumelia creatoris. qui habetur in *dicto cap. ſimili modo, & d. cap. quanto, & cap. gaudemus, & cap. Infidelis 28. qu. 2.* Tertius caſus eſt ſi pertrahat ad peccatum mortale in *dicto cap. quanto, & cap. gaudemus, & cap. vxor, & cap. Idololatria cap. non ſolum 28. qu. 1.*

10 Hic pretereundum non eſt quod *Caietanus in ſupradictum D. Pauli locum 1. Corinth. 7.* tres prædictos caſus recenſens, non ſolum ſe mirari, ſed ſtupere dicit quod excipiente Chriſto Domino ſolam fornicationis

tionis cauſam, vt liceat innocenti coniugi receſſus; non tamen vt cap. ſuperiori vidimus admittant DD. in eo euentu coniugij vinculum diſſolui: tamen D. Paulo id non ita clarè aſſerente colligãt ex eo teſtimonio poſſe matrimonium dirimi in aliquo ex dictis tribus caſibus. Sed ſtatim quaſi id retractans dicit admittendum eum ſenſum teſtimonij D. Pauli, eo quod antiquus Eccleſiæ vſus ita receperit, & rectus eum ſenſum patiatur. Sed plus vltra dilabitur *Arbor. lib. 6. Theoſoph. cap. 10.* vbi opinabilem in vtranque partem ſententiam aſſerit quod poſſit, vel non poſſit in prædictis caſibus matrimonium diſſolui. quod autẽ hoc non ex Pontificio priuilegio, ſed ex Diuino Chriſti Domini id in fauorem fidei cõcedentis explicato per *D. Paulum loco cit. docent Abulenſis 1. Reg. 8. q. 32. D. Bonau. d. 39. ar. 2. q. 2. & ibi Sotus qu. vnica art. 4. col. 3. & col. 5. verſu ad primum igitur, & ibi Ouandus diſput. vnica ad finem, Vera-Crux 2. p. ſpeculi art. 28. concluſ. 2. & col. antepenult. Angles floribus 1. par. vbi de matr. qu. 10. art. 2. dub. 4. diffic. 1. Henriquez lib. 11. de matr. cap. 18. num. 4. & lib. 12. cap. 13. num. 5. Gallego de cognatione ſpiritu. cap. 3. num. 71. Petri de Ledeſma de matrim. qu. 59. art. 5. concl. 4. Bartholomæus à Ledeſma dub. 16. de matrim. poſt 2. concluſ. Ludou. Lopez 2. p. Inſtructorij, vbi de matr. c. 53. col. 4. Cañedo de Sacram. vbi de matr. c. 7. n. 67. in commento.*

11 Prætermittendum tertio tanquã probabilius quod etiamſi velit Infidelis cohabitare cum coniuge ad fidem conuerſo ſine iniuria Creatoris, & ſine pertractione ad peccatum mortale; nolit autem conuerti, quod poſſit coniux fidelis hoc tempore; quando non licet fideli cohabitare cum infideli; diſſoluere prius matrimonium, & ad aliud cũ fideli tranſire: licet non potuerit tempore primitiuæ Eccleſiæ id efficere. quando cohabitatio cum Infideli, vel erat in præcepto, ſecluſo periculo, vt tenet *Pontius lib. 7. de matrim. cap. 48. num. 6.* & ante ipſum *D. Ambr. in locum D. Pauli Corint. 7. ibi [nam cæteris ego dico non Dominus ſiquis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam: & ſiquæ mulier virum habet infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat illum]; & ibi Theodoretus Oecumenius Gagneius, Iſidorus, Clarus, Emmanuel Sà, Abulenſis 1. Reg. 8. qu. 132. & quæſtione 133. fine, Vera Crux 2. par. ſpeculi ar. 32. concl. 1.* vel erat in Conſilio vt probabilius colligitur ex verbis citatis D. Pauli; quãdoquidem D. Paulus ait (*Dico Ego non Dominus*) quod ſi Dominus nõ præcipit; credendum non eſt D. Paulum id onus impoſuiſſe fidelibus ad conuiuendum cum infidelibus vita coniugali. Et ita tenent *D. Auguſtinus in Epiſtola contra Pollentium, & habetur cap. iam nunc, & cap. ſic enim 28. qu. 1.* & ferè omnes expoſitores in eundem locum *Pauli, vt D. Hieron. Gloſ. interlinealis, & Gloſ. Ordinar. quæ deſumpta eſt ex D. Aug. lib. 1. de Serm. Domini in Monte, D. Anſelm. D. Tho. & alij, quos refert, & ſequit. Sãchez li. 7. de matr. diſ. 73.*

13 Nunc quod poſſit in caſu poſito in hoc vltimo præmiſſo, quod nolit cõuerti cõiux infidelis, probabilius diſſolui matrimonium, habetur ex ipſo loco *D. Pauli ſupracit. (quod ſi Infidelis diſcedit, &c.)* quando quidem ſi in caſu poſito non liceret fideli ad ſecũda vota trãſire, fidelis eſſet ſubiectus ſeruituti prioris coniugij ſine ſua culpa, & propter ſolius Infidelis culpam, non poſſet illo vti. Et ita docent *Sotus in 4. diſt. 39. qu. vn. art. 4. col. 3. verb. Eſt tamẽ hic, Bartholo. à Ledeſm. de matr. dub. 16. poſt 2. Cõcluſ. Emmanuel Sà verb. matrimon.*

Henriquez lib. 11. *de matr. cap.* 8. *nu.* 4. *fine, & in commento littera S. fin. Vega* 2. *tom. Summæ cap.* 33. *caſu* 143.

14 Certum autem eſt neceſſarium eſſe antequam coniux fidelis tranſeat ad ſecunda vota, vt moneat coniugem infidelem an velit conuerti, vel in alia probabili ſententia an velit cohabitare ſine iniuria Creatoris, & pertractione ad peccatum; nam ratio exigit vt fiat trãſitus ad ſecunda vota præmonito viro infideli; ſi enim non præmoneatur, quo pacto conſtabit de eius voluntate? quod probatur *ex Concilio Toletano* 4. *cap.* 62. *relato cap. Iudæi* 28. *q.* 1. *ibi (quod ſi admoniti fuerint, & noluerint, ſeparentur, & ita tenet D. Thom.* 4. *diſt.* 39. *q. vnica art.* 3. *ad quartum, & ibi Riccardus art.* 2. *qu.* 1. *ſupplementum Gabrielis quæſt. vnic. art.* 2. *concl.* 5. *Abulenſis* 1. *Reg.* 8. *qu.* 30. 32. 47. 92. 105. *Sotus* 4. *diſt.* 39. *quæſt. vnica art.* 4. *colum.* 3. *verſ. eſt tamen, & colum.* 8. *verſic ſed alia Palacios ibi. diſp. vnic colum. penult. Quandus qu. vnica propoſ.* 10. *Vera Crux prima par. ſpeculi ar.* 29. *pag. penult. Toledo lib.* 7. *Summa capitul.* 7. *nu.* 2. *Enriquez lib.* 11. *de matr. cap.* 8. *nu.* 5. *in comm. littera S. Manuel* 1. *to. Sum.* 2. *edit. cap.* 230 *fin. Emmanuel Sà ſumm. verb. matrim. vbi de impedim. dirim. nu.* 8. *verſ. conuerſus ad fidem, Petrus de Ledeſma de matrim. qu.* 59. *ar.* 4. *in fin. in ſolut. ad quartum Barthol. de Ledeſma dub.* 59. *de matr. ſtatim in principio fundamento* 2. *Ludou. Lopez* 2. *par. Inſtruct. vbi de matr. cap.* 53. *colum. antepenultimæ verſ. at quæſtio hæc Vega primo tomo Summæ cap.* 13. *caſu* 15. *& tom.* 2. *cap.* 34. *caſu* 143. 144. *& ex Iuriſperitis Archidiac. cap. Iudæi* 28. *quæſt.* 1. *nu.* 2. *& ibi Bellamera paulo poſt principium, Turrecremata ibi. art.* 3. *num.* 3. *Bainer.* 2. *parte ſum. de matrimon. cap.* 21. *Aſtenſ.* 2. *par. ſum. lib.* 8. *titul.* 21. *articulo* 3 *quæſtione prima, Roſella verb. impedimentum, impedimento* 9. *num.* 11. *& ibi ſupplementum, Piſanæ impedimento* 9. *num.* 8. *Angel. verbo matrim.* 3. *impedim.* 10. *num.* 6. *Syluеſter verb. matrim.* 8. *qu.* 10. *diſt.* 8. *Armilla verb. matrim. nu.* 38. *Nauar. lib.* 3. *conſi. tit. de conuerſione Infidelium in* 1. *edit. conſ.* 2. *num.* 4. *in* 2. *conſil.* 1. *num.* 4. *Antoninus Cuc. lib.* 5. *inſtit. Maior. titul.* 12. *num.* 103. *Caeta. repet. ca. ad limina* 20. *q.* 1. §. 4. *q.* 176. *num.* 430. *vide nouiſſimè Barboſam in collectan. ſuper dicto cap. Iudæi*, qui plures ex dictis Auctoribus, & alios citat.

15 Non requiritur talis præmonitio quoties certum eſt de obſtinatione Infidelis coniugis. tenet *Nauar. lib.* 3. *conſil. tit. de conuerſ. Infidelium in* 2. *edit. conſ.* 2. *num.* 4. *in conſ.* 1. *nu.* 4. vbi ait neceſſariam eſſe admonitionem, vel aliam probationem ſufficientem, per quam innoteſcat obſtinatio Infidelis, *& Henriq. lib.* 11. *de matr. cap.* 8. *num.* 5. *in commẽto littera S*, vbi ait *quando infidelis eſt abſens, & diſtans, ſatis eſſe certitudinẽ moralem obſtinationis qualitercunque habitam, vnde neq; requiritur talis præmonitio quoties infidelis longè diſtat, ita vt non poſſit commodè requiri & præmoneri, & conſtat ex motu proprio Pij V. pro Indis nouæ Hiſpaniæ conceſſo.*

16 Vltimo præmittendũ quod matrimonium Infideliũ, quãuis, vt diximus in tribus caſibus præpoſitis diſſoluatur, quãdo alter cõiux conuertitur; adhuc tamen circa id eſt triplex probabilis ſentẽtia, an ſtatim diſſoluatur, & prima quidẽ, & ſecunda dicunt quod nõ debet expectari trãſitus ad ſecũdas nuptias adhoc vt in caſibus poſitis diſſoluatur, & ſolũ interſe differũt, quod prima dicit quod ſtatim in aliquo ex dictis caſibus diſſoluitur præmonitione, vt diximus præmiſſa, ſecũda vero præ requirit terminũ ab Eccleſia prefixũ

datum

Infideli, adhoc vt conuertatur, quo elapſo ſtatim diſſoluitur. Tertia tenet quod non ſtatim ac alter ex infidelibus conuertitur etiam dato aliquo ex tribus caſibus prepoſitis diſſoluitur coniugium, ſed id ſolum diſſolui debet ſtatim, ac fidelis trāſit ad ſecundas nuptias. circa quas ſententias vide *Sanchez. lib. 7. de matr. diſp. 75.* qui tenet ibi tertiam *num. 4.* quæ mihi videtur probabilior, quamuis prima, & ſecunda, ineo, in quo cohærent, non careāt ſua probabilitate.

His poſitis venio ad eam difficultatem, qua quæritur an ſi ex coniugibus infidelibus vir conuertatur; prima autem vxor non cōuertatur: reliquæ vero conuertantur, quam ex ijs debeat accipere.

17 Prima Concluſio. certiſſimum eſt poſſe virum ad fidem conuerſum iuxta predicta poſthabita: priore coniuge nolente cōuerti matrimonium inire cum qualibet, ex reliquis coniugibus ad fidem conuerſis. vel etiam ei liberū eſt omnibus illis poſthabitis (non loquor de prima) etiam ad fidem conuerſis, quamcunque aliam fidelem mulierem ſibi matrimonio copulare. Ratio partim petitur ex dictis hoc cap. partim ex capitibus ſuperioribus affertur. Petitur ex dictis quod ad id, quod poſſit prima relinquere, dummodo nolit conuerti. quamuis enim prima ſit vera coniux, quia tamen eius matrimonium cum prima non eſt ratum, iam diximus, quod niſi præmonita velit conuerti (dato, vel non dato iuxta varias ſententias termino ad reſipiſcendum) eo elapſo ſi requiratur poteſt coniux fidelis matrimonium diſſoluere per ſecunda vota; ad quod ſoluendum habet ius ha eſipſo quod nolit infidelis conuerti hoc noſtro tempore, quādo non licet fideli cohabitare cum infideli iuxta probabiliorem ſentētia; vel hoc ipſo quod nolit cohabitare ſine iniuria creatoris, vel pertractione ad peccatum, vel infidelis deſerat fidelem iuxta ea, quæ diximus, ex capitibus ſuperioribus affertur quod poſſit cum qualibet ex reliquis mulieribus conuerſis, vel cum qualibet ex alijs fidelibus matrimonium inire. quia reliquæ mu- 18 lieres conuerſæ non ſunt veræ coniuges ex eo quod toties diximus, quod Chriſtus Dominus derogauit licentiam polygamiæ, tum fidelibus, tum infidelibus tam Iudæis, quam Gentilibus; cum ergo nulla ex ſequentibus coniugibus preter primam ſit vera coniux, non eſt dubium quin poſſit omnes illas preterire, & aliam fidelem accipere, vel quamcunque ex illis accipere, etiā ſi vltima fuerit, & relinquere alias priores, & ita docet D. *Tho. & omnes DD. cum illo 4. diſt. 39. qu. vnica, art. 3. ad 4. & ibidem Sotus q. vnica art. 3. ad ſecundum*, vbi noſtram adducit rationem, & loquitur, tum de gentilibus, tum de Iudæis. Hic pre- 19 tereundum non eſt quod *D. Franciſcus Xauerius* in Indijs efficiebat *ex Lucena in eius vita*, nam quos Ethnicos ad fidem pertrahere conabatur; ſi ij pluribus coniugibus ligati erant; apud eos ad conuiuium remanebat; itaque prioris coniugis opera, habitumque laudabat, vt illam ſolam cęteris dimiſſis retineret. vel ſi prior conuerti nolebat, pulchriorem ex illis ita apud Catecumenum virum extollebat, vt illam ſibi matrimonio coniungeret cęteris dimiſſis. Confirmabitur autem hæc prima Concluſio ex ſecunda ponenda, cum qua maximam habet affinitatem.

20 Secunda Cōcluſio, quæ directè, & Categoricè quæſtioni reſpondet infidelis conuerſus plures habens coniuges, ſi conuertantur omnes, primā tantum retinere poteſt; cœ-

teras autem dimittere tenetur, & ita expreſſe deciditur *cap. gaudemus de Diuort.* eò quod plures vxores retinere aduerſetur luri naturæ ſecundario, vt ſupra explicauimus. Et confirmatur quia ſecundum probabiliorem ſententiã matrimonium Infidelium fit Sacramentum, & gratiam confert hoc ipſo quod baptizantur. vt videtur tenere *D. Thom. 4. diſt. 37. qu. vnica, art. 2. ad primum* vbi ait quod matrimonium Infidelium eſt Sacramentum non actu, quia non contrahunt in fide Eccleſiæ, ſed habitu; ergo ſentit ſtatim ac baptizantur effici Sacramentum; alioquin fruſtra adderet quod habitu eſt Sacramentum, & ita tenet *Palud. 4. diſt. 27. qu. 4. art. 3. num. 25. in ſolutione ad ſecundum*, quod ſcilicet poſt ſi baptiſmũ conſummetur, iam neque per Pontificem diſſolui poteſt, & ſaltem ante conſummationem poſt baptiſmum æquiualet matrimonio rato fidelium; quare omnino concluditur quod nullo pacto, ſi prima vxor conuertatur, ad reliquas tranſire poteſt. Neque ſimul cum illa aliquam ex reliquis retinere.

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

An in ſententia eorum, qui putant non diſſolui matrimonium Infidelium ex eo tantum quod Infidelis nolit conuerti: ſi in tali caſu fidelis tranſeat ad ſecundas nuptias, ſit ſeparandus, & puniendus per Sanctum Officium, & quid in Indijs.

SVMMARIVM.

1 *QVamuis in ſententia eorum, qui tenent matrimonium non diſſolui ex eo quod alter coniux nolit conuerti, ſi fidelis tranſeat ad ſecundas nuptias eſſet bigamus: in praxi tamen, vt talis tractari non debet.*

2 *Niſi veteres retineat errores.*

3 *Quæritur an infidelis conuerſus modo in Indijs: ſi alter coniux nolit conuerti, poſſit tranſire ad ſecundas nuptias.*

4 *Tria tempora diſtinguuntur licitæ vel non licitæ cohabitationis. Et primum tempus eſt ab initio naſcentis Eccleſiæ ſexcentis fermè annis.*

5 *Poſt exactos ſexcentos annos incipit ſecundum tempus.*

6 *Nulla communio debet eſſe Hebræis ad fidem Chriſtianam translatis, cum his qui adhuc in veteri ritu conſiſtunt.*

7 *In Concilio Toletano de Iudæis tantum actum eſt.*

8 *Romæ inducię 40. dierum Iudæis ad conuerſionem conceduntur.*

9 *Tertium tempus eſt in quo viguit conſuetudo, vt fidelis coniux, cum infidelis non cohabitaret.*

10 *Excipiuntur Indi, qui de nouo conuertuntur ex Pontificis diſpenſatione.*

11 *In India modo obſeruatur id quod in primitiua Eccleſia.*

12 *In India ad fidem conuerſus relicta coniuge infideli, volente tamen habitare ſine iniuria creatoris, &c. tranſiens ad ſecũdas nuptias eſt reputandus, vt bigamus.*

13 *Et grauiter puniendus ſi retineret antiquos errores.*

14 *Redeuntes ad veteres Ethnicorum errores tanquam hæretici reputantur.*

15 *Ex eo quod Iudæus retineret antiquũ nomen Iudaicum etiam conuerſus: moueret contra ſe ſuſpicionem de Iudaiſmo; multo magis infidelis conuerſus ſi tranſeat ad ſecundas nuptias.*

16 *Indorum leuitas notatur.*

17 *Ex ignorantia excuſandus nouiter conuerſus.*

Hæc

HAEc quæſtio quoad primam partem ſpeculatiua eſt; quoad ſecũdam eſt practica. nam quod attinet ad primam partem, nempe an debeat puniri qui ſecundo contrahit in ſentẽtia eorum, qui putant non diſſolui matrimonium ex eo quod nolit alter coniux conuerti, velit tamen cohabitare ſine iniuria creatoris, & ſine pertractione ad peccatum cum coniuge fideli: etiãſi ponamus in ſententia eorum, debere puniri, quia nimirum contrahit ſecundas nuptias conſtante primo matrimonio; atque adeò conſequenter loqueodo debeat talis puniri ijſdem pœnis, quibus dicemus in ſequentibus libris debere puniri bigamos; quia reuera in ſententia iſtorum eſſet verè bigamus. quia tamen extat alia ſententia probabilior, ſecundum quam verè diſſoluitur matrimonium, vt ſupra diximus; atque adeò huiuſmodi contrahens bigamus nõ eſſet; non eſt cur in praxi dicamus debere huiuſmodi hominem exiſtimari bigamum; atque adeò examinandũ, & puniendum; cum poſſit is tuta conſcientia probabiliorem ſententiã amplecti; neque pro praxi conueniret huiuſmodi punire ſtante pro eis probabili ſententia, quia quæ culpa carent in damnum vocari non debent *cap. 2. de Conſtitut.* nec ſine culpa quiſpiam puniendus eſt, cum nullus ſit dignus pœna, niſi ob culpam *ex l. ſi putatur ff. ad leg. Aquil. c. ſatis peruerſum diſt. 56. c. inuentum 16. q. 7. Regula ſine culpa 23. de Reg. Iur. in 6. Thomas de Thom. in floribus legum reg. 283. Alderete de religioſa diſcip. tuenda lib. 2. cap. 10. n. 2.* & habetur *etiam in cap. cum voluntate de ſentent. excom.* niſi aliunde ſuſpitio eſſet, quod iſte ſuos veteres errores retineret, quod ſcilicet licita ſit polygamia. In quo tamen procedendum cum debita moderatione, qua ſolet procedi cum nouis conuerſis; quare non eſt cur amplius immoremur in hac parte. Eſt & alia ratio quare eã non prolixius diſcutiamus; quia nimirum eadem militat ratio in illa ſpeculatiua, quę in ſecunda parte practica, quare quicquid dicemus pro hac practica, valebit ſpeculatiuè pro illa prima parte ſpeculatiua.

2

3 Si quęratur igitur an in Indijs: vbi modo conceditur quod poſſit coniux conuerſus habitare cum infideli etiamſi nolit conuerti (ſupponitur autem quod ſit aliqua ſpes quod infidelis tandem ad veram fidem conuertatur) velit autem habitare ſine iniuria Creatoris, & per tractione ad peccatum, ſi is coniux fidelis ſpreto primo matrimonio, quod diximus eſſe verum tranſeat ad ſecundas nuptias; ſit examinandus, & puniendus. Pro cuius rei meliori intelligentia.

4 Supponendum eſt: tria tempora diſtinguenda, ſecundum quę licita; vel non licita fuit cohabitatio coniugis conuerſi ad fidem cum infideli. Primum eſt ab innaſcentis Eccleſiæ ſexcentis fermè annis, quo tempore floruit D. Auguſtinus toto hoc tẽpore licita fuit cohabitatio fidelis cum coniuge infideli; quinimo ſecundũ Pontium, (vt cap. ſuperiori dixi) præcepta, ſed præceptum voluit durare tantum ducentis quinquaginta annis; deinde datam fuiſſe optionem ad habitandum, vel non; dummodo periculum animæ non ſubeſſet: ratio autem quare tũc licita fuerit, eſt quia frequẽtior erat conuerſio tum Iudæorum, tum aliorum Ethnicorum: quare propter talem ſpem, & quia feruor in illis primitiuæ Eccleſiæ temporibus magnus erat in Chriſtianis; ita vt periculum non eſſet ſubuerſionis licita fuit talis cohabitatio iuxta conſilium *Apoſtoli 1. Corint. 7.*

Se-

5 Secundum tempus eſt poſt, exactos ſexcentos annos; quando conuerſio Iudęorum rariſſima fuit, erãt que in ſua perfidia obſtinatiores, & potius fidelium peruerſio, quam eorum cõuerſio expectari poterat, vt hodie ſunt, & experientia quotidie docet, & cum dolore cordis colligitur ex relatis à *Vincentio de Acoſta Matos in libro quæ vernaculo idiomate, ideſt Luſitano argute ſcripſit contra hos Iudæos cap. 1. à fol. 8.* quapropter per *Concilium Toletanũ 4. Can. 62. relatum cap. Iudæi 28. q. 1.* decretum fuit vt vxores fideles ſepararentur à Iudæis, niſi vellent conuerti. Canon autem ſic habet [*Sæpè malorum conſortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos, qui*
6 *ad vitia proni ſunt, nulla igitur vltra communio ſit Hæbreis ad fidem Chriſtianam translatis, cum his, qui adhuc in veteri ritu conſiſtunt, ne fortè earum participatione ſubuertantur; quicumque igitur a modo ex ijs, qui baptizati ſunt Infidelium conſortia non euitauerint, & hi Chriſtianis donentur, & illi publicis cœdibus deputentur*] & idem ferè habetur *Can. 63.* qui refertur eodem *cap. Iudæis de coniug.* [*Iudæi, qui Chriſtianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab Epiſcopo Ciuitatis ipſius, vt ſi cum eis permanere cupiunt, Chriſtiani efficiantur, quod ſi admoniti noluerint. ſeparentur, quia non poteſt Infidelis in eo permanere cõiugio, quæ iam in Chriſtianam translata eſt fidẽ, filij autẽ, qui ex talibus nati exiſtũt, fidem, atque conditionem Matris ſequantur. Similiter, & hi, qui procreati ſunt de Infidelibus mulieribus, & fidelibus viris Chriſtianam ſequãtur Religionem, non Iudaicam ſuperſtitionem*] vt patet de Iudæis tantũ
7 in hoc Concilio actum eſt; quia vt dixi Iudæorum pertinacia periculoſior; qui ſuę legis eo poſt ſupradictum tempus ſuperſtitioſiores obſeruatores apparent, quo magis noxia eſt; cum antea cum ſalutaris eſſet, paſſim deſertores eſſent. De quibus Romæ dicitur eſſe conſuetudo, prout ſuo tempore *Põtius refert lib. 7. de matr. cap. 48. num. 9.* vt
8 quadraginta dierum ſpatium deſignetur, quo alter coniux deliberet an velit conuerti; quod ſi nolit Iudaiſmum relinquere, ſeparetur. De reliquis Infidelibus nil ibi decretũ eſt, ſicut neque vnquam præceptum ab Eccleſia latum eſt, vt ne poſſit fidelis coniux cum infideli cohabitare; dummodo velit infidelis ſine iniuria creatoris conuiuere, & ſine pertractione ad peccatum.

9 Tertium tempus eſt, quod huic ſecundo ſucceſſit, quo ſcilicet etiãſi nulla lex extaret prohibens cohabitationem fidelis cum infideli modo dicto; attamen vſu, & conſuetudine populi Chriſtiani, quæ vim legis obtinet inductum eſſe huiuſmodi præceptum; ita vt tanquam ex Iudaiſmo conuertuntur, tum etiã ex quacumque alia ſecta, niſi alter coniux cõuertatur etiam, teneatur fidelis ſeparari, & nullo pacto cohabitare cum Infideli.

10 Itaque vniuerſaliter modo valet hæc conſuetudo apud Chriſtianos, niſi quod Indi, qui de recenti conuertuntur, non ſeparantur a coniugibus Infidelibus, ſi velint ſine iniuria creatoris, & ſine peccato conuiuere. Nec obſtat talem conſuetudinem vniuerſalem in vim legis tranſiſſe. nam cum hæc ſit prohibitio: potuit Pontifex eam conceſſionem abrogare: ſi vidit hoc tempore Indorum conuerſioni expedire, vt expediebat tempore primitiuę Eccleſiæ; quinimmo dicendum cum *Cornelio à Lapide 1. Corint. 7. nu. 174. 175.* toties illam antiquam licentiam primitiuæ Eccleſiæ reuiuiſcere; quoties ſimilia commoda ſperarentur, vel incommoda timeren-

tur,

11 tur; Merito in India obſeruatur, quod in primitiua Eccleſia obſeruatum fuit. Eſt igitur noua illa Eccleſia, cum qua Diuina prouidentia quicquid ad ſeminandam fidē tempore naſcentis Eccleſiæ diſpoſuit, ipſi conceſſit dum moderno Apoſtolo Sancto Franciſco Xauerio nempe, & alijs ſuper abundanter operationem virtutum, gratiam miraculorum, donum linguarum tam amplè elargitus, vt videre eſt in vita ipſius *à P. Lucena compoſita, & in vita P. Ioſeph de Ancheta in Maffeo, & litteris annuis Societatis Ieſu*. His poſitis ſit.

12 Noſtra Concluſio in Indijs, vbi licita eſt recens conuerſis cohabitatio cum Infidelibus coniugibus. Si quis ex his tranſijt ad ſecundas nuptias, vtique per Tribunal Sancti officij tanquam bigamus examinandus, & iuxta delicti grauitatem puniendus eſſet. Habitò ſemper reſpectu, qui haberi ſolet ad no

13 uiter conuerſos. Et ſi indicia darentur quod antiquos retineret errores, quod nimirum licita eſſet bigamia, iuxta probationem grauiter eſſet puniendus. Probatur concluſio, quia quoties conſtante primo matrimonio ſecuudum cōtrahitur, toties committitur Bigamia: ſed in caſu noſtro ita accidit; primum enim matrimonium nullo pacto eſt ſolutum; ſi enim, vt dictum eſt licita eſt cohabitatio fidelis cum infideli, non eſt cur dicatur illud matrimonium diſſolui, ſi enim in ſententia aliquorum, vt innuimus, neque diſſoluitur, quamuis cohabitatio non ſit licita ex eo quod nolit Infidelis coniux conuerti; multò magis non diſſoluitur matrimonium, quando licita eſt cohabitatio, quamuis coniux Infidelis nolit cōuerti; dixi etiam in concluſione, quod ſi conſtaret illum retinere, & amplecti antiquos Gentilitatis er-

14 rores, grauius eſſet puniendus: nam hic æquipararetur alicui ex Hæreticis videlicet, vel Lutherano, vel Caluiniſtæ, vel Sectæ Mahomettanæ, qui non ſolum ex luxuria, vel cupiditate lucrandę doris, vel ex imparitate Coniugii, ſed ex infecta radice errorum Gētilitatis proſilit in huiuſmodi duplicata matrimonia. Nam tranſeuntes, vel redeuntes ad ritum Saracenorum, hæretici formales ſunt habendi, vt air *Eymericus ſecunda poteſt. direct. Inquiſit q.* 45. ex argu. extra de hæret. *lib.6.c.contra Chriſtianos*. quare ſicut quando vehementer fuiſſet reus inditiatus ex hæreſi lutherana, vel Mahometana, ad plura matrimonia procederet, eſſet torquendus ſuper intentionem, & etiam in noſtra Inquiſitione Hiſpanica, abiuraret de vehementi, & grauius eſſet puniendus, ſicut infra dicemus. Ita grauius eſſet puniendus qui Ethnicorum proſequeretur errores, & deberet torqueri, & reconciliari, vel & abiurare de vehementi ſecūdum eius credulitatem in dictis erroribus. Niſi vt dixi temperāda hæc eſſent in nouiter conuerſis.

15 Quod ſi Iudęus effectus Chriſtianus, ſi retineret nomen iudaicum antiquum, ac eo poſt baptiſmum aſſumptum vteretur, ex hoc argueretur amor, & affectus erga ludaiſmum, eumque approbare præſumeretur, vt docet valdè ſingulariter *Crauetta conſil.* 73. *incipiēte dicendum videtur rum.* 14. *& ſequent.* quē ſequitur *Franciſcus Viuius lib.* 2. *cōmunium opinionum opinione* 193. *ver ſicul. & nomen turpe eſt demum tantæ infamiæ*. Et Ratio Crauettæ potiſſima eſt: quoniam valet inquit argumentum ex reliquis præcedentibus deſumptum, argumento *cap. Accuſatores vbi gloſſ.* 2. *q.* 5. *Ioannes Anania conſil.* 17. *faciunt tradita per Felinum in c. quæ in Eccleſiarum de*

con-

conſtit. quem retulit Iaſon l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus de verb. obligat. & huic opinioni aſsētitur *Cōm. 2. par. direct. Inquiſit. qu. 45. qui ſupradicte refert. Et ſi in Conc. Lateranenſi ſub Innoc. 3. c. 70. & refertur in cap. quidam extra de Apoſt.* diſpoſitum eſt pro his, qui ad Catholicā fidem conuertuntur, ſiue ex Iudæorum, ſiue ex aliorum Infidelium perfidia, ne veteres ſuarum ſectarum ritus obſeruent; & idem ſentit *Farinac. de hæreſi q. 188. num. 22.* quanto magis nō leuis ſuſpicio debet eſſe contra Neophitum ſecun-
16 das nuptias celebrantem? maximè in Indis, qui ita leuis, & volubilis naturæ ſunt, vt in die vno religionem ad libitum eorum qui cum illis confabulantur ſæpè permutēt; quare diuerſo modo cum inſtructionibus particularibus à noſtro ſupremo Inquiſitionis Conſilio ordinatis genio eorum maturè adaptatis procedunt Inquiſitores, illarū Prouinciarum; & in hoc libenter diſcurſum dilataſſem, ſi copiam Auctorum, qui de rebus Indiarum ſcripſerunt, præmanibus haberem, ſed in hoc Regno, quod Inſula eſt, ſoli libri, qui de pane lucrando inſeruiunt ſcilicet ordinarij facultatū à Bibliopolis portantur fortè Solorzano in illo eruditiſſimo lib. de iure Indiarum, quod huic capitulo deſideratur ſubminiſtrabit, cuius doctrina, quamuis eam in Hiſpania ſumma cum delectatione le-
17 gi, à memoria, vt frequenter accidit, omnino receſſit. quod ſi ex ignorantia excuſabili Indus hæc committeret, quod nimirum putaret matrimonium eſſe ſolutum ex eo quod nolit Infidelis cō uerti, omnino ab omni pœna liberandum putarem iuxta doctrinam ſuperius traditam in Reg. qui culpa caret, in damnū vocari non debet.

QVAESTIO DECIMA QVINTA.

De grauitate delicti Biuiriæ, ſeu quod grauius peccat mulier nubens cum pluribus viris ſimul, quam vir ducens plures vxores ſimul, & vnde id proueniat?

SVMMARIVM.

1 *Secundum Bellarminium Deus dispenſare non poteſt ad biuiriam.*
2 *Probabilius eſt, quod Deus diſpenſare poſſit ad biuiriam.*
3 *Recenſentur quatuor matrimonij fines.*
4 *Turpitudo ex eo quod vnum vas tot diuerſa ſemina ſuſcipiat.*
5 *Quare Pellices nunquam aut raro concipiunt.*
6 *Idem inquiritur ex Medicis.*
7 *Ex frequenti coitu vas ſpermaticum infirmius redditur ad generationē.*
8 *Quid de ſua libidine Maſſalina Imperatrix docebat.*
9 *Educatio liberorum perturbatur ab incertitudine prolis.*
10 *Ratio quare Deus ad biuiriam diſpenſare poſſit.*
11 *Rationes quare ſit maior deformitas in hac bigamia.*
12 *Vnus eſt Deus cui Eccleſia iungitur nō multi.*
13 *Vnam vxorem inſolidum plures poſſiderent viri.*
14 *Nunquam pluralitas virorum permiſſa.*
15 *Nec obſtat quod olim apud aliquas nationes permiſſum, quod vni fœminæ plures coniungerentur viri. Id enim de meretricio debet intelligi.*
16 *Omnes malitiæ, quæ reperiuntur in bigamia plurium vxorum: reperiuntur etiam in bigamia plurium virorum maiori cum grauitate.*
17 *Maior eſſet hæreſis, quæ concederet biuiriam.*
18 *Concluſio quæſtioni reſpondens.*

Ita

1 ITa naturæ abſonum ſemper viſum eſt quod mulier nuberet cũ pluribus viris, vt non defuerint, vt ſupra vidimus Auctores, & præcipuè Bellarm. qui putauerint pugnare cum primarijs naturæ principijs; ita vt etiam à Deo ipſo diſpẽſari nõ poſſit, vt aliqua mulier poſſit cũ pluribus viris nubere, quod quãuis in mea sẽtẽtia ſit minus proba
2 bile, probabilius enim puto quod Deus diſpẽſare poſſit: tamẽ negari nõ poteſt quod maxima patiatur in cõmoda, quę ex finibus matrimonij petẽda sũt breuiter, vt hinc appareat quam grauiter peccent mulieres nubentes cum pluribus viris.

3 Hi autem Matrimonij fines quatuor ſunt vt ſupra enumerauimus, Primarius eſt ſuſceptio, & educatio prolis, alter finis matrimonij eſt cohabitatio viri, & vxoris, & communicatio operum inter eos. Tertius finis eſt vt ſit remedium contra concupiſcentiam. Quartus finis eſt, vt ſit Sacramentum Chriſti, & Eccleſiæ. modo polygamia vnius fœminæ cum pluribus viris tribus poſterioribus finibus apponitur, & primarium etiã non mediocriter impe
4 dit. Et quidem primarium impedit in eo quod vna mulier, quæ pluriũ virorum ſemẽ ſuſcipit, rarius parit, vt in meretricibus videre eſt, & ſi medicos, & Philoſophos conſulamus difficultati ſatisfiet primo ex doctrina *Ariſt.* & ex principijs Philoſophorum, & Medicorum, ex quibus deducunt quod pellices nunquam, vel rarò concipiunt primo
5 quia ob diuerſa ſemina earum inſtrumenta concipiendi deſtruũtur; nec vim ſeminalem retinent quia lubrica efficiuntur *Ariſt. in problem.* ſecundo quia vnum ſemen impedit aliud, vt neutrum valeat generationi. *Ariſt. loco cit.* nam paſſum pluribus agentibus adęquatis, imò diſparatis, & ſæpè in virtute contrarijs nõ ſufficit. Hinc vna mulier ab vno viro repletur. Tertio qa quod vnum ſemen cepit perficere aliud alterius virtutis nequit abſoluere; imò ſecundum potius ageret in aliud non immedatè in ſemen mulieris ex eo quia mixtum cum primo viri ſemine. Quarto ſemen eſto magnæ virtutis ſubtiliſſimum eſt; & ſpirituum retentione agit, cum im modica Venere diſperditur facilè. Quinto rem veneream minus appetit vterus proſtitutæ, nec fortiter ſemen retinet, vt valeat generationi. Hinc carmen.

Impedit, & ſemen aliud ſimul, & mediante.

6 Hæc videntur conſona Philoſophis. & Medicis: ſpecialiter tamẽ eadem doctrinam clarius ex Medicis colligere licebit, quibus magis hæc ſcire, & inueſtigare eſt opus; vnde in lib. qui circumfertur, & intitulatur *Hiſtoria Philoſophica*, & à quibuſdam tribuitur *Galeno*, ab alijs, & fortè rectius *Plutarcho habetur lib. 6. de placit. Philoſ. cap. 9.* quod Diocles Medicus variè concubentes mulieres rarò concipere iudicat, huius rei rationes reddit, ex quibus hæ ſubdi poſſunt. Primo, quia ſemen non emittunt. Secundo ſi emittunt minus, quam conueniat generationi, vel tale, vt in eo vis prolifica non ſit. Tertio quia calorem; vel frigus, humiditatem, vel ſiccitatem pluſquam par ſit habent. Quarto vterus in eis reſolutus ſæpe vt ſemẽ non retineat: poteſt addi *ex*
7 *Martino Archachia Regio Medico lib. 2. de morb. Mulier. c. 16. de ſterilitate* cõfirmãte prædictas rationes, & addente quia ex frequẽti coitu vulua callũ cõtrahit, & leuitatem, & vas ſpermaticũ infirmius redditur ad generationem, quod coitus abſtinẽtia reſarcitur. *Item ex Hieronymo Mercuriali, lib. primo de morb. mulier. capit. 2.* de ſterilitate eaſ-

dem approbante, & vltrà exemplũ afferente; in coitu frequenti mulieres non effundunt ſemen, nam Meſſalina Imperatrix mulier data libidini de ſe dicebat: *Et ſi centies à viris per diem calcarer laxari, non ſatiari poſſem, quia ſemen raro emitto*. Addi poſſet *Alexander Maſſaria lib. 4. cap. 6. de ſterilitate* & quam plurima apud Alios Auctores *Dominicum Leonum lib. 6. ſect. 3. cap. 13. de ſterilibus*; ſed ne in longum protrahatur ſermo dicta ſufficere pro nunc viſa ſunt, ſaluo ſẽ-
9 per prudentiori iudicio. Ipſa etiam educatio filiorum perturbatur ob incertitudinem prolis: nemo enim illorum virorum poſſet ſuam prolẽ cognoſcere; vnde amor erga filios vehementer tepeſceret; non tamẽ ita impeditur hic primarius finis, vt nullo pacto conſiſtere poſſit; nam vt patet, & proles ſuſcipi ex tali fœmina, quæ pluribus nupſit, & ſuſcepta vt cumque educari poteſt. Vn-
10 de non eſt cur dicamus quod Deus ad talẽ Biuitiã diſpenſare nõ poſſit, præſertim vero cũ in tali caſu poſſit remedia præſtare modo ſpeciali.

Cæteris vero finibus quod omnino opponatur vel magna ex parte talis bigamia clarè apparet, nam quoad ſecundum finem nemo eſt, qui non videat quæ riualitas oriatur inter viros? ex eo quod vnuſquiſque integram requirit vxorem; nec pati poteſt quod alius eadem
11 coniuge potiatur: & magis apparet deformitas in hac Bigamia, quam in alia vnius viri cum pluribus fœminis his rationibus videlicet quia mulier data eſt in adiutorium viri, & leuamen, in quotidianis laboribus; quod munus præſtare non poſſet, quando quidem pluribus ſimul inſeruire non poteſt, & cum domeſtica munia omnibus viris eodem tempore, & ſtatutis horis quotidie ſint neceſſaria; magna in hac cohabitatione orirentur incommoda, & ſine vllo remedio. Præterea cũ vir ſit caput vxoris, ſi vna fœmina plures habeat viros, vnius corporis plura eſſent capita; atque adeo talis coniunctio mõſtruum aliquid erit; præterea quis non videat magis poſſe plures fœminas ſub vno viro tãquã ſub capite vno plura membra cõtineri, & intereſſe aliquo mõ ſubordinari; quę ſubordinatio inter viros nullo pacto euenire poteſt.

Tertio fini, ideſt remedio cõcupiſcentiæ valdè incommodè ſatisfieret, & maiori cum turpitudine, vt patet, quam in alia Bigamia. Quartus finis eſt, vt ſit Sacramentum Chriſti, & Eccleſiæ, & huic fini maximè pugnat iſta polygamia; vnus enim eſt Deus, cui Ec-
12 cleſia iungitur; nõ multi; nec poteſt Eccleſia, ſiue anima quæuis multis Deis coniungi, niſi fornicando. quæ rationes magna ex parte desũptæ ſunt *ex D. Auguſt. lib. 3. de doctrina Chriſtiana cap. 12. & lib. de bono coniugali cap. 17.* vbi abſolutè dixit magis abſurdum eſſe ſi vna mulier multis viris, quam ſi vnus vir
13 multis mulieribus iungatur. Et ſequeretur aliud abſurdum videlicet, quod vnam vxorem inſolidum plures poſſiderent viri contra ius, & rationem; cum poſſeſſio apud duos eſſe non poſſit *vt in l. 3. §. ex contrario ff. de acquiren. poſſ. ibi [plures eãdem rem inſolidum poſſidere non poſſunt, contra naturam quippe eſt, vt cũ aliquid ego teneã, tu quoque id tenere videris] & in l. ſi vt certo §. ſi duobus vehiculum ff. cõmodati, & per Bart. in l. poſſideri, Calderin. conſ. 143. Card. Tuſcus pract. concl. 429. Menoc. de retinen. remed. 3. ſub num. 725. 740. & 756. Rota diuerſ. deciſ. 33. n. 4. 5. deciſ. 506. ſub nu. 4.* & alij quam plurimi, quos refert nouiſſimè *Ludouicus Pontio de manutenendo obſeruat. 72. fol. 171. qui num. 3.* probat quo

mo-

modo incluſio vnius ſit excluſio alterius, & ad theoricam dicti §. ex contrario vide pulchram *Gloſſ. Gothofredi in pandect. in l. 5. vbi allegat Gaiet. omnino videndum.*

14 Hinc factum eſt, quod & ſi olim vxorum pluralitas fuerit conceſſa, & Sanctorum Patriarcharum exẽplo confirmata; non tamen vnquã pluralitas virorum permiſſa, cum iuris naturalis principijs obuiat modo dicto; magnaque inde damna tam in familiæ regimine, quam in prolis certitudine oriantur. Ita dicunt *Albertus Magnus diſt. 333. art. 3. Gerſon. in compend. Theolog. in 2. part. Lact. Firm. lib. 3. diui. Inſti. cap. 21. Abulenſis in cap. 19. cap. 37. Soto lib. 4. de iuſt. & iur. qu. 3. art. 1. colum. 3. & nouiſſimè tenet doctus, & eruditus Gaſpar Hurtado de Sacram. diſput. 9. difficult. 2. nu. 9. de matrim.*

15 Nec iſtis obſtant quæ Ariſt. *in 2. Politic. cap. 1. & 2.* refert de politica Socratis, & Platonis, quod permittebatur cuilibet vxori plures habere viros, & habetur in principio 8. diſt. & apud Athenienſes idem permiſſum eſſe ex Solonis lege teſtatur Plutarchus in Solonis vita; & idem ſeruari apud Zapiros in Parthia dicit *Strab. lib. 11.* & quod apud Perſas, & Medos mulier quæ paucioribus quam quinque viris nubebat agreſtis, & ſordida cenſebatur, ait *Alexander ab Alexand. lib. 1. cap. 24.* non obſtant inquam hæc enim non in matrimonio admittebantur, ſed in meretricio.

16 Ex dictis ſequitur quod omnes malitiæ, quas diximus interuenire in polygamia plurium vxorum, hic etiam reperiantur cum maiori grauitate. Reperitur hic ſacrilegium, nam ſuo fine fruſtratur Sacramentũ matrimonij, & eo magis, quo magis repugnanti contractui applicatur. quod ſi in Polygamia plurium vxorum diximus interuenire malitiam hæreſis lutheranæ. hic peior hæreſis interuenit, quam illa lutherana; quandoquidem ſi quæ fœmina hũc errorem haberet in intellectu quod licitæ eſſent nuptiæ cum pluribus 17 viris, maiorem hæreſim committeret, quam lutheranam; tum quia aliquid repugnantius in natura concederet; tum etiam quia talem hæreſim amplecteretur; quam ipſi pernicioſiſſimi Hæreſiarchæ, & eorum aſſeclæ nequaquam introducere auſi ſunt: luxuria, & adulterium hic eò grauiora, quò & in fœmina turpiora, & principijs naturalibus magis cõtraria. Iniuſtitia, & ſi æqualis in eo quod alij tradit, quod viro ſuo legitimo prius traditum eſt, & ei debetur; at ex eo quod prolem reddit incertam, vel non vero patri ſupponit; plura iniuſtitiæ crimina committit, & contra omnes tum Diuinas, tum humanas leges, quæ vnquam extiterint circa hoc fœminea præſumptio eſſet: & ita quod grauius peccet mulier in biuiria, quam virin Polygamia, expreſſe tenet doctus, & eruditus *Gaſpar Hurtado de Sacramentis diſp. 9. difficul. 2. nu. 9. de Matrimonio.*

18 Ex præmiſſis apparet, quam bene ponatur iuxta titulum poſitum. Vnica concluſio: grauius peccat mulier nubens cum plurimis viris, quam vir ducens plures vxores. Hæc concluſio maiori non indiget probatione, quam quæ huc vſque allata eſt.

QVAESTIO DECIMA SEXTA.

An quando aliquis dum erat in ſtatu Infidelitatis repduiauit legitimam vxorem, illa vero cum altero nupſit. Deinde ſi vir conuertatur, tenetur admonere vxorem repudiatam, ad hoc vt poſſit tranſire ad ſecundas nuptias.

Et quid ſi ſine tali monitione ad ſecundas nuptias tranſierit, an iſte cenſendus ſit incurrere crimẽ Bigamiæ, & generaliter quid ſentiendum de fideli nouiter cõuerſo, qui ad ſecunda vota tranſijt ſine momitione coniugis Infidelis.

SVMMARIVM.

1 *NOn poteſt ex dictis Infidelis coniux coniugem repudiare.*

2 *Nec vxor repudiata poteſt tranſire ad alias nuptias.*

3 *Dupliciter poſſet vxor repudiari, vel ex cauſa adulterij, vel ſine vlla cauſa.*

4 *Quo pacto matrimonium infidelium appelletur Sacramentum?*

5 *Qui carent baptiſmo Sacramentorum ianua; carent etiam alijs Sacramentis.*

6 *Ex D. Th. matrimonium infidelium eſt Sacramentum habitu.*

7 *Matrimonium infidelium dicitur Sacramentum largè; & impropriè.*

8 *Affertur alia explicatio.*

9 *Matrimonium infidelium dicitur Sacramentum veteris, & naturalis legis: non nouæ; & Euangelicæ.*

10 *Id quod etiam debet magis explicari.*

11 *Si mulier repudietur ſine cauſa, neque quoad vinculum, neque quoad torum cenſetur dimiſſa.*

12 *Nec ex ignorantia, nec ex quacunque conſuetudine diſſoluitur vinculum matrimonij apud infideles.*

13 *Non obſtat quod ad alias nuptias trãſierit vxor repudiata.*

14 *Debet coniux conuerſus coniugem repudiatam, etiam ſi ad alias nuptias tranſierit, & ad torum, & ad fidem inuocare.*

15 *Vel ſaltem in alia ſententia interroganda vxor, an velit cohabitare.*

16 *Si tranſeat talis coniux conuerſus ad fidem, ad ſecunda vota, ſine admonitione alterius coniugis videtur de duplici matrimonio puniendus.*

17 *Maior difficultas eſt ſi mulier ſit dimiſſa ab cauſam adulterij, quando vir habet ius illam dimittendi quo ad torum, quare non videtur debere interrogare an velit cohabitare.*

18 *Facilius diſſoluitur difficultas in ſententia eorum, qui tenent, diſſolui matrimonium ex eo, quod alter coniux nolit conuerti.*

19 *Poteſt innocens ſi velit ſibi adulteram pœnitentem reconciliare.*

20 *Non ita facile diſſoluitur difficultas in ſententia eorum, qui tenent, quod matrimonium non diſſoluitur ex eo quod nolit infidelis conuerti.*

21 *Videtur, quod adhuc fidelis teneatur interrogare, an velit cohabitare ſine iniuria creatoris, &c.*

22 *Nouiter conuerſus, qui ad ſecunda vota tranſiit nulla monitione præhibita, cenſetur bigamus.*

23 *Ex motu Pij V. pro Indis nouæ Hiſpaniæ cenſetur obſtinatus coniux infidelis ita abſens, vt commodè admoneri non poſſit.*

24 *Probatur, quod ſit bigamus, qui nulla monitione præhabita ad ſecunda vota tranſiit.*

25 *Voluntas alterius coniugis infidelis cõſtare non poteſt niſi prius admoneatur.*

1 OPortet partim præmiſſis, partim concluſionibus, ſingulis partibus huius capitis reſpondere. Et quidem præmitti debet tanquam certum, & ſupra ſatis confirmatum quod non poteſt Infidelis etiam in ſtatu infidelitatis repudiare legitimam vxorem. Supra enim iam dictum eſt, hanc licentiam derogatam fuiſſe per Euangelium omnibus tum fidelibus, tum Infidelibus. Id quod maiori non indiget probatione.

2 Prima concluſio: non poteſt vxor repudiata in ſtatu Infidelitatis tranſire ad alias nuptias.

Hæc

Hæc conclusio ex hoc præmisso consequitur si enim vir illam repudiare non potuit, iam matrimonij vinculum non est solutum; quod si matrimonij vinculum solutum non est, non potest mulier repudiata ad alias nuptias transire.

3 Dupliciter autem posset vxor ista à viro repudiari, vel cum causa nempe adulterij, vel sine causa. si ob adulterium iam supra visum est: & per *Baiardum ad Clarum* §. *Adulterium num.* 114. *Sanchez de matr. lib.* 10. *disp.* 2. *Farinac. in praxi crim. p.* 5. *qu.* 143. *num.* 33. *& alios ibi relatos*: fornicationem alterius coniugis non esse causam sufficientem ad dissoluendum matrimonium quoad vinculum, sed solum quoad torum, & cohabitationem. quare etiam si vir infidelis illam dimittat ob adulterium, adhuc restat matrimonij vinculum. nam etsi matrimonium infidelium ratum non sit nec perfectum Sacramentum: attamen negari non potest quod sit verum, & legitimum matrimonium; quinimmo. vt habetur ex *dicto cap. gaudemus de diuortijs ibi (cum Sacramẽtum coniugij apud fideles, & Infideles existat)* appellatur Sacramentum; quod quo pacto intelligi debeat modo breuiter explicandum.

4 Id autem, vt præstem, sequar vestigia Doctissimi nostri Hispani Farinac. dico non satis laudati viri *Augustini Barbosæ.* in quo nescio an magis nostro Barbosæ, quam ipsi Farinacio gratificer. qui Barbosa suo velocissimo ingenio, acerrimoque iudicio tanquam lucidissimis radijs nostrum hoc sæculum quotidie nouos edendo libros omni doctrina scientiaque refertos: non secus ac Farinacius suum illustrat, perspicumque reddit.

Hic ergo *in suis collect. lib.* 4. *decret. tit.* 19. *cap. gaudemus* 8. *num.* 3. ait vehementer elaborasse DD. in declarandis verbis huius cap. paulo ante citat. cum videantur prima facie difficillimæ resolutionis. Et quidem difficultatem faciunt ex vna parte quia Sacramenta non reperiuntur nisi in Ecclesia, vt habetur *cap. quia ex sola* 24. *q.* 1. *cap. extra Catholicam* 1. *q.* 1. itaut extra illam nullum reperiatur *cap. plerumq;* §. *hinc est* 2. *qu.* 7. *cum similibus.* Iudæi autem, & reliqui infideles extra Ecclesiam sunt, & habetur ex doctrina Apostoli ad *Corinth. cap.* 5. & refertur *in hoc cap. [quid enim mihi, qui foris sunt iudicare.* & ratio est

5 quia cum infideles careant baptismo, qui est Ianua Sacramentorum *capitulo veniens de præsbytero non baptizato*, cæteris etiam careant Sacramẽtis necesse est, & in Ecclesia non sint *ex cap. firmissimè dist.* 4. *cap. maiores de baptismo.* Ex alia parte per verba citata expressè dicitur quod apud Infideles sit matrimonij Sacramentum.

6 Quare varias conantur adducere huius textus solutiones DD. *Couar. desponsa. p.* 2. *cap.* 1. §. *vnico nu.* 4. *iuxta doctrinam D. Thom.* à nobis supra allati ait, Sacramentum coniugij apud Infideles existere habitu, non actu; vnde supra intulimus quod post baptismum actu fit Sacramentum, quæ solutio quamuis non displiceat; placet tamen alias aliorum

7 adducere. *Sanchez* igitur, & alij, quos ipse citat *lib.* 2. *de matr. disput.* 8. *num.* 1. aiunt appellari in præsenti Sacramentum matrimonium Infidelium largè, & impropriè in quantũ aliquo modo designat rationem Christi cum Ecclesia licet impropriè, quia fide carent; & hanc sententiam affert nouissimè *Gaspar Hurtado de Sacramentis de matrim. disp.* 3. *diffic.* 20. *num.* 73.

8 Aliam solutionem adducit *Anton. Ricciulus in tract. de Iure Personarum extra grem. Eccl. existentium lib.* 2. *cap.*

2. *cap.* 1. *num.* 8. *relatus à Barbosa loco cit. num.* 4. qui ait, quod dupliciter matrimonium considerari potest, primo vti naturæ contractus, & remedium concupiscentiæ, & vti signum rei sacræ non conferentis gratiam, & hoc modo reperitur etiam inter Iudæos: alio modo posse matrimonium considerari vti Sacramentum institutum à Christo Domino, & hoc modo non reperitur nisi inter Christianos.

Aliam solutionem adducit *Barbosa ibidem nu.* 5. vbi ait Sacramentum esse nomen generale, de cuius ratione saltem in genere est, vt sit signum rei sacræ. Sacramenta autẽ in genere diuiduntur in Sacramenta veteris legis, & naturalis, & legis nouæ, ac Euangelicæ, & tum ipsa, tum illa à Patribus, & Concilijs ap-
9 pellantur Sacramenta; Sacramentum ergo matrimonij apud Infideles dicitur Sacramentum non quidem nouæ legis, sed legis naturalis, quia specialiter institutum est, tum quia significat rem sacram, idest vnionem inter Christum, & Ecclesiã, & hoc modo accipitur Sacramentum coniugij in præsenti, quod in genere est apud fideles & Infideles, sed diuerso modo apud nos imperfectum significans tantum, & non efficiens; apud illos vero significãs, & efficiens, ac gratiam conferens.

10 His posterioribus solutionibus adductis *ab Anton. Ricciulo*, & *Barbosa* hanc ego adderem explicationem, circa id, quod dicunt quod matrimonium Infidelium est signũ rei sacræ, vt scilicet, id intelligatur de matrimonio attenta eius natura, & institutione; & implicitè; nam alioqui si Carentia fidei attendatur ipsorum Infidelium non video quo pacto possit dici signum rei Sacræ in Infidelibus, qui nullo pacto in matrimonio ad quid sacrum attendunt; & multo minus ad vnionem Christi, & Ecclesiæ, vel vt loquitur *D. Thomas* non contrahunt in fide Ecclesiæ.

11 Redeo nunc ad aliud membrum diuisionis supra positæ, si scilicet mulier repudietur sine vlla causa; & in hoc casu nemo est qui dubitet illud matrimonij vinculum solutum non esse. nam cum mulier iniuste dimittatur, non solum quoad vinculum, sed neque etiam quoad torum, & habitationem coniugium separatum est: vnde etiamsi illa ita repudiata secundas nuptias celebra
7 uerit, siue per malitiam, siue per ignorantiam, nullatenus hæ secundæ nuptiæ legitimæ sunt: atque adeo remanet in suo robore, & vigo
12 re prius coniugium. Nec ex ignorantia, nec ex quacunque consuetudine apud Infideles firmantur secundæ nuptiæ, vel approbatur repudium; cum minimè detur consuetudo valida contra ius naturale, & Diuinum, quale supra diximus esse
6 quod tales nuptias; & repudium prohibet, quod non valeat contra Ius Diuinum *Put. decis.* 365. *num.* 2. *Azor. instit. mor. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. *qu.* 2. *Surdus consil.* 301. *num.* 52. *cum sequent. Bellett. disquisit. Clericali par.* 1. *tit. de fauore Clericorum personali* §. 3. *à principio quod nõ valeat contra Ius naturale*, *Michael Graffis tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 1. *titul.* 17. *num.* 308. *pag.* 243. *Duen. reg.* 137. *Fortun. Garc. in l. veluti num.* 25. *ff. de Iust. & Iure*, *Ioseph Gonzal. lib. vnico var. cap.* 38. *Petrus Rebuff in repet. l. quod Iustit. not.* 1. *nu.* 38. *ff. de Iudic. Martin. Monter. decis.* 17. *num.* 40. *Azor. instit. mor. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 17. *qu.* 2. & 3. *Sayr. in claui reg. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 40.

13 Nec debet obijcere fidelis infideli in statu Infidelitatis vtriusque repudiatæ, quod ad alias nuptias diuerterit; atque adeò fornicata fuerit. Id quod videtur colligi ex citato *Barbosa ibidem nu.* 19. citante

Pon-

Pontium de impedimen. matrimonij cap. 21. *verſ. ſunt tamen, & Sanchez de matrimon. lib.* 10. *diſp.* 5. *num.* 8. ait enim (*Aduerte quod Infidelis ad fidem conuerſus, non poteſt ab Infideli diuertere ad fidem conuerſo obijciens ei fornicationem tempore Infidelitatis admiſſam occaſione data per coniugem innocentem eo quod noluerit ad conſortium maritale admittere illum volentem cohabitare abſque contumelia Creatoris*) nam videtur eadem, & à fortiori militare ratio, & caſus prorſus idem quare ſit.

14 Tertia Concluſio: tenetur coniux ad fidem conuerſus, antequam ad ſecundas nuptias tranſeat admonere coniugem ſine cauſa repudiatam etiamſi indebitè ad ſecundas nuptias tranſierit. Debet enim vir oſtendere promptitudinem ad illam recipiendam; & ſicut iniquus fuit in illa dimittenda, ita debet eſſe æquus in illa recipienda, ſi velit reſipiſcere, & ad fidem conuerti; vel in alia ſententia ſi velit cohabi-
15 tare ſine iniuria creatoris, & pertractione ad peccatum iuxta dicta, quod ſi nolit, tunc poteſt tranſire ad alias nuptias, cum habeat ius diſſoluendi tale matrimonium.

16 Quarta conclusio. talis coniux conuerſus ad fidem non admonita vxore repudiata, & in ſtatu Infidelitatis remanente (niſi aliunde conſtet eius obſtinatio) tranſeat ad ſecundas nuptias videtur de affectato duplici matrimonio atque adeo tāquam bigamus puniendus. Ducor quia admonitio videtur eſſe ex requiſitis eſſentialiter ad diſſolutionē matrimonij, vel ſaltem conditio ſine qua non diſſoluitur. De quo vide Sanchez.

17 Sed difficultas maior eſt; ſi mulier ſit ob cauſam adulterij dimiſſa, quando etſi quoad vinculum non ſit ſolutum matrimonium; ſolutum eſt tamen quoad torum, & cohabitationem; an teneatur illam prius admonere adhoc vt poſſit tranſire ad ſecundas nuptias; & difficultas in eo videtur eſſe quia non videtur teneri eam admonere an velit cohabitare ſine iniuria creatoris, & pertractione ad peccatum. Et ratio videtur eſſe quia vir habuit ius illam dimittendi perpetuo diuortio quoad torum, & habitationem; ergo non debet illam admonere an velit cohabitare ſine iniuria Creatoris, &c. Sed videtur hæc
18 difficultas facilius expediri in ſententia eorum, qui dicunt matrimonium diſſolui ex eo quod coniux nolit conuerti ad fidem nam poſita hac ſententia ſatis eſt ſi Coniux fidelis interroget infidelem, an velit conuerti: ſi reſpondeat quod nolit conuerti, iam coniux fidelis habet ius diſſoluendi matrimonium, & tranſire ad ſecundas nuptias. Nec tenetur amplius interrogare velit habitare; necne ſine ininria creatoris, &c. Si veroreſpondeat quod velit conuerti, & de facto conuertatur, iam vinculum remanet in-
19 ſolutum, nec poteſt fidelis ttanſire ad alias nuptias; ſed non tenetur adultera recipere quoad torum, & habitationem. poteſt tamen ſi velit, illi culpam condonare, & ſibi eam reconciliare.

20 At non ita expediri poteſt hæc difficultas in ſententia eorum qui tenent quod matrimonium non diſſoluitur ex eo quod Infidelis nolit conuerti; ſed ſolum ſi nolit cohabitare ſine iniuria, &c. qua ſententia poſita non expeditur difficultas ſi interrogetur Infidelis an velit conuerti, & illa dicat quod nolit conuerti: nam ex vna parte videtur. quod teneatur fidelis interrogare amplius an velit cohabitare ſine iniuria creatoris, &c. adhoc vt

ſi ne-

ſi neget, diſſoluatur matrimonium: ex alia parte videtur quod non teneatur interrogare an velit cohabitare nam habet ius illam dimittendi quoad torum, & cohabitationem, & præterea habeat ex præcepto Eccleſię prohibitionem cohabitandi.

21 Quinta Concluſio. videtur dicendum quod poſita hac ſententia, de qua vltimo loco diximus: teneatur fidelis interrogare an velit cohabitare ſine iniuria Creatoris, &c. adhoc vt poſſit coniux fidelis tranſire ad ſecundas nuptias. Et ratio eſt quia etſi non teneatur illam ad torum admittere, non tamen poteſt dimittere ob adulterium quoad vinculum, ſed ſolum id poteſt propter priuilegium fidei. quod non vtique fauet; niſi in caſibus poſitis. In praxi autem ita tractari poſſe videtur vt interrogetur repudiata an velit cohabitare, ad quod ex parte ſua tenetur; quod ſi dicat quod nolit, infidelis, iam fidelis habet ius diſſoluendi matrimonium, ſi vero dicat, quod velit cohabitare, tunc in poteſtate fidelis erit ob rationem adulterij admittere, vel non admittere, ſed tamen obſtat Eccleſiæ prohibitio ne cohabitent: in caſu vero quod talis prohibitio non exiſteret, vt in conuerſis de nouo in India tunc poterit fidelis admittere, vel non.

22 Sexta Concluſio: quicunque fidelis nouiter conuerſus, qui ad ſecunda vota tranſiijt ſine monitione coniugis Infidelis; ſi alioqui monitio præſtari commodè poſſit; vtique cenſeri bigamus debet, &
23 iuxta prædicta puniri. Dixi ſi alioqui monitio præſtari commode poſſit: quia reperitur *Motus proprius Pij V.* pro Indis nouæ Hiſpaniæ conceſſus: per quem vbi Pontifici propoſitum fuit, multos ad fidem conuerſos inijſſe matrimonium, coniuge in fideli relicto, qui ignorabant an alter coniux ſuperſtes eſſet, & vbi reperiri poſſet: reſpondit Pontifex eos in matrimonio poſt conuerſionem inito perſiſtere debere. Ex quo colligitur ſecundum *Vaſquez p. ſecundæ quæſtione 19. art. 6. diſput. 66. cap. 5. nu. 26.* quod in tali caſu detur præſumptio quod tales coniuges, qui requiri commodè non poſſent, nollent conuerti, aut habitare legitimè. Vnde non ſunt audiendi *Bartholom. à Lodeſma de matrim. dub. 50. com. lib. 6. & Vega 2. tom. ſummæ cap. 34. caſu 149.* qui dicunt quod quantumuis diſtet Infidelis, & ſit impoſſibilis monitio, eam eſſe neceſſariam.

24 Concluſio ſic poſita probatur ex *Conc. Toletano 4. cap. 62. relato cap. Iudæi 28. qu. prima ibi (quod ſi admoniti fuerint, & noluerint, ſeparentur)* vbi idem tenent *Archidiacon. nu. 2. Bellamer. paulo poſt principium, Sylueſter verb. matr. imped. 10. diſt. 8. & alij relati à Barboſa in collect. ſuper dicto cap. Iudæi.* Et ratio videtur eſſe quia qui ſtatuit aliquid, videtur ſtatuere illa, ſine quibus id commodè fieri nequit *l. penult ff. de vſufructu, quia conſequens qui vult, vult etiam ſuum neceſſarium antecedens l. ad rem mobilem, l. ad legatum ff. de procurator. l. qui proprio §. qui alio ff. eodem tit. l. illud ff. de acquirendo rer. dom. l. 2. §. inſpectio ff. quemadmodum aper. l. 2. ff. de Iuriſd. omnium Iud. §. idem Iuris Inſtitut. ex quibus cauſis manumit. non lic. Angelus Aret. conſ. 20. viſis actis num. 21. cum ſequent. Caſtrenſ. Conſ. 306. colum. 1. verſ. qui autem lib. 2. Ancharan. conſ. 261. videtur prima facie in princip. Abbas Conſ. 101. Alex. conſil. 110. num. 3. lib. 5. Euerardus in Topicis legal. loco 95. Ruin. conſil. 119. Menocch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 68. num. 6.*

Anton.

Anton. Gomez tom. 1. varia cap. num. 23. Surdus deciſ. 70. nu. 5. Præceptor meus Anton. Picciardus in princ. Inſtit. de acquiſit. per arrog. nu. 16. Card. Tuſchus pract. concluſ. tom. 2. littera C. Concluſ. 757. Rota deciſ. 44. num. 2. & deciſ. 105. nu. 5. apud Farinac. p. 1. receut. cum ergo ſolui non poſſit matrimonium, niſi neget alter cõiux conuerti, vel ſaltem ſecundum alios cohabitare, &c. quæ voluntas conſtare vtiq; non poteſt, niſi prius alter coniux admoneatur; quando, vt diximus, aliunde non conſtat obſtinatio alterius coniugis. quæ doctrina eſt generalis pro huiuſmodi de nouo conuerſis, niſi quod pro Indis, vt diximus, datur motus proprius Pij V. paulo ante allatus.

QVAESTIO DECIMA-SEPTIMA.

De Matrimonio Fidelis, cum quouis Infideli, ſiue Pagano, Iudæo, Hæretico.

SVMMARIVM.

1 *STatuitur huius quæſtionis ſeries.*
2 *Matrimonium fidelis cum Pagano, Iudæo, & Hæretico, illicitum eſt & peccatum inuoluit.*
3 *Rationes quare tale matrimonium ſit illicitum aſſignãtur.*
4 *Auctoritates ſacræ ſcripturæ afferuntur.*
5 *Canones. Iuris Pontificij id confirmãtes referuntur.*
6 *Explanãtur verba tres in Cap. Caue 25. Quæſt. 1.*
7 *Grauitas peccati in tali contractu matrimonij cum hæretico refertur.*
8 *Acceſſus fidelis cum infideli habet circunſtantiam luxuriæ mutantem ſpetiem, & alias malitias.*
9 *Ex lege Regia Caſtellæ infligitur pœna mortis Iudæo cum Chriſtiana coeunti.*
10 *Ex eodem Iure municipali maurus coiens cum fideli virgine l. nupta lapidatur, & mulier prima vice amittit dimidiam bonorum partem & ſecundam morte plectitur.*
11 *Quo pacto Sancta Monicha cum viro infideli nupſit.*
12 *An tale matrimonium fidelis cum infideli validum ſit.*
13 *Matrimonium fidelis cum cathecumena catechizata eſt irritum.*
14 *Tale matrimonium non eſt irritum Iure diuino naturali, nec Iure diuino poſitiuo.*
15 *Non inuenitur præceptum de non contrahendo tale matrimonio, in veteri neque in nouo teſtamento.*
16 *Auctoritas Eſdræ declaratur.*
17 *Cultus diſparitas ex ſolo Eccleſiaſtico præcepto eſt impedimentum dirimens.*
18 *Pontifex poteſt ex iuſta cauſa impedimenta dirimentia indicere.*
19 *Hoc præceptum dirimens matrimoniũ non habetur ex aliquo canone id ex receptiſſimo vſu Eccleſiæ, & ex Apoſtolorum traditione.*
20 *Matrimonium fidelis cum hæretico non eſt vllo Iure irritum licet ſit grauiſſimum peccatum.*
21 *Vxorum Catholicarum dotes non confiſcantur propter hæreſim maritorũ ſi quando contraxerunt neſciebant eſſe hæreticos.*
22 *Canones ſextę ſinodi quos trullanos vocamus an habeant auctoritatem.*
23 *Pontius Canones Trullanæ Sinodi defendere conatur.*
24 *Pontifex poteſt diſpẽſare vt matrimonium poſſit contrahi à fideli cum infideli non baptizato.*
25 *An inter indos noui orbis recens ad fidem conuerſos probabile ſit valere matrimonium fidelis cum infideli ſine tali diſpenſatione.*
26 *Si non adſit Iuſta cauſa diſpenſationis licet validum ſit matrimoniũ tale: peccatur tñ in eo contra Ius Diuinũ.*
27 *Põtifex de Iure poteſt diſpẽſare in matri-*

trimonio fidelis cum hæretico iuſta de cauſa.

28 *Quæ cauſæ requiruntur ad hãc diſpẽſationem.*

29 *An cum periculo peruerſionis propter magnam aliquam cauſam poſſit cõtrahi cum hæretico?*

30 *In Regionibus in quibus Catholici, & hæretici promiſcue viuunt ſine peccato fiũt matrimonia inter fidelem & hæreticum.*

31 *Si contrahat catholicus cum hæretica citra diſpenſationem, vel vſum toleratũ, eſt ſuſpectus de fide.*

32 *Contrahentes ſecundum matrimoniũ viuente prima vxore cum hæretica præter pœnas Bigamiæ pœnam fautoriæ incurrunt.*

33 *Fautores hæreticorum incurrunt ſuſpitionem leuem uel vehementem ſecundum ſubiectam materiam.*

34 *Huiuſmodi contrahentes cum hæreticis ſecundum matrimonium cõſtãte primo debẽt torqueri ſuper intẽtionem, & abiurare de vehementi.*

35 *Magis ſuſpecti ſunt in fide qui cõtrahunt ſecũdum matrimonium cum lutherano vel alterius ſectæ eorum qui tenẽt poſſe duplicari matrimonium.*

36 *Quid dicẽdum ſi cõtrahatur cum infideli nõ baptizato?*

37 *Etiam cum impedimẽto ligaminis cõtrahitur bigamia.*

38 *Si coram Parocho, & teſtibus matrimonium cõtrahatur augetur ſuſpitio in fide.*

EGimus in præterita quæſtione de eo quod debet facere infidelis nouiter conuerſus circa vxorem ab eo repudiatam tempore infidelitatis; an ſcilicet debeat eam præmonere, antequam tranſeat ad ſecundas nuptias; adhoc, vt bigami ſuſpicionem, & pœnas non incurrat. In hac vero quæſtione agemus de matrimonio fidelis cum quocũque infideli; ſiue paganus ille ſit, ſiue Iudæus, ſiue hæreticus. Id quod videtur pertinere tum ad perfectã dictæ præteritæ quæſtionis cognitionem; tum etiam ad noſtram tractationem non ſolum reductiuè ob generalem illam rationem ſuſpicionis in fide, ob contractum matrimonium cum dicto infideli. verum etiam directe obſpecialem noſtram tractatione de bigamia. Videndum enim an fidelis qui cũ fideli matrimonium prius contraxerat; ſi adhuc viuente primo coniuge, ſecundo cũ infideli contrahat, cenſeatur incurrere ſpeciale bigamiæ ſuſpicionem, & eius pœnas mereatur, videndum etiam à fidelis, qui cum infideli cõtraxerat; poſſit ſecundum matrimonium inire cum fideli; nullo videlicet exiſtente primo matrimonio cũ infideli contracto. Et diuerſa valde eſt hæc quæſtio à præterita non enim loquimur de fideli nouiter conuerſo; ſed de veteri: præterea loquimur de matrimonijs contractis in ſtatu fidelitatis.

His poſitis, vt cum ordine proceda mus. Quæro primo an principaliter matrimonium fidelis cum infideli ſit licitum; vel ſaltem an ſit validum. Quæro ſecũdo principaliter iuxta varias reſpõſiones, quæ afferentur pro primo quæſito, in quo caſu incurratur bigamiæ ſuſpicio; vel quæcunque alia ad noſtrum Tribunal pertinens.

Et quidem quoad primum quæſitum Reſpondeo. Quod quamuis non idem Iudicium ſit quoad valorem, vt videbimus de matrimonio contracto cum Pagano, Iudæo, & hæretico: attamen quoad hoc, an ſcilicet ſit illicitum dicimus eſſe illicitum; & pariter cum peccato contrahi, ſiue cum pagano, ſiue cum Iudæo, ſiue cum hæretico cõtrahatur matrimonium. Idque iure diuino naturali, vt probat *Pontius de matr. lib. 7. de diſparis cultus imped. cap.*

cap. 46. *nu.* 1. & ita tenet etiam *Sãchez lib.* 7. *de matr. disput.* 71. *num.* 5. Cuius rei rationem affert *d. Pontius loco citato.* tum ex periculo peruersionis, cuiſe exponit manifeſtè; tum ex mala prolis educatione: tum denique propter graues diſſenſiones, quæ inde oriuntur. Prohibitũ etiam eſt Iure Diuino poſitiuo veteri ſaltẽ quoad paganos. Sed quia
3 eadem ratio valet modo pro Iudęis & hæreticis: ideo poteſt etiam ad iſtos applicari nam *Exodi* 34. prohibetur ratione periculi: dicitur enim ibi: *ne ſcilicet poſtquam fornicatæ fuerint* (ideſt Idolis ſacrificauerint) *fornicari vos faciant.* & *Deuteronomÿ* 7. habetur: *quia ſeducet filium tuum, ne ſequatur me: ac magis ſeruiat Dijs alienis,* & 3. *Regum* 11. *certiſſime auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos alienos.* Et Iure Diuino poſitiuo nouo; ex 2. *Pauli Cor.* 6. *Nolite iugum ducere cum infideli,* quẽ locum *D. Hieronymus lib.* 1. *ad Iouinianum, & epiſtola ad Gerontium,* de non ineundo coniugio interpretatur, & 1. *Cor.* 5. *mulier ſi dormierit vir eius, nubat tantum in domino,* ideſt cum Chriſtiano vt interpretatur *Tertull. lib.* 2. *ad vxorem,* & alij Patres quos citat *Sanchez. loco cit.* Iure etiam Eccleſiaſtico: prohibita ſũt, vt habetur 28. *qu.* 1. *cap. caue.* vbi *d. Aug. Barboſa,* ait *Collige ex text. &*
5 *duobus ſequentibus matrimonium fidelis cum Iudæo ſeu alio infideli eſſe vetitum.* Et citat *Couar. de ſponſal. p.* 2. *c.* 6. §. 11. *in princ. Marquard. de Iudę. p.* 2. *c.* 3. *ſub n.* 13. *verſ. quid autẽ ſi fidelis Mozz. de contractibus tracta. de matr. tit. qui poſſunt contrahere matri mon. ſub nu.* 35. *verſ. aliud, & tertium caput eſt, Azor. inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 11. *q.* 5. *& p.* 2. *lib.* 5. *c.* 2. *q.* 2. *Ludou. Bega reſp. caſuũ conſcientiæ p.* 4. *caſu* 30. *Paul. Comilot. reſp. moral. li.* 1. *q.* 117. *Farin. in praxi crim. p.* 5. *qu.* 139. *n.* 36. *Anton. Ricciul. de iure perſonar. extra gremiũ Eccl. exiſt. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 8. *verſ. tertia cõcluſio.* Sed hic omitti non debet Aurea *D. Ambroſ.* ſententia in præſenti textu contenta à *Couarr. d.* §. 11. *n.* 2. ad ſuam integritatem reſtituta. non enim ita integrè relata à *Gratiano:* eſt autem hæc
6 *Caue Chriſtiane, Gentili, aut Iudæo filiam tuam tradere. Caue, inquam, Gẽtilem, aut Iudæam, atq: alienigenam, hoc eſt hæreticam, & omnem alienam à fide tua vxorem auerſas tibi. Primæ Coniugij, fides, caſtitatis, gratia eſt, ſi idola, quorum prædicantur adulteria, ſi Chriſtum neget, qui præceptor, & remunerator pudicitiæ; quomodo poteſt diligere pudicitiam: Si Chriſtiana ſit* (*pro Chriſtiana* intelligit hic cathecumenam) *non eſt ſatis niſi ambo initiati ſitis Sacramento Baptiſmatis. Simul ad Orationem nocte vobis ſurgendum eſt, & coniunctis precibus obſecrandus Deus.* Et de hæreticis præcipue habetur *c. oportet d. q.* 1. 28. & de Iudæis ſeq. *c. ſiquis Iudaicæ d. p. q.* 28 plura decreta ſi quæris vide *Põtium cap.* 46. *cit. à n.* 4. vbi diſtinctè affert decreta prohibentia matrimonia cum Gentilibus, & quæ prohibent cum Iudæis, & quæ denique cum hæreticis.

7 Patet autem ex dictis huiuſmodi peccatum quod committitur in contractione matrimonij eſſe mortale, & quidem grauiſſimum ratione tamen prædicti ſcandali, & periculi tum ſuæ, tum prolis peruerſionis; & inquietæ cohabitationis cum talibus peruerſis coniugibus. (quod eſt notandum pro eo quod quæremus an Pontifex poſſit ad hæc matrimonia diſpenſare.) vnde merito infert *Sãchez eod. lib.* 7. *diſp.* 4. *n.* 12. quod acceſſus fidelis cũ infideli aduerſus impedimentum dirimens, habeat circunſtantiam luxuriæ mutantem ſpeciem, ac neceſſario fatendam. Tum quia cedit
8 in religionis dedecus ſicut matri-

monium; tum etiam quia eſt dictũ periculum peruerſionis tum fidelis ad infidelem accedẽtem, tum prolis, quæ ab infideli ſuſcipi poteſt. Quam grauitatem licet etiam conijcere ex grauiſſima pœna; quæ huiuſmodi fornicariæ copulæ imponitur. Et quidem *l. regia 9 tit. 24. p. 7.* infligitur pœna mortis Iudæo cũ Chriſtiana coeunti, & *l. fin. tit. 25.*
9 *ead. part.* punitur Maurus coiens cũ fideli virgine vel nupta, vt lapide-
10 tur, & ipſa virgo vel vidua quę Mauri acceſſum patitur, vt prima vice amittat dimidiã bonorum partem; ſecunda vero vice morte plectatur. quod ſi Maurus ad meretricem accedat: prima vice, tum maurus, tũ meretrix flagellatur, ſecunda vero tum ille, tum hæc morte punitur.

Dices quo pacto ergo *S.* Moni-
11 cha nupſit cum viro infideli, teſte *D. Auguſtino lib. 9. confeſſ. cap. 9.* Ad hoc dubium Reſpondet *Pontius d. lib. 7. c. 47. n. 7.* tali pacto *Non obſtat Sãctiſſimã Monichã matrimonio iunctam homini infideli, tum quia ſicut aliquorum fidelium cum infidelibus cõiugia excuſat inſpiratio diuina; ita etiam alia excuſat in eis naturalis probabilis ignorantia vt licitè fiant. Et iuris naturalis, vt fiãt valide.* quæ vltima verba inſeruiant pro ſequenti caſu.

12 Viſo ergo, quod contrahere huiuſmodi matrimonia cum infidelibus graue peccatum eſt: videndum modo an ſaltem huiuſmodi matrimonia valida ſint? Ad quam interrogationem cum diſtinctione reſpondendum. Si enim loquamur de infidelibus non baptizatis ideſt paganis ſeu gentilibus, & Iudæis omnes Theologi cum *Magiſtro in 4. diſt. 39.* & interpretes Iuris Canonici *d. 28. qu. 1.* tenent huiuſmodi matrimonium eſſe non ſolum illi-
13 citum vt ſupra dictum eſt; verum etiam inualidum, & nullum; ita vt marrimonium fidelis (quod eſt notatu dignum) cum cathecumena ſit etiam irritum. Id quod notat *Aug. Barboſ. in d. c. caue* verbo *A Chriſtiana*; pro qua ſupra diximus intelligi catechizatam, vt explicat *gloſ.* Et ita docent *Sylueſt. verb.* matrimonium 3. *imped.* 10. *in init. Nau. in manua. cap. 22. nu. 49. Anton. Cuch. inſt. maior. lib. 5. tit. 12. nu. 92. Caet. in repet. cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. 9. 169. num. 423. Henriq. in ſumma lib. 11. c. 13. §. 3. Paulus Comitol. reſpõſ. moral. lib. 1. q. 117. in fin. Sanchez d. lib. 7. diſp. 71. nu. 2. Anton. Ricciul. d. lib. 2. c. 2. nu. 9. & lib. 3. cap. 4. num. 27.* Vide etiam alios auctores citatos ab ipſo *Sanchez loco proximè citato.* vbi huius rei rationem reddit. quia ſcilicet cathecumena, baptiſmo, qui Sacramentorum ianua eſt, careat, quamuis fidem teneat, & in gratia conſtituta eſſe poſſit. Dices; quo iure irritum eſt huiuſmodi matrimonium diuino an Eccleſiaſtico? Reſpondeo non eſſe irritum neque ex Iure Diuino naturali neque diuino poſitiuo. quod non ſit irritum iure
14 naturali patet ex eo, quod non eſt intrinſecè malum ideſt abſolutè, & in quauis circunſtantia, quale eſt mendacium, & alia huiuſmodi, ſed eſſe ex his, quæ aliqua ablata, vel poſita circunſtantia poſſunt reddi honeſta, vt in primo libro diximus, quando poſuimus exemplum in occiſione, vel in acceſſu ad mulierem, vel in ablatione alienorum bonorum. Et quod non ſit irritum iure diuino poſitiuo probatur ex eo, quod non detur huiuſmodi diuinum præceptum irritans matrimonium cum dictis infidelibus neque in nouo neque in veteri teſtamento, & ſolum teſtimonia, quæ ſolent adduci ex vtroq; teſtamento ad hoc propoſitum, probant eſſe huiuſmodi matrimonia interdicta, non autem ipſo iure irrita. Quod ſi

addu-

16 adducatur textus *Eſdræ* 1. *cap.* 9. & 10. vbi habetur, quod Eſdra interpretante legem Domini in Deuteronomio latam, *ſeparati ſunt Hebræi a cõiugibus infidelibus, quas duxerãt.* Ad quem locum reſpondet *Sanchez d. diſp.* 71. *nu.* 7. Illud preceptum quatenus irritans fuiſſe iudiciale; atq; adeo morte Chriſti Domini expiraſſe: præterea cum ſolis incolis terræ Canaam fuiſſe illud matrimo
17 nij interdictum. Reſtat ergo, vt cultus diſparitas ſit impedimẽtum dirimẽs ex ſolo Eccleſiaſtico præcepto; vt tenent *Scotus* 4. *d.* 39. *q. vnica artic.* 2. *Veracrux* 1. *p. ſpeculi art.* 42. *dub.* 1. *concl.* 3. *Bellarm. lib.* 1. *de matr. c.* 23. *coucl.* 2. & 3. *Enriques lib.* 11. *de matr. c.* 13. *n.* 2. & 3. *Valentia* 4. *p. diſp.* 10. *q.* 5. *punct.* 3. vbi de diſparitate cultus 4. *decret.* 2. *p. c.* 6. *§.* 11. *n.* 1. *Mozzius de contract. vbi de matr. tit. qui poſſunt matr. contrahere num.* 27. & alij apud citatos. Et quod poſſit
18 Pontifex iuſta cauſa ductus impedimenta dirimentia indicere, docent *D. Anto.* 3. *p. tit.* 1. *c.* 3. *in fi. Gaeta repetitione c. ad limina* 30. *q.* 1. §. 4. *nu.* 322. *Veracrux* 1. *p. ſpec. art.* 29. *cõcl.* 2
19 Et tenet *Gloſſa* 29. *q.* 1. *in ſumma verbo quod autem.* Hoc autem præceptũ dirimens matrimoniũ cũ ſupradictis infidelibus non habetur ex aliquo canone, ſed ex vſu Eccleſiæ receptiſſimo vim legis obtinentæ, & ex Apoſtolorum traditione. Vt docent *Sotus* 4. *diſt.* 39. *q. vnica art.* 2. *col.* 5. *verſ. hæc autem Veracrux* 1. *p. ſpec. art.* 32. *dub.* 1. *concl.* 4. *Bellarm. li.* 1. *de matr. c.* 23. *propoſ.* 2. & 3. *Hẽriq. lib.* 12. *de matr. c.* 23. *n.* 3. *in fin. Petrus de Ledeſma de matr. q.* 59. *art.* 1. *dub.* 1. *concl. vnica.* Et hanc conſuetudinẽ introductã ab hinc cẽtum quinquaginta annis dicunt *Bellarm. loco cit. prop.* 3. *Rebell.* 2. *p. de oblig. iuſt. lib.* 3. *q.* 9. *circa fin.*

Si vero loquamur de matrimonio fidelis cũ hæretico. Reſpondeo
20 quod quãuis, vt patet ex dictis ſit illicitum, & grauiſſimum peccatũ: attamen quoad valorẽ Dico illud matrimonium non eſſe vllo iure irritum. Et ita docent communiter Theologi, & iuris canonici interpretes. qui nullo alio fundamento nituntur, niſi quia non exiſtit ius Eccleſiaſticum irritans eiuſmodi contractum, licet multis interdicatur canonibus. Et ita Docet *Põtius lib.* 7. *c.* 47. *n.* 10. *& in Appẽd. de matr. catholici cum hæret. c.* 5. *n.* 2. vbi ait hãc ſententiã receptã à Iuriſtis omnibus ſolum quatuor, aut quinque exceptis. quos in eadẽ appendice recẽſet *nu.* 3. *videlicet Gloſſa in c. fi. verbo cõtra ſubſtãtiam de condit. appoſit. Hoſtienſ. c.* 1. *de coniug. ſeruorum nu.* 1. & ibi. *Anchar. nu.* 1. *Carrer. de hæret. nu.* 157. *Simãcas de cathol. inſt. ca.* 40. & 46. *Rojas ſing.* 128. *nu. vnico*, quibus fauet *Alphonſus Rex in l.* 15. *tit.* 1. *p.* 4 Et ſuadetur hæc ſentẽtia *ex c. decreuit de hæret. in* 6. vbi *Aug. Barboſ.* verbo *niſi forte mulietes* agit remiſſiuè an, & quando matrimonium inter Chriſtianum, & hæreticũ ſit validũ: & ibi præterea dicitur, quod vxorũ catholicarũ dotes non debent confiſcari propter hæreſim maritorum
21 ſi quando contraxerunt matrimonium, neſciebant illos eſſe hæreticos. Et ita præter aliquos ex ordinarijs in præſenti docent *Repert. Inquiſ. verbo dotes, Simanch. de Cathol. inſtit. tit.* 9. *n.* 66. *cum ſeq. & tit.* 40. *n.* 24. *Villadiego de hæret. q.* 15. *n.* 9. *Zãcb. eod. trac. c.* 25. *ad fi. vbi Campeg. in Addit. lit. A. Quanter. in quæſt. criminal. c.* 1. *n.* 22. *verſ.* aut contraxit ignorãter, *& n.* 24. *verſ.* aut mulier ignorabat maritum *Pẽna in direc. Inquiſ. p.* 3. *ſchol.* 153. *Decia. in tract. crimin. lib.* 5. *c.* 45. *n.* 10. *Sãchez in præcepta decalogi lib.* 2. *c.* 17. *n.* 3. *cũ ſeq. Sãctar. de hæreſi c.* 9. *dub.* 3. *n.* 11. *Cened. ad* 6. *colle.* 13. vbi etiã *n.* 3. affert quãplures quiexaminant an matrimoniũ inter

Ca-

Catholicos, & hæreticos ſit validũ. *nu.2. Farinac. in praxi crim p.1.q.25 nu.111. cũ ſeq. & de hæreſi q.190.§.3. n.43. & 44.* Suadetur inquã, & hoc capite, nã ſi matrimoniũ huiuſmodi irritum eſſet; in d. Cap. debebat expreſsè dici, cum locus aptiſſimus eſſet, quinimmo contrariũ videtur hic ſupponi. Quod ſi vxor ſcienter cõtraxit matrimonium cũ viro hæretico priuatur dote, & applicatur fiſco *Ita Penna in direct. inquiſ. p. 3. comm. 160. Simanch. de cath. inſt. c.9. n.73. & alij.*

Mouetur autem *Simancas* ad dicendum, quod matrimonium fidelis cum hæretico ſit irritũ, *vt d. tit. 40. de matr. n.27.* patet, ijſdem rationibus, quas ſupra adduximus ad probandũ matrimoniũ fidelis tum cum hæretico tum etiã cum alijs infidelibus eſſe illicitum; quæ nihil aliud cõuincunt, vt cõſtat ex dictis. quare per ea patet ad ipſius *Simãcæ* argumenta, & *Rojas d. ſing. 128.* ad probandũ quod dictum matrimoniũ fidelis cum hæretico ſit irritum adducit *Canon. 72. ſextæ Synodi generalis*, verba huius canonis talia ſũt. *Non licet virum orthodoxum cum muliere hæretica, nec orthodoxam cũ viro hæretico copulari: ſed ſi quis huiuſmodi ab vllo exiſtimari factum apparuerit, irritas nuptias exiſtimari, & neſariũ cõiugium diſſolui* quem locũ etiam allegat citatus *Simancas.* Sed ad hunc canonem Reſpõdetur, nullius eſſe auctoritatis. 22 Nã Canones d. Sextę Synodi, *Trullanos* appellãt (eo quod apud *Trullum* palatiũ regium editi ſint,) nõ ſunt authẽtici, nec Eccleſiaſticam habẽt authoritatem, nec fuerunt à Conſilio conſtituti, ſed poſt illud diſſolutum à quibuſdam Epiſcopis, nulluſq; Romanus Põtifex eos approbauit; ſed potius aperte improbauit *Sergius* Pontifex illius tempotis. Ita *Sãchez lib.7. de imped.15. matr. diſp.28. n.8. & alij quos ipſe citat ibid. & diſp.72. nn.2. & 7.* vide alia argumẽta allata ad probandũ dictum matrimonium cum hæretico eſſe irritum, & eorũ ſolutionẽ. & ea quę tenẽt *Io. Guttier. Aegid. Reginald. & Alij*, quos refert *Font. in append. matr. hæret. cum Catholi. num. 4.* vbi alias adducit Reſp. *n.8. & n.9.* non enim ipſi Pontio sũt ita inuiſi Trullani canones (exceptis tamen ijs, qui moribus Romanę Ec- 23 cleſiæ aduerſantur) vt eos nõ curet, quoad poteſt exponere, eo quod apud Græcorum Eccleſias vim legis obtinuiſſe dicat, & ab Eccleſia approbatos. Reſpondet ergo ipſe primo, quod concedi poteſt, matrimonia catholicorũ cum hæreticis, primis ſęculis fuiſſe irrita. quod poſtea vel contraria cõſuetudine, vel cõtrarijs legibus mutatum eſt. Reſpõdeo ſecundo. Non iſte hæretici in eo *Canone* 72. non intelligi eum, qui proprie hæreticus eſt, qui à fide Catholica defecit, ſed is, qui infidelis eſt, nondum ſuſcepto baptiſmo. Quæres primo. Poteſtne Pontifex diſpenſare adhoc, vt matrimonium poſſit contrahi à fideli cum infideli non baptizato. Reſpõdeo ex dictis patere poſſe Pontificem diſpenſare adhoc vt matrimonium validè cõtrahatur; cum enim hoc præceptũ irritans ſit Eccleſiaſticũ, & Pontifex poſſit diſpenſare in omni iure Eccleſiaſtico; non eſt cur in dubiũ vocemus; quod ſcilicet ſemel Pontifex diſpenſet, quod tale matrimonium valeat.

Quinimmo aliquid aliud addit *Veracruz 1.p.ſpec.art.32. dub.1. concl.1.* nempe videri probabile inter 23 Indos noui Orbis recens ad fidem conuerſos valere matrimonium fidelis cũ infideli. Eo quod ceſſet ratio conſuetudinis, nẽpe timor peruerſionis infidelis. Sed ſtatim addit id non eſſe dicendum. Quod merito dictũ addit *Sãchez d. diſp.71. n.9.*

Et

Et quod poſſit Pontifex diſpenſare ad valide contrahendum docent *Calder. Alex. de Neuo, Sylueſter, Thomas de Argentin. Mozz. Vgol. Graff. & alij à Sachez relati ead. diſp. n. 10.* Et quod valeret matrimoniũ etiãſi iuſta non eſſet cauſa tradũt *Sotus 4. diſt. 39 q. vnica art. 2. in fi. corporis, & Barthol. à Ledeſma de matr. dub. 54. poſt tertiã cõcluſionẽ.* Quod ſi ſit iuſta cauſa diſpenſandi non ſolum valet ſed etiam licitũ eſt: ſi vero nõ ſit iuſta cauſa, quãuis validum ſit at
26 tamen peccatur lethaliter contra ius diuinum. Et ita docet *Sãnchez dicto num. 10.*

Queras ſecũdo poteſtnè Põtifex
27 diſpenſare adhoc vt licitè contrahatur matrimonium inter Catholicos, & hæreticos? Reſpõdeo, quod poſſit Pontifex diſpenſare ſi iuſta ſit cauſa, & quod requiratur talis diſpenſatio docet *Pontius d. appẽdice cap. 8. nu. 1. & 2.*

28 Queres Tertio. quæ cauſa requiratur adhoc, vt licet diſpenſetur ad huiuſmodi licitam matrimonij diſpenſationem. Reſpondeo cũ *Azor. tomo 2. lib. 5. c. 2. q. 2.* Vbi ait *Sed non expedit talẽ diſpenſationẽ concedere niſi primarijs viris, & ob commune pacis bonum, & hæretico id petente & volente, & fidem dante ſuæ ad fidẽ catholicam conuerſionis.* Vide *Pontiũ d. c. 8. n. 4.* Vbi ampliat hanc diſpenſationem: eleganter, & erudite.

29 Quæres quarto an cum periculo peruerſionis poſſit ex aliqua magna cauſa contrahi matrimonium cum hæretico. Reſpondeo ob vrgentiſſimam aliquam cauſam poſſe contrahi; dummodo catholicus contrahat cum firmo propoſito non labẽdi fidẽſque de diuina miſericordia & gratia, ita docet *Pontius in d. Appendice cap. 6. nn. 2.*

30 Quæres quinto an citra Pontificiam diſpenſationem licita poſſint eſſe connubia catholicorum cum hæreticis. Reſpondeo in illis regionibus in quibus Reſpublica hæreticis, & catholicis conſtat ſine peccato fiunt eiuſmodi catholicorum cũ hæreticis connubia ab communem conuictum, & Societatẽ. Ita *Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 11. q. 5.* omnino videndus.

Quæres ſexto, quod ſi quis Catholicus cum hæretico contrahat citra diſpenſationem Pontificiam,
31 & in illis regionibus in quibus non eſt conſuetudo talium coniugiorũ. Reſpõdeo ſi contrahat catholicus, cum hæretica eſt ſuſpectus de fide, & contra illum Inquiſitores poſſe procedere. Ita *Sanctarell. tra. de hæreſi c. 41. dub. 3. n. 1. Cãtera in queſtionibus crim. c. 1. de hæret. n. 1. & gloſſa in c. decreuit de hæreticis in 6.* vbi proprie loquitur de catholica contrahente cum hæretico. Quare eadem eſt ratio. Et ibi *Io. Andreas n. 1. Geminian. n. 2. & Francus n. 1.* quos refert *Diana p. 4. Reſ. mor. tr. 7. Reſ. 5. §. notandum eſt etiam.* Et ſpecialiter de muliere ſcienter contrahente cum hæretico dicit citatus *Cãtera* quod cenſetur fautrix hæretici, & quod punienda ſit pœna fautoriæ. quod idem videtur dicendum de catholico contrahente cum hæretica; quia eadem videtur ratio.

Si ponamus ergo caſum; quod ali quis catholicus cõſtante adhuc primo matrimonio cum cõiuge catholica; contrahat ſecundum matrimonium cum hæretica, vel e contra in muliere. In hoc caſu dico, quod incurrũt ſuſpicionem in fide, & pœnas bigamorum. Et Ratio eſt; quia quantum in ſe eſt nituntur ad ſecũdum matrimoniũ peruenire. Dices,
32 quam ſuſpicionem incurrũt leuem an vehementem, taliter contrahẽtes in dicto caſu? Reſpondeo quod etſi propter ipſam bigamiam, vt ſic leuem ſuſpicionem incurrant; attamen ex eo quod ſupra diximus ex

Can-

Cantera paulo ante citato; quod huiuſmodi contrahentes cenſeantur fautores hæreticorũ: ideo præter ſuſpicionem, quam taliter contrahentes incurrunt propter bigamiam ipſam, incurrent aliam, quam ſolẽt incurrere hæreticorũ fautores De quibus fautoribus hæreticorũ agens *Dian. tra. 7. 4. p. R. Mor. R. 21. in prine. verſ. hoc ſuppoſito*, ait quod incurrũt ſuſpicionẽ leuẽ, vel vehemẽtẽ pro qualitate circũſtantiarũ, & indiciorũ: quare iuxta illorum conſiderationẽ facient prudentes Inquiſitores illos abiurare de leui, vel de vehementi. & paulo poſt eodẽ verſic. addit: *qui autẽ verè fautores hæreticorum inueniuntur abiurabunt de vehementi, & antea torquẽdi ſunt.* Quo pacto autẽ debeat fieri abiuratio fautoriæ docet idẽ *Dian. ibi. ex Zanardo in direct. Theol. p. 3. c. 134 f. 740.* Quare in noſtro caſu dico, abſolutè quod huiuſmodi cõtrahẽtes cũ hæreticis ſecũdũ matrimonium conſtãte primo, debẽt torqueri ſuper intentione; & abiurare de vehementi; & alias pœnas bigamorũ ſuſpectorũ de vehemẽti ſuſtinere, prout infra Lib. 3. dicemus. Quod me mouet illud eſt; quia vt probabimus Lib. 2. qui bigamus, qui eſt e regione lutheranorũ, & caluiniſtarum, eſt ſuſpectus de vehementi, & torquetur ſuper intẽtione, & maiores pœnas ſuſtinet, vt infra Lib. 3. probabimus. quanto ergo magis debet eſſe ſuſpectus de vehemẽti; qui cõtrahit ſecundũ matrimoniũ; cum hæretico; cũ quo etiã ſemel cõtrahere propter fautoriã dictã inducit ſuſpicionẽ de vehementi; vel ſaltẽ maiorem quacũq; alia leui. Et eo magis hæc ſuſpicio erit de vehemẽti; ſi ſecundũ matrimoniũ contrahatur cum lutherano, vel Caluiniſta, vel alterius ſectæ tenentis licitũ eſſe duplicare matrimoniũ, & magis ſi ſciat coniugem catholicum eſſe ligatum alio matrimonio.

Difficilior videtur alius caſus: nẽpe an contrahens ſecundum matrimonium cum infideli nõ baptizato, cẽſeatur bigamus. Et ratio maioris difficultatis eſt; quia inter catholicũ, & hæreticũ validũ eſt matrimonium licet illicitum; at inter catholicum, & infidelẽ eſſe illicitum, & inualidum ex præcepto Eccleſiaſtico. Quare nõ videtur, quod intẽdat vere cõtrahere qui cum infideli ſecundo contrahit. Reſpõdeo etiã in hoc caſu incurri bigamię dictã ſuſpicione, nã videtur facere quãtum in ſe eſt, vt ſecundum matrimonium cõtrahat. nec obſtat quod adſit impedimẽtum diſparis cultus; nã etiam cum impedimẽto ligaminis cõtrahitur bigamia. Suſpicionem autẽ puto in hoc caſu eſſe etiã de vehemẽti: & talẽ debere eſſe abiurationem; præſertim vero; ſi alter cõiux ſit ex infecta radice, & magis ſi ſciat catholicum eſſe iam ligatum alio matrimonio.

Non addo nec in hoc caſu de matrimonio cum infideli non baptizato: nec addidi ſupra in caſu de matrimonio cum hæretico; quod dum ſecundũ matrimoniũ fiat corã Parocho, & teſtibus; quia ſi fiat corã parocho, & teſtibus: iã oſtendunt huiuſmodi cõtrahentes; quod quãtum in ſe eſt nitũtur illud matrimonium cõtrahente; ſi vero nõ cõtrahunt corã Parocho, & teſtibus, hinc nõ arguitur quod fictum ſit matrimonium, vt poteſt argui inter catholicos; eo quod nitãtur facere quãtũ in ſe eſt; ſed arguitur, quod maior aliquis error lateat, & quod videãtur putare quod neutiquã requirãtur tales ſolẽnitates: maior ergo in hoc caſu ſuſpicio erit; quod is qui alioqui catholicus erat, trãſierit ad ſitum, vel mahumettanorum, vel lutheranorum, vel aliorum hæreticorum. Atque hic dicta ſint ſatis.

Finis Libri Primi.

LIBER SECVNDVS

DE SVSPICIONE, quam inducit Bigamia, & Biuiria, & de foro, ad quem ſpectat.

QVAESTIO PRIMA.

An Contrahentes binas nuptias ſint ſuſpecti de fide leuiter, an vehementer.

SVMMARIVM.

1 *INquiſitio Romana, & Hiſpanica ex varijs principijs varie circa ſuſpicionẽ procedunt.*

2 *Bigami in Romana Inquiſitione de vehementi ſuſpecti ſunt in Hiſpania vero delcui tantum.*

3 *Ratio diſcriminis aſſignatur.*

4 *In noſtro Tribunali Hiſpanico nonnunquam Bigami abiurant de vehementi, & vnde hoc procedat.*

5 *Siue clam, ſiue publice quis contrahat binas nuptias eque ſuſpectus eſt.*

6 *Farinacius, & alij maximam vim faciunt circa publicitatem matrimonij.*

7 *Plerunque fit, vt vehementiori ſuſpicione laboret qui clam talia committit.*

8 *Publicitas minuit malitiam, & ideo mitigat pœnam.*

9 *Qui male agit odit lucem.*

10 *Nuptiæ poſt Concilium Tridentinum publicè celebrari debent.*

11 *Diſtinctio matrimonij publici, & ſecreti, hodie nil efficit.*

12 *Radix vnde prouenit binarum nuptiarum contractio non facile detegitur.*

13 *Inquiſitores circunſtantias loci temporis, & perſonarum diligenter inquirere debẽt.*

14 *Si taliter contrahens ex hæreſi luthera na, vel caluiniana id faciat vt verè hereticus tractandus eſt.*

15 *Si vero e regione lutheranorum vel Caluiniſtarum: eſt quamuis non conſtet ex tali infectione id fecciſſe tamen de vehementi ſuſpectus eſt.*

16 *Ex facto ipſo binas nuptias contrahendi leuis ſuſpicio in fide reſultat.*

17 *Contrahere duo matrimonia ſimul eſt factum hæreticale.*
18 *Ratio ſuſpicionis aſſignatur.*
19 *Quid ſit factum hæreticale.*
20 *Elucidatur ſententia Martini del Rio.*
21 *Sententia Soti à Moura reiecta expenditur.*
22 *Rariſſimum eſt peccatum quod hæreticum aliquem non habuerit patronum: ſed aliqua ſpecialiter laudauerunt.*
23 *Hæretici qui bigamiam adhuc amplectuntur.*
24 *Caſtrus à Moura non bene intellectus.*
25 *Non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe.*
26 *Non ſatis eſt ad excludendam ſuſpicionem in aliquibus factis quod trahi poſſint ad aliud quã ad meritem hæreticam.*
27 *Concluſio quod contrahentes Bigamiã vel Biuiriam ſunt ſuſpecti de fide ſaltem leuiter.*
28 *Vnunquodque tribunal ſi qui debet praxim ſuæ inquiſitionis.*
29 *In his quæ ad carnem, & ſanguinem pertinent potiſſimum locum habet deprauata voluntas, mentem excæcans.*
30 *Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes.*
31 *Si quis plures quã duas contrahit nuptias de vehementi ſuſpectus eſt. etiã in noſtro tribunali.*
32 *Talis magis abutitur Sacramento atque ideo maiorem habet contemptum.*

HVius quæſtionis deciſio pendet ex cognitione vſus variarum Inquiſitionum ſcilicet Romanæ, & noſtræ Hiſpanicæ, quæ ex varijs principijs variè in hoc negotio ſe habent. 4

1 Videtur autem Romana Inquiſitio procedere in hoc ex ſuppoſitione, quod hoc delictum proueniat ex infecta radice hæreſis lutherani, vel alterius ex ſupra allatis. Inquiſitio vero Hiſpanica videtur procedere, quod is contrahat plura matrimonia ſimul, vel ex luxuria, vel ex cupiditate Incrandæ dotis, vnde fit vt per Romanam Inquiſitionem Bigami vehementer: per Hiſpanicam vero leuiter ſint ſuſpecti. Ratio autem quare Romana Inquiſitio obſeruet infectionem hæreſis; noſtra vero vel libidinem, vel cupiditatem, videtur peti poſſe vel ex facto ipſo, quia nimirum apud illos plures inuenti, qui ideo ad bigamiam inclinarent, quod hæreſi, aut alio errore laborarent; quare merito talis animaduerſio illic inducta: apud noſtros vero, qui vt plurimum libidine ducti, aut alia ſimili paſſione. quare maiori miſericordia tractandi ſunt; vel ex Iure quia ſcilicet attendens Romana Inquiſitio periculum, quod hæretica tabes inducere ſolet, vbi periculum hæreſis eſt; contra illam præſumit ad curandum; noſtra vero Inquiſitio conſiderans quas ſoleat luxuria excitare flãmas: & quã cupiditas perturbare mentes. humanæ fragilitati compatitur. De Romanæ Inquiſitionis ſtilo teſtatur *Farinac. de hæreſi quæſtione* 178. *num.* 69. his verbis. *In ſupremo Vrbis totiuſque Chriſtianæ Reip. Sanctæ, & Generalis Inquiſitionis Tribunali ſeruatur vt huiuſmodi ſic duas vxores ducentes abiurent non de leui, ſed de vehementi, cum non leuis, ſed vehemens contra eos inde oriatur ſuſpicio.* 2 3

Non negandum tamen quod etiam in noſtro Tribunali vehemens oritur ſuſpicio aduerſus tales binas nuptias contrahentes, ſi ij ſint è regione infecta lutheranæ, vel Caluinianæ hæreſis: vnde maximè huc pertinet, quod ait *Vmbertus Locatus in Iudiciali Inquiſitorum in verb. hæreticus n.* 22. *verſ. hinc eſt, & in verbo ſuſpicio n.* 27. *in fine*, vbi ait, *quod ſiue publicè, ſiue clam, quis contra-*

trahat ſecundum matrimonium, Inquiſitor debet diligenter inquirere habita ratione loci, tẽporis, perſonarũ, & ſuſpicionis qualitate bene conſiderata.

5 In qua Vmberti auctoritate. illud animaduertendum, quod ſcilicet: ait quod ſiue publicè, ſiue clam quis contrahat plures nuptias non nimis hoc curandum; magis autem attendendum ad alias circunſtantias loci, temporis, perſonarum, &c. Id quod eſt contra *Farinac. loco citat.* qui maximam vim facit in eo qnod huiuſmodi duplex matrimonium ſit contractum publicè; arguitque ex eo quod poſſit Inquiſitor procedere tanquã contra præſumptum hæreticum ex eo nimirum, quod qui ita publicè contrahit videtur ſentire, & credere quod ita poſſit ducere.

6 Sed reuera quidquid dixerit Farinac. & Alij, qui immerito magni faciunt an publicè, vel ſecreto nuptiæ contrahantur; non videtur hæc publicitas intentum Farinacij euincere nam vt ad aliud propoſitum

7 de monacho profeſſo contrahente nuptias, ait *Simanchas tit. 4. num. 9. & ſi impudentius ille faciat, qui palam has nuptias celebrat, non tamen ſuſpicione magna carebit qui eaſdem occultè contraxe it*; quinimmo plerunque fit vt vehementiori ſuſpicione laboret, qui clancu lum

8 talia committit: nam poſitus ex diſpoſitione Iuris publicitas in actione minuit malitiam, & ideo mitigat pœnam, vt expreſſe colligitur *ex lege non exiſtimo ff de adminiſtrat. tutor. & ex l. vltim. in fine ff. de Ritu nupt.* & quod ille, qui clam talia committit, vehementiore ſuſpicione laboret conſtat *ex capitulo cum ex iniuncto de Hæreticis per totum*; & ex relatis nouiſſimè ab

9 erudito Inquiſitore *Don Ioanne Eſcobar à Corro de puritate probanda quæſtione ſecunda a num. 45. cum ſequentibus*: nam *qui malè agit odit lucem capitulo conſuluit de officio legati lege prima ff. de ventre inſpic. circa medium*, & vt *Ariſtot. lib. 7. Ethicorum, ait magis iniuſti ſunt ij, qui magis occultè procedunt*, & sicuti *Socrates lib. quinto de Hiſtoria Eccleſiaſtica*, inquit *ea, quæ occultè geruntur, improbitatis ſuſpicione pleniſſima ſunt. quod multis exemplis confirmare poſſem, quæ alij ante nos retulerunt. Ioan 3. & Ariſtot. 7. Ethicor. cap. 6. Socrates hiſtoria tripart. lib. 5. cap. 34. l. vltimo de ritu nuptia. Tiraquell. in præfat. de retract. conuen. numero 13. & deinceps, & lib. de pœn. tempor. cauſa 57. relatus à Barboſa in collect. ſuper dicto cap. cum ex iniuncto.*

Vt autem clarius procedamus, oportet melius intueri, quo pacto euenire poſſit quod quis publicè contrahat has nuptias; nam si nil aliud importet publicè contrahere nisi quod coram Parocho, & teſtibus celebrentur: matrimonia, vt per

10 *Concil. Tridentinum Seſſion. 24. cap. primo de reformat. matrimon.* ſtatutum eſt, vt celebretur adhoc vt sit matrimonium. quare vt bene aduertit. *Freit. in Acugna de Confeſſarijs*

11 *ſollic. quæſtion. 2.* vix datur locus hodie in praxi apud Catholicos, vbi tale Concilium receptum eſt, diſtinctioni matrimonij publici, & ſecreti; hoc nil efficit; nam adhuc ſtare poteſt, quod quis cælare contendat ſimiles nuptias; vt ſaltẽ pœnas effugiat taliter contrahentium; atque adeò illas celebret in locis à ſe diſtantibus vt plurimum accidere ſolet: atque adeo de totaliter contrahente pro certò dici non poteſt; quod ita contrahat ex eo quod putet ita licere contrahi. Si vero publicè contrahere importet, quod

12 quis ita contrahat, vt nullo pacto

talia facta colet; ita vt in eadem vrbe, & in eadem Parochia binas contrahat nuptias: hic etsi impudentius agat, attamen adhuc id
13 euenire potest, vel ex nimia aliqua passione luxuriæ, aut similis, vel etiam ex impudentia hæreticali; quare optimè Locatus admonet, vt diximus; quod Inquisitor diligenter inquirat circumstantias loci, tẽporis, & personarum, vt hinc indagare queat vnde tanta temeritas oriatur. Et hoc sufficiat ad elucidationem pro repetita toties à Doctoribus hac circumstantia publicitatis.

14 Quod si taliter contrahens vel ex dictis, vel etiam ex ipsius facti circunstantijs reperiatur ita contrahere, quia putet ita licere, iam citra controuersiam est, quod hoc ex lutherana, vel Caluiniana hæresi proueniat; atque adeo hæreticorum pœnas taliter contrahens subire debeat; vel si sit è regione Lutheranorum, vel Caluinistarum, quod sit suspectus de vehementi;
15 etiam si aliunde non habeatur quod talia coniugia contrahẽs puter ita licere.

16 Si vero talia non patiatur incommoda: adhuc restat quod sit de leui suspectus propter factum ipsum hæreticale: nam etsi non constet de eius mente erronea, nec de pertinacia, quæ duo sunt formalia hæretici; atque adeo taliter contrahens nec sit vt hæreticus iudicandus, nec pœnis hæreticorum puniendus, est tamen suspectus de hæresi, & contra eum vt suspectum de hæresi potest procedi, quia contrahere plura matrimonia simul, est factum hæreticale;
17 primo quia directè iste modus contrahendi contrariatur Sacramento matrimonij, quod est vnius cum vna legitima coniunctio, vt supra toties diximus *ex Matth.* 19. quare cum taliter contrahens aliter cõtrahat, ac Deus ipse instituit; meritò factum hæreticale appellari po-
18 test, vt habetur *ex cap. ad abolendam secundo*, quia qui taliter contrahit vita, & moribus à fidelium moribus dissentit, & ad mores accedit hæreticorum, & Saracenorum, vt habetur *ex dicto cap. gaudemus de Diuort.* & in superiore libro diffusissime tractauimus.

19 Ad quod planè explicandum oportet hic adducere quid sit propriè factum hæreticale. Et quidem *Martinus del Rio lib. 5. Magicar. sect. 15. §. Axioma primum* definit factum hæreticum dicens esse illud quod quamuis non sit hæresis (quia pertinet ad enunciationem intellectus) attamen quasi materialiter enuntiat hæresim, seu est
20 materia, circa quam intellectus errat. Ideo autem esse factum hæreticum; quia qui teneret posse fieri, id quod fit, esset hæreticum verbi gratia rebaptizare puerum. Sed hæc doctrina, vt iacet, nullatenus placet; quia si hoc verum esset, quodcumque peccatum esset factum hæreticale, vnde optimè illam confutat *Maura opusc. 1. de Incant. seu Enfalmis sect. 3. cap. 3.* sed indefensum tantum virum del Rio non preteribo.

Intentio ergo Martini del Rio videtur esse dicere, quod illud sit factum hæreticum, quod si dicatur posse fieri, inducit peculiarem hæresim nempe, vel Lutheranam, vel Caluinianam &c. si verbi g. de bigamia, aut repudio, aut carnium commestione in diebus ab Ecclesia vetitis; aut aliquã aliam, si circa alia Præcepta error versetur; circa quæ aliquando exortæ difficultates, & ab Ecclesia decisiones conditæ contra hæreticorum contumaciam; non autem dicit Martinus del Rio, quod illud

est

eſt factum hæreticale, quod ſi dicatur fieri poſſe inducit quandam generalem, & innominatam hæreſim, quod de quolibet peccato optime dici poteſt.

Et vt paucis reſtringam, quamuis per hanc formalitatem explicet ſuam definitionem del Rio; nihilominus nil magis, aut minus mihi videtur dicere, quam *Sotus* per definitionem ab ipſo allatam *in tract. de hæreſi, vbi ait illud peccatũ eſſe factum hæreticum, quod aliqui hæretici ſpecialiter laudarunt, vel non eſſe peccatum affirmarunt.* Quem Sotum carpit *etiam* Moura *loco citato*, aitque confutatum tacito nomine *à Caſtro lib. primo de iuſta. Hæretic. Punit., capit.* 1. nominatim vero *à Param. de Orig. lib.* 3. *quæſt.* 10. *nu.* 72. & ratio ipſius Mouræ contra Sotum eſt quia rariſſimum eſt peccatum, quod hæreticum aliquem habuerit patronum. Sed reuera eodem pacto defendi poteſt Sotus, vt non loquatur de facto, quod quomodolibet aliquando aliquẽ ſectatorem, eumque ſingularem habuerit, ſed de actione aliqua ſiue facto, ſiue more, quem ſolemniter, & ſpecialiter laudauerint hæretici; præſertim vero in ijs, quæ ex eo quod aliquando ex Diuina diſpenſatione conceſſa fuerint; deinde tali conceſſione ſublata perſecuti ſunt hæretici talem morem retinere, vt bigamiam ante Chriſtum Dominum conceſſam; poſt Chriſtum Dominum ſublatam retinuerunt Hæbrei, & alij Ethnici, & amplexi ſunt de nouo hæretici, & Mahometani; quare citra controuerſiam ſuſpicionem inducit ſufficientem ad hoc vt ab Inquiſitoribus agnoſcatur, qui talem factum committit, nempe vt duas ſimul habeat vxores; cum tale factum ſic Hæretici noſtri temporis Lutherani, & Caluiniſtæ nulla retenti Religione approbent, atque amplectantur.

Et libenter ſupradictas amplector definitiones; nam videntur melius facere ad doctrinam ſupra poſitam, qua oſtendimus quod cõtrahere binas ſimul nuptias ſit factum hæreticale, quam diſcurſus, quem ex Caſtro affert ſupradictus *Moura loco citato*, nec video quo modo ipſe Moura ſuo intento accommodet, quod eſt oſtendere, quod cõtrahere plurã matrimonia ſimul ſit factum hæreticale. Dicit ergo *Caſtro loco citato* tali pacto [*Dupliciter ſe habet peccatum ad voluntatem. Primo eam alliciendo ex vi oblatæ delectationis, vel vtilitatis, vt libidinis, auaritiæ, & ſimilia. Secundo eam vel non alliciendo, nec retardando, ſed quaſi indifferenter ſe habẽdo, vt ferre galerum viridem potius, quam pallidum: vel eam poſitiuè retardando, vt ieiunare, circumcidi, &c. Peccata primi generis præſumuntur commiſſa non ex eo quod peccator iudicet ei ſibi licere, vel alium ſimilẽ errorem, ſed ex carnis fragilitate, vehementiaque obiecti magis, vel minus iuxta obiecti, & peccatoris naturam. Peccata poſterioris generis iuſtè præſumuntur commiſſa ex vi alicuius notitiæ diuerſæ ab ordinaria, & erratæ conſiſtentis in mente peccatoris; ſiquidem non ex vi vehementiæ obiecti. Nam voluntas eo ipſo quod non mouetur à ſe, ſpreto nempe iudicio intellectus ſui ducis, intellectum conſulit, per eumque in actionibus indeficienter regulatur; ergo ſi obiectum non allicit, imo retrahit voluntatem, ad intellectum recurrendum eſt. Huc vſque Caſtro*] quẽ dicit Moura, quod alij vulgo ſequuntur, vt ipſe etiam facit; ſed vt verum fatear non video quo pacto hic diſcurſus, vt cũque alioqui optimus ſit, poſſit inſeruire doctrinæ ipſius; ſi enim ipſe docet quod qui binas contrahit nuptias committit factum de fide

21 22 23 24

ſu-

ſuſpectum; quo pacto colligit hoc ex diſcurſu prędicto Caſtrus; quin immo debet contrarium colligere; ſi enim qui binas nuptias contrahit poteſt ad id induci ex praua voluntate, voluptate, vel vtilitate allecta, nempe vel ex luxuria, vel ex cupiditate lucrandę dotis, nõ eſt cur ad intellectus errorem recurramus, quia *non probat hoc eſſe, quod ab hoc*
25 *contingit abeſſe l. non hoc cod vnde legitimi* vbi *gloſſ. in verb. quærendum litera H.* eadem verba affert.

Melius ergo in caſu noſtro procedamus ſi prædictas definitiones del Rio, vel Soti ſequamur; vt enim ipſemet *Moura eodem cap. numero* 8. diligenter aduertit non ſatis eſt ad excludendam præſumptionem hæreſis à talibus factis, ſi trahi poſſint ad aliud, quam ad mentẽ hæ-
26 reticam, nec quod poſſit ad aliud trahi ſufficit præcisè quod finis proximus talis operis ſiſtat in libidine, Auaritia, vel alio simili motiuo; si tamen ex fine remoto, vel alijs circumſtantijs operis, aut operantis ratio ipſa prudenter, & iuridicè poſſet inclinare in iudicium, quod opus oriatur potius, vel simul ex errore mentis; alioqui si hoc principium non admittamus, rariſſimũ eſſet factum, quod non inuoluens propoſitionem erroneam, induceret præſumptionem, & ſuſpicionẽ contra fidem, ſiquidem rariſſimũ eſt quod non poſſet exerceri, eiuſque finis obtineri abſque errore intellectus ſi mediocriter expendatur, & defendatur: alio qui ipſamet ſortilegia, & veneficia qualificara poſſent ex tali prætextu excuſari, & quod ſint aliqua opera natura ſua iuſtiſſimè fundantia tale iudicium, quod prouenient ex errore mentis indubitatum eſt apud omnes. quare ſit.

27 Firma conclusio negari non poteſt contrahentem binas nuptias ſimul, ſiue ad Bigamiam, ſiue ad Biuiriam pertinentes, eſſe ſuſpectum de fide ſaltem leuiter, videtur cõmunis conſenſus tum praxis Sanctiſſimi Tribunalis, in quo huiuſmodi delinquentes abiurant ſaltẽ de leui, tum Doctorum, & præter alios *Albert. de Agnoſc. quæſt.* 23. *nu.* 90. *Caſtri, Carrerij, Repertor. Roſellæ, Symanchas, Roias, Couar. & aliorum, quos refert Salzedo in pract. cap.* 80. *in tertia edit.* §. *nec illud* vbi communem, & veriſſimam vocat; & quos refert *Sanctarellus tract. de hæreſi cap.* 44. *dub. vnic. numero ſecundo.* Et ſatis etiam hæc Concluſio remanet probata ex præhabito diſcurſu de facto hæreticali.

28 Secunda Concluſio, circa an talis contrahens ſit ſuſpectus de leui, an de vehementi, vnaquæque Inquiſitio ſequatur praxim ſui Tribunalis, vt optimè aduertit *Diana tract. ſeptimo de pęnis delict. reſolut.* 4. apud quẽ vide citatos pro vtraque praxi Doctores; & de facto noſtrum Tribunal tenet, quod ſit ſuſpectus de leui. Inquiſitio vero Romana vt diximus, quod ſit ſuſpectus de vehementi, idque ex varijs fundamentis ſuprapoſitis; vnde non videtur indigere hæc concluſio maiori probatione, niſi quod ipſamet fundamenta ſuprapoſita recolantur.

29 Tertia Concluſio: ſi quid licet dicere in fauorem noſtri Tribunalis, probabilius videtur quod iſte talis ſit ſuſpectus de leui, quam de vehementi, & ratio in promptu videtur eſſe; quia in his, quæ ad carnem, & ſanguinem pertinent, videtur potiſſimum locum habere de prauata voluntas, ſoletque mentẽ excęcare, ita vt nullius conſilij ſit; quamuis non negem, quod aliquãdo vt ſuperiore libro diximus quod ipſa luxuria, & nimia hominum malitia eorum mentem ad errores de-

tra-

trahat, & ipſos Hæreſiarchas conſtituat iuxta illud vinum, & mulieres apoſtare faciunt ſapientes Eccleſiaſt. cap. 19. ab omni autem ſuſpicione huiuſmodi contrahentes nullatenus excuſantur; ex eo quod audent committere facinus ab Hæ
30 reticis approbatum, & ita ſolemniter ad praxim redactum; quod ex eo ipſo omnino deberet deterrere mentem ſide catholica bene inſtructam.

31 Quarta Concluſio, ſi quis plures quam duas contrahit nuptias, non ſolum eſt ſuſpectus de leui; ſed etiam de vehementi in noſtro Tribunali Hiſpanico. Probatur quia hic talis iterans illicitas nuptias magis abutitur Sacramento Matrimonij; atque adeo videtur maiorem ilius habere contemptum.

32 Vt probatur per textum *in cap. cum haberet propè finem* ibi *cum multiplicitas de eo, qui duxit in matrim. quã polluit per adult. Barboſa in collect. Doctor. in cap. cum tanto de conſuetud. num. 2.* vbi ait *ſi vero ſint ſucceſſiua, vt matrimonium prohibitum hæreſis, aut alia id genus, eo grauius coercendus eſt ex traditis per Tiraq. de pœnis temper. caſ. 29. numer. 3. & per conſequens maiorem; atque adeo de vehementi inducere ſuſpicionem.*

Reſtaret hic hos quatuor terminos declarare, nempe, quid ſit abiuratio de leui, & Abiuratio de vehementi, & quid ſuſpicio leuis in fide, & ſuſpicio vehemẽs ſed quia alibi fortè habebimus occaſionẽ explanandi, ne longius hæc quæſtio pertrahatur; ideo modo declarare omitto.

(:)(:)(:)

QVAESTIO SECVNDA.

An quando non conſtat, contrahẽtẽ duplex matrimonium errorem habere in intellectu, hic puniendus ſit per Inquiſitores, an vero remittendus foro ordinario? Et quid quãdo per torturam conſtat nõ erraſſe, &c.

SVMMARIVM.

1 *QVi binas nuptias contrahit in vnitate vinculi matrimonij præſumitur errare.*

2 *Plures nuptias contrahere prohibitum eſt a iure diuino, & euangelico.*

3 *Rationes ſuſpcionis explicantur, & quare in hoc foro examinentur.*

4 *D. Iacobus Simancas. Laudatur.*

5 *Domini Petri Gonzalez de mendoza S. R. E. Card. Encomium.*

6 *Referuntur verba Sim. & explicãtur.*

7 *Anota opinionis liberatur Doctiſſimus vir.*

8 *Ad grauitatem Tribunalis Sanctæ Inquiſitionis pertinet de minimis non curare.*

9 *Periculoſior hæreſis quæ circa carnis illecebras verſatur.*

10 *Oportet de qualibet hæreſis ſuſpicione inquirere.*

11 *Nõ immerito Romana Inquiſitio ita diligenter, contra huiuſmodi contrahentes inquirit, & eos ſeuerè punit.*

12 *Error in intellectu non facilè ex ſignis exterioribus, adæquatè cognoſcitur.*

13 *Ex ſola confeſſione difficile ſciri poteſt, cum omnes malitiã intentionis cẽlare poſſint.*

14 *Tortura in hoc delicto regulariter in noſtro Tribunali non eſt in vſu.*

15 *Ex his quæ præcedere debent torturã, animaduerſio in Simancas.*

So-

16 *Solum quando ſunt rei ex genere Ma-*
17 *hometano. Ab Inquiſitoribus ani-*
maduertendos ait ſimanca, ſed re-
probatur à Diana.

18 *Cognitio huiuſmodi delicti ad Inqui-*
ſitores pertinet, etiam ſi non con-
ſtet reum habuiſſe errorem in intel
lectu.

19 *Inquiſitores tam in vehementer, quã*
in leuiter ſuſpectos animaduer-
tunt.

20 *Etiam ſi per torturam conſtet taliter*
contrahentem ſi habere errorem in
intellectu adhuc Inquiſitorũ iuriſ-
dictioni ſubditur.

21 *Non ſemper per torturam omnis ſuſpi*
tio euacuatur.

22 *In Romana inquiſitione Bigamus tor*
tus, & negatiuus ſuper intentione,
adhuc abiurat de vehementi.

23 *Eminentiſſimus Cardinalis Scaglia*
laudatur.

24 *Facto fortius declaratur animus,*
quam verbis.

25 *Ex factis quis hæreticus Iudicari po-*
teſt.

ANtequam ad reſolutionem quæſtionis deueniamus, præmittendum quid ſentiendum de eo ſit; qui vt ſuperiori quæſt. diximus leuiter ſuſpectus de fide eſt, an per Inquisitores examinandus, & puniendus ſit?

1 Prima conclusio: taliter de leui ſuſpectus quia binas nuptias cõtraxit eſt per Inquisitores examinandus, & puniendus. Prima ratio eſt quia qui binas nuptias cõtrahit in vnitate vinculi matrimonij præſu-
2 mitur errare: atque cum matrimonium ſit Eccleſiæ Sacramentum, qui in eo oberrat per Inquisitores eſt examinandus, & puniendus. *c. ad abolendam in principio de hæretic.* Secunda Ratio eſt quod cum ſit à Iure Diuino Euangelico expreſsè prohibitum quod quis simul plures habeat vxores vt diximus iuxta illud *Matth. 19. & cap. gaudemus de diuort.* qui plures ducit, de facto videtur declarare ſentire id fieri poſſe; igitur ſuſpectus eſt de hæreſi; ac per Inquisitores examinandus, & puniendus. Tertia ratio eſt quia habere plures vxores eſt de ſecta à fide deuiantium ortodoxa, & Saracenorum prout in ſuo Alchorano habetur, ſentitque cap. gaudemus 15. quia vero pagani. Vnde qui sic binas nuptias contrahunt, ſuſpecti
3 de obſeruatione talis ſectę cenſentur, ac per conſequens de Apoſtasia à fide, & sic per Inquititores
1 erunt, & examinandi, & puniendi arg. *c. contra Chriſtianos de hæret. in 6.* quod cap. licet de trãſeuntibus ad
2 Iudæorum ſectam, diſponere videatur. eadem militat ratio in tranſeuntibus ad Saracenorum apoſtaſiam, & probat c. firmiſſimè de
3 hæret. noſtris etiam, & præteritis
4 temporibus, vt ſuperiore libro vidimus, hunc errorem amplexi sũt Lutherani, & Caluiniſtæ, & Anabaptiſtæ. Et denique quod hoc crimen poſſit in hoc foro examinari
5 firmauit ex antiquis *Domin. & Franc. in c. accuſatus §. ſane de hæret. num. 6. Felin. in dicto cap. abolendam in princ. Conra. Brun. lib. 1. de hæret. cap. 2. Alberti. de agnoſc. aſſert. quæſt.* 23.

4 Huic quæſtioni occaſionem dedit Dominus Iacobus Simanchas, qui de hoc ſcribendi genere de rebus ad Tribunal Sancti Officij pertinentibus benemerentiſſimus eſt, & videtur omnibus anteire; Id quod etiam libentiſſimè fateor, vt potè qui in eodemmet celeberrimo, & maximo Collegio Sanctæ Crucis, quod Valliſoleti à fundamentis erexit D. ac ſemper Dominus meus D. Petrus Gonzalez de Mendoza S.R.E. Cardinalis Toletanus Archiepiſcopus. Et inter quam plurima heroica facinora.

Hiſpa-

Hiſpanicæ Inquiſitionis inſtitutor, in hoc ſiquidem magnificentiſſimo Muſæo. (indignus quamuis) alumnus, literis operam dedi, in quo ille ſuæ clariſſimæ doctrinæ fundamenta iecit, eamdem hæreditario nomine gloriam mihi met ipſi conſequi, & auſpicari videor; at ingenuè etiam fatebor aliquantiſper in hac re dormitaſſe alioqui doctiſſimum virum. Sentit enim *in Cathol. inſtit. tit.* 4. aliquantulum diuersè à vero, & communi ſenſu, & quidem ſatis eſt adducere modo, quæ ad præſentem quæſtipnem faciunt. Cætera afferam poſtea *lib. ſequenti cap.* 3.

6 Habet ergo ipſe *loco cit. n.* 3. formalia verba [*videtur tamen quod Inquiſitores vſque adeò dumtaxat cognoſcere valeant, vt planè intelligant vtrum reus malè ſentiat de Sacramento matrimonij, vel non; quod vbi peregerint, functi ſint officio ſuo. Nam ſi conſtiterit reum in fide non aberraſſe, neque vnquam credidiſſe licere ſimul duas vxores habere, videtur quidē quod Inquiſitores vltra procedere nequeant. Nihilominus tamen conſuetudo inualuit, vt interdum reos iſtos puniant: ſed ea conſuetudine abuti nō debent. Nam ſi colore aliquo reus excuſetur à ſuſpicione hæreſis conſultius facient Inquiſitores, ſi cognitionem hāc Iudicibus ordinarijs reliquerint, &c.* eiuſdem tenoris *] nu.* 4. deinde habet huiuſmodi verba non diſſimilia, ita enim ait [*Tunc autem iure procedunt Inquiſitores cum de hæreſi ſuſpectus eſt reus, vel quia originem habet ex gente Mahomethanorum, vel quia palam duas duxit vxores. Nam priori caſu veriſimiliter præſumi poteſt quod legem ſequitur Mahometis, & poſteriori ſuſpectus eſt ipſo facto, quia malè videtur ſentire de Sacramento* Matrimonij, *qui publicè illud ſpernit, eoque abutitur. hucuſque Simanchas.*

7 Quæ verba profecto quouis ego pretio à tanto viro redimerē? à cuiue ore excidiſſe potius, quam prolata eſſe videntur. Immerito ſanè alioqui propugnator acerrimus Tribunalis Iuriſdictionem minuit in re ad ſanctiſſimam fidem ſpectante; quare cum illo pugnam ſuſcipere circa hæc omni iure cogor. Et primo diſplicet Dominus Simanchas in eo quod aſſerit, eo vſque iuriſdictionem Inquiſitorum extendi, quo ad intelligāt, & cognoſcant vtrum reus malè ſentiat de Sacramento Matrimonij, vel non; cæterum hoc peracto functos eſſe ſuo munere: ſi conſtet reum in fide non aberraſſe. Vt autem appareat huius propoſitionis falſitas interrogo ipſum Simācham vnde nam motus fuerit hæc pronunciare? Reſpondebit profecto quia ad grauitatem Tribunalis pertinere videtur vt ſolum ab eo graues cauſæ, & examinentur, & puniantur 8 *ex c. accuſatus §. ſanè de hæret. in 6.* vt ita apud omnes terrorē, & maximā infamiā huius fori punitio inducat, vt in noſtra Hiſpania hoc quotidie experimur; quæ deficeret ſi paſſim Inquiſitores quælibet etiam leuia punirent crimina.

Probatiſſima quidem mihi eſt hæc Tribunalis grauitas: at illud improbatum; hunc præſentem caſum hac grauitate carere. nam dicat mihi Dominus Simanchas: ſi quis talis criminis reus; nuptias illas licere aſſerat, erit ne talis caſus omni animaduerſione, & agitandus, & puniendus? vtique reſpondebit, Inquiſitores pro virili debere radicitus talem errorem extirpare, cum formalis hæreſis ſit, eoque periculoſior, quo illecebras carnis foueat, nutriatque. Hoc enim pacto poteſt latius diuulgari. qui ergo fit Doctiſſimè vir, vt ad te meus ſermo conuertatur, vt ab vno extremo ad aliud tam leuiter conuoles, vt leui etiam ſuſpicione eum libe-

liberes, de quo non conſtet in fide aberraſſe; neque conſtet credidiſſe licere ſimul duas vxores habere.

10 Quod ſi oportet exactè inquirere de qualibet hæreſis ſuſpicione ad impediendas fallacias cautelis plenas, quibus Hæretici ad extendendam ſuam peſtem vti ſolent; quanto magis hæc diligentia adhiberi debet in præſenti caſu, circa quem ita ſolemnis hæreſis tamque diuulgata verſari ſolet præſertim noſtris temporibus; vnde non immeritò Romana Inquiſitio diligentiſſimè contra huiuſmodi contrahentes inquirit, eoſque grauiſſimis pœnis punit, & abiurare facit de vehementi; etiam ſi non conſtet taliter contrahentem in fide aberrare, vel licitas binas nuptias credidiſſe; quare vehementer miror, in animum alicuius cadere potuiſſe, quod leuis, & inanis occupatio ſit de duplicato matrimonio inquirere, ita vt illa ſe expedire debeant facili negotio Inquiſitores.

Nec me mouet: quinimmo ſecũdò diſplicet quod Simãchas dicat, quod ſi conſtiterit reum in fide nõ aberraſſe; neque vnquam credidiſſe licere ſimul duas vxores habere; non debere Inquiſitores vltra

12 inquirere; cum enim de errore intellectus agatur; quo pacto id conſtare poteſt; nempe talem errorem non interueniſſe: ſummum negatiuè debebat loqui Simanchas; nimirum non conſtiterit (vt ego ſupra locutus ſum) errorem interueniſſe; ſed iam videbat Simanchas hoc pacto non habere vim eius propoſitionem, ſed locutus eſt affirmatiuè, vt efficaciorem redderet propoſitionem; ſed non reddidit veram; cũ enim vt ſuperiori quæſt. probatũ eſt factum ſit hæreticum, & in fide

13 ſuſpectum, ſemper in taliter contrahente remanet ſuſpicio, quod male ſentiat de matrim. & conſequenter de fide. Non enim conſtare poteſt, quod intentio praua, vel directa abſit à tali facto per ſolam confeſſionẽ ipſius; vnuſquiſque enim ad effugiendam pœnam poſſet virulentum animum cœlare; atque adeo ipſius rei confeſſioni ſtandum non eſt; poſſet quidem torturæ remedium ad-

14 hiberi ad hoc vt de intentione conſtet; ſed præter quam quod tortura in noſtro Tribunali nõ eſt in vſu pro ſimili ſuſpicione de leui; hoc remedium eſſet magis contra ipſum Simãchã; nã prius deberet dari delatio, informatio, accuſatio, Teſtiũ pu-

15 blicatio, rei defẽſiones; & ſuper his sẽtẽtia ad torturã; atq; adeo quaſi tota agitatio cauſæ ad ipſos Inquiſitores pertinebit priuſquã ad elicie dã intẽtionẽ iuridicè deuenirent.

Tertio diſplicet quod ait Simanchas; quod quamuis conſuetudo inualuerit vt reos iſtos interdum Inquiſitores puniãt; quod Inquiſitores ea conſuetudine abuti non debent, & quod ſi colore aliquo reus

16 excuſetur à ſuſpicione hæreſis, debent Inquiſitores reum ad Iudices ordinarios conſultius remittere. Diſplicet in hoc quod cum fateatur conſuetudinem inualuiſſe, vt Inquiſitores taliter contrahentes puniãt; adhuc ipſe hanc conſuetudinem tẽperare curet; quæ tamen ita rationabiliter inducta eſt vt ſupra oſtendi, & infra melius confirmabitur; in eo vero quod addit; quod ſi colore aliquo reus excuſetur à ſuſpicione hæreſis, Iudicibus ordinarijs remittatur; omnino ab errare à vero videtur, dũ colores à ſuſpicione hæreſis tam facilè admittit; quaſi vero deficiãt colores hæreticis; cõtrariũ potius debebat pronũciare Simãchas; nimirũ cauendũ Inquiſitoribus, ne colore aliquo quæſito huiuſmodi ſuſpicione facili negotio ſe liberẽt.

Quarto tandem diſplicet; quod etiã adnotat *Diana tractat. 7. de pœ-*

nis.

nis delict. p. 4. r. 4. in eo quod ait Inquisitores tunc posse procedere aduersus tales bigamos, quando sunt ex genere Mahometano, & quando palam duas duxetint vxo-
17 res. Et quidem in eo quod dicit de publicitate dupliçati Matrimonij satis ex dictis præcedẽte quæstione confutatur; quod nimirum non sit ea circumstantia magni momenti; præsertim quia post Concilium Tridentinum, vt diximus Matrimonia non dantur Clandestina, vbi Concilium receptum est. in eo quod dicit de Reo ex genere Mahometano, merito contra illum inuehitur *citatus Diana* dicẽs cautè legendum Simancham; quæ cautio meo quidem iudicio in omnia eius supra allata dicta optimè cadere potest, contra quem citat idem Diana *Seraphinum Freytam in additionibus ad Acugnam quæst. 2. nu. 32. & Farinac. de hæresi quæst. 178. num. 71. Homobonum in exam. Eccles. part. 2. tract. 11. cap. 7. quæst. 18. Roiam singul. 98. numer. 4. Guttier. in 99. Canon. lib. 2. cap. 8. num. 1. Henriquez lib. 2. cap. 2. numer. 3.* & alios quos citant, & sequuntur *Bobadilla in polit. lib. 2. c. p. 17. num. 152. in Gloss. litera A. & Barbosa de potestate Episcopi part. 2. alleg. 40. numero 44.* quibus adde *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 6. num. 37. Grassis lib. 5. Dec. c. 18. n. 16.* & alios relatos *à Sanctar. de hæresi c. 44. dub. vnic. numer. 2.* His positis sit.

18 Prima Conclusio: etiamsi non cõstet ita contrahentem binas nuptias habere errorẽ in intellectu, vel in fide errasse; adhuc eius cognitio ad Inquisitores pertinet. Et Ratio est quia taliter contrahens, vt supra diximus, suspectus est saltem leuiter in fide ex facto ipso, vt probauimus; ergo etiam si non constet de mala eius intentione per alia adminicula, quando potius ad vehementem suspicionem transiret, vt leuiter suspectus debet ab Inquisitoribus corripi. Id quod benè confirmatur ex *Freyta loco cit.* vbi loquens de Inquisitoribus quod possint taliter contrahẽtes agnoscere,
19 ita ait *[qui tam in vehementer suspectos, quam in leuiter animaduersionẽ habent cap. cum contumacia, cap. accusatus in princ. de hæret. in 6. & in dub. cognoscere possunt, vt benè resoluit illustriss. Auctor infra quæst. 5. n. 13. vbi videbis, neque obstat d. §. sanè, quo Doctiores decipiuntur, tum quia distinguendum est inter actum, qui per se suspicionem hæresis importat, & inter eum, qui hæresim sapit cum differant, vt explicabis infra quæst. 5. à n. 32. tum etiam quia si aliquo binubij casu fidei Censoribus animaduersio competit; in dubio ad ipsos cognitio competit, vtrum sua sit Iurisdictio ex Reg. l. si quis ex aliena ff. de Iudicijs explicabis quæst. 5. à num. 38. Hæc Freytas]* qui omnino legendus est *quæst. 5.* ab ipso citata. Nam ibi doctissimè respondet. ad *d. §. sanè ex c. accusatus de hæret. in 6.*

20 Secunda Conclusio: etiamsi per torturam constet taliter contrahentem plures nuptias, non errasse in fide, nec credidisse licitas; ad huc tamen iurisdictioni Inquisitorum subditur taliter contrahens, vt corrigatur, & abiuret de leui. Et Ratio videtur esse quia etiam si per torturam, accusationem, probationẽq; euacuet reus quoad prauã intẽtionẽ, nõ ita tamẽ perfectè vt ex facto
21 ipso hęretico; vt supra probauimus, quod tamẽ supponimus cõstare, nõ remaneat saltẽ leuiter suspectus; loquor in casu, in quo deberet ad torturã deueniri per nostrũ Tribunal, puta quãdo nõ binę tãtũ, sed ẽt plures cõtraherẽtur nuptię, vel si taliter cõtrahẽs esset ex genere Mahometano, vel ex regione tali hæresi infecta.

22 Et confirmatur noſtra concluſio ex praxi Romanæ Inquiſitionis ſecũdum quam bina matrimonia cõtrahens torquetur ſuper intentione & in ea quamuis reus tortus, & negatiuus ſit; abiurat tamen de vehementi ob ſuſpicionem ipſius actus materialis; & ita practicari aduertit *Eminẽtiſſimus Card. Sc glia* vniuerſalis Romanæ Inquiſitionis fulgentiſſimum iubar in ſua praxi manuſcripta.

23 Ex quo rectè deducitur, quod ſaltem *in noſtro Tribunali debet abiurare de leui. Cum citra controuerſiam ſit quod factum hoc contractionis binarũ nuptiarum, cum contra vnitatem Sacramenti matrimonij ſit, & de pertinentibus ad ritum Saracẽnorum, vel ad hæreſim Lutheranorum, & aliorũ hæreticorum*, de quibus ſupra; aptum ſit inducere ſuſpicionem ſaltem de leui.

24 Et confirmatur ſecundo ex hac ipſa ratione facti ipſius, in factis enim fortius declaratur animus, quã verbis, vt ait *c. ſtimant. 11. q. 3. l. Paulusff. rem nat. habe. §. ſeruius Inſtit. de rerum diuis. l. ſi tamen §. ei qui ſeruum ff. de edil. edic. l. reprehendenda C. de inſtit. & ſubſtit. C. ad audientiam C. dilecti filij de appell. el 2. Alex. conſ. 130. vol. 2. Deci. in c. cum autem n. 2 & 3. de reſcript. Caſſan. in conſuetud. Burgun. Rub. 10. n. 2. fol. 342. Neuiza in ſylua nuptiali lib. 6. n. 16. Thõ. Grammat. conſil. criminal. 12. n. 3. & voto. 10. n. 1. Tiraq. de retract conuẽt. ad finem tit. n. 76. Menoc. conſ. 1. nu. 264. & conſ. 5. n. 16. & conſ. 333. nu. 34.* & cum hæc ita ſint ſufficere videtur ſi teſtes de factis deponant, ſine eo quod confirment delati credulitatẽ; & ſi regulariter aliud ſit in
25 deponentibus de verbis, & ſunt pro iſta ſententia plura iura, quæ dicũt ex factis quem hæreticum eſſe iudicandum *c. cum contumacia c. filij. c. accuſatus §. ille quoque c. contra Chriſtianos de hæret. in 6. cap. final. 30. diſt.* ibi *qui pro quodam Religione ieiunauerint ſicut Manichæi*. Notãt id *Io. Andreas Archidiacon; & Domin. in dict. c. 2. de hæret. in 6. Aran. in cap. excommunicamus el 1. §. credentes num. 11. eodem tit. Turrecrẽ. in ſum eccl. lib. 4. cap. 4. & cap. 13. & nos Hiſpani habemus cap. 2. inſtruct. Hiſpalenſ.* ibi *ceremonias de Iudio, & cap. 2. inſtruct. matriti.*

QVAESTIO TERTIA.

Qualiter ſunt ſuſpecti contrahentes binas nuptias, ad actum tamen carnalẽ nõ deuenientes, & qualiter ſint habendi talia attentantes.

SVMMARIVM.

1 *Contrahẽtes binas nuptias ad actũ carnalem non deuenientes, tũt leuiter ſuſpecti.*

2 *Sententia Souſæ circa ſuſpicionem iſtius.*

3 *Sententia Albertini ex qua ratio decidendi deducitur.*

4 *Per contractum Binarum, vel pluriũ nuptiarum videtur quis malè ſentire de Sacramento.*

5 *Quid duplex matrimonium contraxit dupliciter ſe habere poteſt.*

6 *Si reſiliuit religione motus à ſuſpicione aliquantulum liberatur.*

7 *Sententia Philoſophorum circa vnitatem numericam applicatur ad explicandam talem ſuſpicionem.*

8 *Non effugit ſuſpicionem, nec pœnam ordinariam, quis quando non ſtetit per eũ quominus ad actus carnales nou deueniret.*

9 *In foro interiori idem eſt, in corde quam in opere delictum perficere.*

10 *In atrociſſimus attentãti delictum pœna irrogata, ac ſi conſummaſſet.*

11 *Crimen Bigamiæ inter atrociſſima cõnumerari debet.*

12 *Bigamus eſt aleuoſus.*

Deli-

13 *Delictum Bigamiæ inuoluit plures malitias præter ſuſpicionem contra fidem.*

14 *Quid ſit attentare delictum.*

15 *Qui duplex matrimonium attentat dupliciter ſe habere poteſt.*

16 *Qui matrimonium ſecundum attentauit ita, vt non ſteterit per eum conſumare in Romana Inquiſitione deleui abiuraret in Hiſpanica difficilior eſt reſolutio.*

17 *Deficiente declaratione particulari ad regulas generales recurrendum eſt.*

18 *In noſtra inquiſitione etiam deleui abiurare debet talis.*

19 *Sententiæ Philoſophorum circa attentatum delictum.*

20 *In alijs pœnis cum taliter attentatibus præter abiurationem mitius tractari debet.*

21 *In pœnis corporalibus infligendis perſonarum qualitates ponderari debent.*

22 *Qui Religione motus ſecundum matrimonium attentatũ non contraxit immunis eſt a pœnis Bigamis aſſignatis.*

23 *Mater per tranſitum ad ſecundas nuptias ſtatim deſinit eſſe tutrix, & per animum nubendi.*

24 *Sanctiſſimum Tribunal omnibus modis operatur, vt facilius aduocet delinquentes ad pœnitentiam.*

25 *Sententia Souſæ cum noſtra conciliatur.*

1 PRima Concluſio: contrahens binas nuptias, ad actum tamen carnalem non deueniens, ſuſpectus de fide leuiter: ita docet *Diana tract 7. de pœnis delictorum reſol.4.part.4.§.notandum eſt tamen, vbi citat Albertinum de agnoſcen. qu. 23.num.49.55.& ſequen.num.15. & 60.& 66. & Farinac.de delictis carnis q.140.parte prima num.24.& 30. Souſam in Aphoriſ.Inquiſ. lib. 1. cap. 35.num.5.* qui ait contrahens binas
2 nuptias ſuſpectus eſt de fide, poteſtque de illa interrogari, & quid de Sacramento matrimonij ſentiat, quamuis nullam vxorem carnaliter cognouerit etiam citat *Gomez ad l. Tauri 80.nu.27.*

Ratio autem noſtræ Concluſionis deſumi poteſt *ex Albertin. loco citat.* vbi ita ait *His igitur prælibatis venio ad pũctum propoſitæ quæſtionis, & dico cognitionem huius criminis ad Inquiſitores ſpectare, ſicut cæteras cauſas hæreticales, ſeu fidei ſpectare ſolẽt;*
3 *nam per huiuſmodi contractum plurium, ſeu binarum nuptiarum videtur contrahens malè ſentire de Sacramento matrimonij, tum quia inimicũ fidei Chriſtianæ eſt, quem multas vxores in ſimul habere, vt dicit textus in cap. gaudemus, quod eſt vnum de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ, vt latè ſcribit Gloſſ. & Doct. in cap. veniens de tranſactio: tum etiam quia facit directè contra inſtitutionem Sacramenti matrimonij in Paradiſo Terreſtri inſtituti quæ eſt coniunctio vnius maris cum vnica fœmina, non vnius cum pluribus fœminis, vt habetur Gen. 11. ibi adhærebit vxori, non vxoribus, & ibi erunt duo in carne vna non in pluribus, & vna coſta fuit in vnam, non in plures mulieres conuerſa, prout ſic exponit textus in dicto cap. gaudemus de diuortijs, etc. debitum de bigamis iuncto cap. 1. de voto lib. 6. Et ille dicitur malè ſentire de aliquo Sacramento Eccleſiæ, qui de eo aliter ſentit, aut docet, quam ſancta Romana Eccleſia prædicat, & obſeruat.* Ex qua doctrina toties ſupra repetita illud ex hoc
4 auctore notandum eſt quod non requiritur adhoc vt ſuſpectus in fide ſit, & ab Inquiſitoribus puniatur huiuſmodi Reus, quod matrimonia conſummentur; ſed ait quod per contractum plurium, vel binarum nuptiarum videtur male ſentire de Sacramento matrimonij; ſatis eſt ergo ex ſententia iſtius auctoris ſi duplex matrimonium contrahat, &

re vera

re vera ex dictis superiore libro patet quod ex tali contractu iam infertur iniuria Sacramento; vnde tota ratio suspicionis oritur.

5 Ad maiorem autem suprapositæ Conclusionis declarationem oportet ita distinguere: Dupliciter se habere potest qui duplex matrimonium contraxit publicè coram parocho, & testibus, ad actum tamen carnalem non deuenit; primo, vt ad istos actus non deuenerit religione motus, & ex timore Dei, ita vt quasi ab errore resipiscens, noluerit ad vlteriora progredi ne vitam Saracenorum, aut hæreticorum totaliter quo ad hoc pertinet, imitaretur, & in tali casu etsi eum penitus à suspi-
6 cione deleui non liberarem; eius tamen pœnas non mediocriter temperarem; & possem adhoc explicãdum adducere id, quod solent dicere philosophi de vnitate numerica. quamuis enim magis differat calor vt duo à calore, vt vnum, quam duo calores vt vnum; hæc tamen distinctio non excedit distinctionẽ numericam; ita quamuis plus sit inferre iniuriam Sacramento per ma-
7 trimonium consummatum, & maiores mereatur pœnas, quam per matrimonium ratum, attamen negari non potest quod iste talis sit suspectus intra latitudinem suspicionis leuis minus tamen, quamsi per matrimonium cõsummatum suspectus esset.

Secundo modo potest quis non deuenire ad actus carnales non ex consilio, vel prudentia, sed ex aliqua occasione externa ex eo scili-
8 cet quod impeditus fuerit tales actus exercere, & hic quamuis ad actus carnales non deuenerit, non ideo tamen minus redditur suspectus: vel minores commeretur pœnas; nam per ipsum non stetit quin iniuriam inferret Sacramento totaliter quia ille qui impeditus non consummauit perfectè delictum deueniendo ad actum ita proximũ, non solum in foro interiori, in quo
9 absque dubio idem est in corde, quam in opere delictum perficere iuxta *Matth.* 15. *qui viderit mulierẽ ad cõcupiscendam eam iam mœchatus est in corde suo*; verum etiam in foro publico, ille namque; qui ob impedimentum non consummat delictum, illi imputatur, & irrogatur
10 pœna acsi consummasset saltem in atrocissimis; vt tenent *Farinac. qu.* 17. *& latius quæst.* 126. *tit. de homicidio, & quæstione* 122. *num.* 14. *& qu.* 123. *& in alijs quamplurimis locis Ondedeus cons.* 98. *num.* 9. *lib. primo cons.* 108. *num.* 51. 56. *Menocch. de arbitr. casu* 360. *Gabriel de maleficijs conclusione prima per totam, qui plures citat Caball. casu* 152. *Mastrill. decis.* 135. *lib.* 2. *& decis.* 293. *lib.* 3. *Castill. decis.* 186. *nu.* 8. 9. *cum sequent. lib.* 2. quod vero crimen Bigamię inter atrocis-
11 sima connumerari debeat saltem in sententia eorum, qui tenent, abiurationem de vehementi indicendam esse tali delinquenti clarum est, cum vehemens suspicio atrocitatem inducat, & ratione obiecti, quia est contra fidem, videtur quod Bigamia inter atrocissima crimina connumeranda est iuxta doctrinam à nobis traditam *in primo libro*, vbi de grauitate huius delicti sermonem fecimus, & nunc addo, quod *Narbona notauit lib.* 4. *tit.* 5. *de la Iurisd. real super concordatis lib.* 20. *glos.* 12. *num.* 66. 53. in hoc delicto Aleuosiam reperiri; atque ideo bigamus Aleuosiæ pœnam inter alias
12 incurrit, & quod in hoc delicto vt grauissimo non suffragari familiari forum, si aliàs cognitio huius criminis Inquisitoribus non fuisset cõmissa; & certè in hoc delicto inueniuntur plures malitiæ, præter suspicionem contra fidem. nam taliter
13 delinquens committit adulterium,

quod

quod de perſe eſt crimen grauiſſimum, & ſacrilegium, quod inter atrociora connumeratur *ex Farinac. qu.* 18. *de delict. num.* 60. *& Gigãte de crimine læſæ Maieſtatis lib.* 21. *Rubr. quomodo, & per quos crimen læſæ Maieſtatis qu.* 15. *num.* 16.

14 Modo vt de attentantibus aliquid afferamus præmitto etiam diſtinctionem omnino attendendam; & prius explico quid ſit attentare duplex matrimonium contrahere. quod ex doctrina aliorum criminũ colligi poteſt; nã attentare dicitur in ſentẽtia *Baldi cõſ.* 294. *in princ. lib.* 1. quando delictũ imperfectũ eſt, & requirit poſt ſe conſũmationẽ: v.g. attentare dicitur homicidium; qui conatus fuerit illud committere omnibus vijs; illud tamen de facto non commiſerit ex aliqua occaſione. puta ſi parauit quis ſcoplum, & direxit erga illum hominem, quẽ intendebat occidere; non tamen ſecuta fuerit accenſio, & exoneratio ob fiſtulæ fallaciam, emiſſo tamen, ac ſoluto rotæ artificio. Ita attentare dicitur duplex matrimonium, qui poſt primum ritè contractum, ſecundum conatur inire, nimirum ſponſalia celebrando, & ad denunciationes in Eccleſia deueniendo, &c. ad ſecundum tamen celebrandum ex aliqua impeditus occaſione, non deuenit. Hoc præmiſſo deuenio ad diſtinctionem propoſitam.

15 Dupliciter ſe habere poteſt qui duplex matrimonium attentat, alterto modo vt qui attentarit duplex matrimonium committere; quamuis prius in animo habuerit dictum duplex matrimonium committere; ex ſe tamen deſierit tale facinus proſequi, & ad vlteriora non proceſſerit: altero vero ita attentarit vt omnino proſequi voluerit quantum ex parte ſua fuit, ex aliqua tamen externa occaſione præter intentionẽ fuerit retentus, vltra progredi. Et hac poſita diſtinctione ſit.

16 Secunda Concluſio: qui ſecundo modo duplex matrimonium attentauit, ita vt per ipſum non ſtetterit in Romana Inquiſitione abſque dubio deleui abiuraret: in noſtra vero eſt maior difficultas, quæ ita præſſit Dianam loco citato, vt optaret quod à ſummo Senatu de hac re decisio proficiſceretur; & meritò quia expreſsè talem declarationem non habemus; ſed deficiente declaratione particulari ad regulas gene-
17 rales recurrendum eſt, vt aduertit *Ancharan. conſ.* 26. *num.* 2. *ibi ceſſante prouiſione hominis, vel ſtatuti, reponitur quis in Iure communi ex l. ſed, & milites in princ. de excuſat. tut. & l. ſi cum dote in princ. ff. ſolut. matrimon.* & ideo dicendum puto quod ſi iſte talis attentans modo dicto duplex matrimonium, ad actus ita proximos deuenit, vt rectè ſuſpicio fundaretur, quod per ipſum non ſtetit quò minus perficeret matrimoniũ; in tribunali noſtro etiam puniri debet iuxta vulgata Iura tractantia de
18 attentatis; & habemus *ex l. Diuus ff. eodem*, & ibi notata per *Accur. littera M.* voluntate nempe maleficia metiri, non exitu, quod, & *Cicero pro Milone* prædixerat *non facta, ſed Cõſilia legibus vindicari. Seneca* quoque *in controuerſ. ſcelera quamuis extra exitum ſubſederunt, puniri. nam dixit alter iniuriam qui facturus eſt iam facit.* Habemus etiam *ex l. quiſquis C. ad l. Iuliam Maieſtatem* latè *Cuiacius in l.* 1. *ff. quod quiſq; Iur. & lib.* 5. *obſeruat.* 25. *Duaren. ad tit. de pœnis cap.* 2. *Gomes var. cap.* 3. *num.* 5. *lib.* 3. *Menoc. caſu* 360. *Couarr. in clement. ſi furioſus* 2. *part.* §. 1. *num.* 6. *Ceuall. qu.* 540. *Farinac. quæſt.* 124. *D. Solarzan. lib.* 2. *de parr. cap.* 16. *copioſe Marſilius in l. vnica C. de raptu virg. num.* 254.
19 *& Iulius Clarus hanc ſupradictam diſtinctionem ſequitur* §. *de raptu num.* 453.

4. ſcil. ſi raptor nõ cognouit raptã, quia nolit, mitius puniendus eſt, ſi verò non cognouit quia non potuit plectendus eſt grauiter, & *Seneca lib. 5. de beneficijs cap. 14. Iatro eſt etiam antequam manus inquinet, quia ad occidendum iam iam armatus eſt, qui habet ſpoliandi atque occidendi voluntatem, exercetur, & aperitur opere nequitia, & in lib. de conſtant. cap. 7. poteſt aliquis nocens fieri quamuis non nocuerit: aliquis mihi venenum dedit, ſed vim ſuam remixtam cibo perdidit; venenum illud dando ſcelere ſe obligauit etiamſi non nocuerit, & Iuuenal. Sat. 13.*

Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllum.
Facti crimen habet.

20 Ad concluſionem hanc ſecundam addo præterea quoad pœnæ inflictionem quod ſecundum malitiæ præſumptionem procedendum eſt; etſi iſte talis non deſiſtit ex voluntate; cum aliàs fuerit malæ vitæ, & contra ipſum aliqua alia ſuſpicio oriretur; Ego fortè indicerem illi abiurationem de leui; licet in pœnis temperantius procederem; atque adeò non ad triremes, ſed ad exilium, & non fuſtibus cæderem, ſed publico dedecori exponerem, vel has pœnas rurſus minoraſsẽ attenta qualitate perſonæ, & alijs circunſtantijs, vt infra videbimus, quando de pœnis præcipua erit tractatio, ſed loquor modo in illo, qui integram pœnam tali delicto inflictam meretur, puta hominem plebeium, in quo totus pœnæ rigor executioni mandaretur, quia ſi nobilis fuiſ-
21 ſet taliter quod alias in integro delicto triremes, vel fuſtigationem euaderet, in hoc attentato mitiſſime puniendus eſſet maximè in pœnis corporalibus. Ad id quod addit *Diana loco citato*, quod ſcilicet ſequeretur quod delictum attentatũ puniretur, vt conſummatum iam patet ex dictis quòd aliquo modo temperantur pœnæ; & aliunde quãdo per delinquentem non ſtat: pœnas non adeò remittendas, & præſertim in ijs, quæ ad atrociſſima delicta aliquo pacto pertinent, & quoquo modo reducuntur, vt ſupra notatum eſt.

22 Tertia Concluſio qui primo modo duplex matrimonium attentauit; ita vt poſt primum ritè contractum ſecundum in animo habuerit etiam celebrare, & ad aliquos actus proximè deuenerit; religione tamẽ motus deſtiterit deinde celebrare. In Inquiſitione Romana fortè deleui abiuraret, & leuiſſimas pœnas ſuſtineret, & in noſtra Inquiſitione omni prorſus pœna, & abiuratione liberatur, vt potè qui ante delictũ perfectum ex ſeipſo reſipiſcens, omnem purgat malitiam, ſuſpicionẽq; etiam leuem à ſe remouet.

23 Nec obſtat huic noſtræ Concluſioni quod in matrimonio puniatur affectus, vti habetur ea iuris concluſione, qua regulariter diſponitur, quod mater per tranſitum ad ſecundas nuptias, ſtatim deſinit eſſe tutrix, ex quo valdè ſuſpecta efficiatur contra eius filium, quod quidem adeò legibus odioſum eſt, vt nedũ per tranſitum ad ſecunda vota, tutelam filij amittat, ſed ſtatim ac animum habuit nubendi, & allegaret ſe velle nubere, licet effectualiter non nupſerit, tutelam amittit. ita ex doctrina *Barth.* qui hoc valde notabile affirmat *in l. ſi quis ſub conditione nũm. 28. ff. de Teſtam. tut. & Deci. ex cap. ex parte nu. 29. de appellat.* concludit ex pluribus *Carrotius in diſtinctione 129. num. 7. & 8.* ratio
24 quare non obſtet eſt; tum quia vt diximus ex ſpõtanea reſipiſcẽtia omnem purgat malitiam, ſuſpicionemque de hæreſi: tum quia aliquid etiam debetur ſolitæ miſericordię, qua teneri ſolet noſtrum Tribunal,

vt ita

vt ita facilius aduocet ad reſipiſcentiam delinquentes. Et huc pertinẽt quę Iura,& DD.dicta mitius de delicto attentato loquuntur. Huc etiã facit ſententia Bartholi adducti à gloſſa, qui videtur innuere noſtram diſtinctionem Antinomiam ab Accurſio ibi allatam conciliando: vbi habetur quod ille potuit delictum perficere,& noluit; ille vero voluit, & non potuit.

25 Nec obſtare videtur noſtrę ſecũdæ Concluſioni *Souſa in Aphoriſm. Inquiſit.lib.primo cap.35.num.6.* vbi tenet contrahentem matrimonium cum prima,& ſponſalia cum ſecunda, non eſſe ſuſpectum de fide, nec poſſe puniri ab Inquiſitoribus, ſed ab Epiſcopo. nam optimè Souſa conciliatur cum noſtra tertia Concluſione, quare non eſt contrarius ſecundæ.

QVAESTIO QVARTA.

Quid ſentiendum de contrahente ſponſalia tantum,& carnaliter cognoſcente vtrunque coniugem.

SVMMARIVM.

1 *ANte Concilium Tridentinum ſponſalia per verba de futuro copopula conſũmata erant matrimonium.*

2 *Mens concilij fuit obuiare fraudibus matrimoniorum.*

3 *Iura quæ fauent matrimonio ſunt fauorabilia, & habent plura ſpecialia in iure.*

4 *Non obſtante prætextu ſe nolle per coitum matrimonio conſentire quis ligatus remanet copula ſubſecuta.*

5 *Statuta punientia matrimonia clandeſtina nõ ligant cõtrahentes per verba de futuro, & ea copula confirmantes.*

6 *Diſcrimen ante, vel poſt Concilium Tridentinum circa ſponſalia.*

7 *Auctores contra iũ tenentes referũtur.*

8 *Rationes in fauorem noſtræ ſententiæ.*

9 *Sententia Auguſtini, Barboſæ verior.*

10 *Poſt Concilium Tridentinam ſpõſalia de futuro corã Paracho, & teſtibus copula coram eis ſubſecuta, tranſeunt in matrimonium.*

11 *Mutuus conſenſus coniugũ de præſenti ſufficienti ſigno, manifeſtatus coram Parocho, & teſtibus conſtituit matrimonium.*

12 *Quamuis ſponſalia ſint coram Parocho,& teſtibus ſi copula eſt, clandeſtina non tranſeunt in naturam matrimonij.*

13 *Neque ſi ſponſalia, & copula ſint corã diuerſis parochis, & diuerſis teſtibus ſunt hodie verum matrimoniũ.*

14 *Qui coram eodem parocho, & eiſdem teſtibus cum coniuge copulatur corã quibus ſponſalia celebrauit eſt reus delicti Bigamiæ.*

15 *Duplicia ſponſalia contrahens non videtur ſuſpectus de fide, & ideo Iudicio ordinario Eccleſiaſtico relinquẽdus eſt.*

16 *Concubitus cum ſponſa de futuro non habetur pro adulterio.*

17 *Definitio adulterij à D. Th. tradita.*

18 *Concubitus cum ſponſis de futuro non eſt circunſtatia neceſſario cõfitẽda.*

19 *In ſententia Sanchez quando concubitus accidit, ex parte ſponſæ mutat peccãti ſpeciem.*

20 *Per ſponſalia de futuro nõ punitur ille qui matrimonium contrahere eſt prohibitus.*

21 *Beneficiatus qui matrimonium contrahit etiam non ſecuta copula ammittit beneficium.*

1 ID quod huic quæſtioni occaſionẽ dare poteſt, eſt quia cũ, quis ſpõſalia per verba de futuro cõtrahebat,eaq;copula conſũmabat ante Concil. Trident. decretũ, nulli dubiũ erat eſſe matrimoniũ *c.veniẽs 2. c. is qui fidẽ de ſponſ. & §. vnico §.idẽ quoque de deſponſat. impuberum in 6.*

& quod per hunc textum *cap.15.qui fidem* probetur ſponſalia de futuro per copulam ſubſecutam tranſire in naturam matrimonij aſſerunt *Couarr. de ſponſal. p.1.cap.4.§.1.num.2. cum ſequent. Tiraqu. de retractu conuent. ad finem tit. nu.77. victoria de Sacram. nu.241. cum ſequen. Gregor. Lop. lib.3. verbo* con ella, *& l.8. verbo* mas en todas *tit.1.par.4. Palat. in repert. rub. de donat. inter virum, & vxorem* §.4. *num.4. Franc. Leo in theſ. fori Eccl. part.2.c.p.9.nu.18. Maſcard.* 3 *de probat. Concl.127. Franc. Molina de ritu nupt. lib.1. comp.10. nu.10. & comp.12. num.15. Menoch. lib.3. præſumpt.1. num.6. cum ſequent. Guttier. de Iuram. confirm. p. prima cap.51. nu.12. & de matrim. cap.27. num.4. Valer. Regin. in praxi fori Pœnit. lib.31. num.20. verſ.3. & plures per Cened. ad decret. Collect.131. num. primo.* Eſt enim à Iure præſumptio orta quod iſti affectu marital i ſe miſcuerint, & 4 ſuper hac præſumptione diſponit; ſicque hæc præſumptio eſt Iuris, & de Iure, vt *gloſ. in d.cap.15. qui fidem aſſerit*, & notât *Abb. & Felin. in cap. quanto de præſumpt. latè Alciat. in tract. præſumptio. in princ.*

Poſt decretum vero *Concilij Tridentini de reform. matrim. ſeſſ.24. cap.* 1. dubium videtur, & ex vna parte quod illa ſponſalia per verba de futuro non efficiantur matrimonium etiam copula ſubſecuta ſi celebrentur ſine ſolẽnitate requiſita in ſponſalibus per verba de preſenti; probatur quia cum mens dicti decreti 5 fuerit obuiare fraudibus, & damnis, quæ ex matrimonijs furtim celebratis quotidie oriuntur ſi decretum illud non intelligeretur in iſto modo contrahendi matrimonium, non eſſet omnino huic dam-
2 no prouiſum; imo nullo modo, eademque damna ex talibus orirentur matrimonijs, & ſic inane prorſus eſſet illud Sanctiſſimum decretum, quod Patres conſideraſſe cum id decreuerunt, videtur credendum eſſe, & ſic voluiſſe tam in vno caſu, quam in alio eſſe dictã ſolemnitatem neceſſariam.

Ex alia vero parte contrarium videtur tenendum quia cum dictum decretum ſit Iuris correctorium, non debet ampliari ad non expreſſa in eo; maxime quod Iura, quæ volunt ſponſalia prædicta ſecuta copula effici matrimonium ſunt adeò fauorabilia quod plura ſpecialia in Iure habent: primo, vt quamuis metu copula ſit ſecuta, adhuc ſponſalia trãſeant in matrimonium de præſenti, & ſi alias vt dicemus, matrimonium metu contractum non valeat. Ita hanc ampliationem aſſignat *Hoſtienſ. in dicto cap.15. qui fidem, & Palud. in 4. diſtinct.29. quæſt.1. art.4.* ſecũdo quod etſi proteſtetur ſponſus ipſa ſponſa præſente, & conſentiente, ſe nolle per coitum matrimonio conſentire; nihilominus iudicandum eſt tale eſſe matrimonium copula laudatum, & firmatum, ita dicit *gloſſ. in cap. per tuos de condition. appo. quam ſequuntur Abb. num.2. Felin. num.80. Ripa num.93.* qui eam dicit eſſe communem *in cap. cum inde conſtit. Iaſ. in lege non ſolum §. morte num.14. ff. de noui ope. nun. Menoch. dictæ præſumption.1. num.15. Maſcard. concluſion.* 1027. *num.11. Guttier. dicto cap.51. num.14.* & hæc ſententia videtur de mente *Card. in dicta cap.15. qui fidẽ, & Felin. in Rubric. eiuſdem tit. nu.2.* ſtatuta punientia matrimonia clandeſtina non ligare contrahentes per verba de futuro, & ea confirmantes copula.

His poſitis quæſtio noſtra poſſet conſtitui, vel ante Concilium Tridentinum, vel poſt Concilium ſi loquamur ante Concilium: in

tali

tali caſu videtur omnino dicendum, quod ſi quis contraxiſſet iam prima ſponſalia, & ea copula confirmaſſet: quo caſu tranſibat ante Concilium Tridentinum in naturam matrimonij: ſi deinde de nouo ſponſalia contraheret per verba etiam de futuro, & ea copula laudaret; quandoquidem ſi primum iam contractum non eſſet; tranſiret in naturam mattimonij; atque adeo valeret: reus huius criminis tunc temporis cenſendus eſſet, & per Inquiſitores examinandus. Et idem dicendum videtur in ſententia eorum, qui adhuc poſt Concilium Tridentinum putant, vt ſupra retulimus in ſecunda parte difficultatis; quod ſponſalia per verba de futuro per copulam ſubſecutam tranſeunt in naturam matrimonij abſque ſolemnitatibus à Concilio requisitis; quæ ſententia præter quam quod eius contrarium tenet *Doctor Nauarrus in manuali latini ſermonis capit. 25. numer. 144. apertius c. 27. nu. 141. verſ. quinto quod non occurrunt, Antonius Cucus lib. 5. Inſtit. maior. tit. 11. nu. 105. Perez lib. 8. ordin. tit. 15. l. 2. fol. 289. verſ. Infertur etiã, lib. 5. tit. primo l. 1. fol. 41. ante verſic. ſecundo corrigitur Menocch. de præſumpt. lib. 3. præſump. prima num. 99. Guttier. dicens ſic declaraſſe Cardinales quæſt. Canon. lib. 1. cap. 18. nu. 4. & de Iuriſtis 1. p. cap. 51. num. 12. 13. & 14. Maiolus de Irreg. lib. 1. cap. 5. num. 9. Spino ſpeculo teſtamenti gloſſ. 15. nu. 53. 84. & 62. Azebedo eodem titul. 1. lib. 1. nu. 29. & 37. Albornoz de arte contractuum lib. 4. tit. 8. Segura directorio Iudicum 2. par. c. 15. n. 40. & ex Theologis Vera Crux prima p. ſpeculi art. 20. in fine, & appendice dub. 9. in fine Cordubæ ſumma qu. 52. in fine, Henriqu. lib. 11 de matrim. cap. 3. nu. 7. Petrus de Ledeſma de matrim. q. 45 art. 5. pun. 2. dub. 4. fol. 181. colam. 1. Viualdus Candelabro primâ part. de ſponſal. c. 4. n. 29. Philiarc. de off. Sacerdotis to. 1. p. 2. lib. 2. c. 1. Angles Florib. p. p. q. de eſſentialibus matrim. art. 4. difficult. 6. fol. 536. Capua lib. 4. deciſ. cap. 23. num. 15. Ludou. Lop. 2. part. Inſtructorij de matrimonio cap. 39. fol. 1061. colum. 1. Bartholom. à Ledeſma de matrim. dub. 8. ad finem, Manuel. 1. tom. ſummæ 2. edit. c. 244. num. 10.* & omnes, vt ait *Sanchez*, qui hos ſupradictos citat, & ſequitur *lib. 3. de conſen. clandeſtin. diſp. 40. nu. 3. Item Pontius lib. 12. cap. 5. num. 5. Franc. Molina comparat. 50. a. num. 13. Menocch. præſum. p. lib. 4. n. 99. Maſcard. con. 129. n. 7.* Præterquam quod in quam prædicta ſentẽtia habeat hos omnes Auctores contrarios nullo modo videtur poſſe ſubſiſtere. Nam vt ait *Sanchez loco citato*, Hodie autem per *Tridentinum Seſſ. 24. cap. 1. de matrimon.* ceſſarunt hæc matrimonia præſumpta, & hæc nec ſponſalia, nec matrimonium de præſenti inter impuberes tranſeunt in verum matrimonium per copulã, vel alios actus occultè habitos. Et ratio, quę omnem dubitationem excludit, eſt quia ſi conſenſus expreſſus, & verus hodie non conſtituit matrimoniũ, niſi præſtetur coram Parocho, & teſtibus vt definitur *d. cap. 1.* à fortiori iſte conſenſus virtualis implicitus, & interpretatiuus, præſumptuſque id non efficiet; Et hæc ratio confirmatur alia ratione à nobis ſupra poſita pro prima parte, quia ſcilicet hoc pacto nullum, & inane redderetur decretum illorum Patrum.

Nec valet ratio pro ſecũda parte quia ſcilicet cum decretum ſit Iuris correctorium; non videtur debere extendi ad non expreſſa. Nam reſpõdetur, quod cũ à fortiori militet ratio in cõſenſu interpretatiuo, quã in expreſſo, videtur ad illũ casũ debere extẽdi eius inhibitio. Grauitas etiã rei, & maturitas, qua id tractatũ, & diſcuſsũ eſt: ſenſus etiã cõmunis

DD. & praxis ipſa ita hanc doctrinam ſuadere videntur, & nullo pacto videatur relinqui locus contrarium ſentiendi vnde merito *Auguſtinus Barboſa poſt Concilium Tridentinum in collect. d. Ctr. in lib. 4. decretal. de ſponſal. & matr. tit. 1. in dicto cap. 15. qui fidem* 30. ait quod ſententia quod poſt Concilium Tridentinum ſupradicta ſponſalia non tranſeant in naturam matrimonij, eſt receptiſſima; vnde DD. noſtri Hiſpanici vnico ore cēſuerunt textum in præſenti ſublatū fuiſſe Tridentini Concilij decreto *in dicto cap.* 1. aſſeritque quod audacius quam parſit cōtrariam ſententiam tenuerunt *Ioan. Petr. Rimi conſ. 61. nu. 33. Triuis. deciſ. 20. nu. 4. lib. 1.*

10 Solum ergo poſſet habere locum diſcurſus ſecundæ partis poſt Concilium Tridentinum ſi ſponſalia de futuro contracta ſint coram Parocho, & teſtibus, & deinde coram eodem Parocho, & teſtibus ſubſequatur copula, nam tali caſu videtur omnino Ius antiquum manere illæſum; atque adeo tranſire ſponſalia in matrimonium, verum quidē ſi animo coniugali copula ſubſequatur; præſumptum vero ſi animo fornicario, ita vt probata copula, & ſponſalibus præſumeret Eccleſia matrimonium hodie poſt Tridentinum, cogeretque ad illud, ſicut ante Tridentinū cogebat. Et ratio efficaciſſima videtur quia mutuus conſenſus coniugū de præſenti ſufficiēti ſigno manifeſtatus corā Parocho, & teſtibus conſtituit matrimoniū: ſed eodem pacto ſe habent illa ſponſalia corā Parocho, & teſtibus per

11 copulā corā Parocho, & teſtibus cōfirmata; ſunt enim ſignum ſufficiēs conſenſus de præſenti coram Parocho, & teſtibus; ergo efficaciſſima ratione hodie tranſeunt in matrimonium, ſicut ante matrimonium trāſibant.

Dixi quod tum ſponſalia de futuro; tum etiam copula debent eſſe coram Parocho, & teſtibus; nam ſi

12 ſponſalia eſſent coram Parocho, & teſtibus; copula vero eſſet clandeſtina, non tranſirent in naturam matrimonij, quicquid ſubobſcure dixerit *Palacios 4. d. 18. diſp. p. fol. 629. colum. 2. verſic. At vero.* & ratio eſt quia Parochus, & teſtes non poſſent teſtificari niſi de ſponſalibus de futuro; atque adeò non haberent aliā vim, niſi ſponſalium nam ſolemnitas Parochi, & teſtium debet cadere ſupra totum id, quod requiritur ad conſtituendum matrimonium de præſenti ea autem non ſunt ſola ſponſalia de futuro, ſed etiam copula, ergo, &c.

Dixi quod ſponſalia, & copula

13 debēt eſſe coram eodem Parocho, & iiſdem teſtibus; quia ſi ſponſalia eſſent coram vno Parocho, copula vero coram alio, & coram diuerſis teſtibus eſſent ſponſalia, ac copula; neutri poſſent teſtificari de matrimonio, ſed alteri de ſponſalibus; alteri vero de copula.

Stando igitur in caſu hoc vltimo modo poſito: ſiquis poſtquam ſponſalia celebrauit per verba de futuro coram Parocho, & Teſtibus, & deinde coram eodem Parocho, & iiſdem teſtibus copula confirmauit (quod quo pacto in praxi accidere poſſit, videant alij: profecto DD. ſupra citati hunc afferunt caſum) ſi deinde alia de nouo ſponſalia celebret cum eadem ſolemnitate adhibita in tali caſu ſit.

14 Prima Concluſio: huiuſmodi delinquens eſt criminis Bigamæ Reus, & ſuſpectus de hæreſi leuiter, vel vehementer iuxta alias circunſtantias, alijs quæſtion. hoc libro allatas; ſi nimirum eſſet ex genere Mahomettano, &c. & examinandus, & puniendus per Inquiſitores iuxta delicti modum. Hæc concluſio

ſio non alia indiget noua probatione, niſi illa, quam adduximus ad probandum quod qui contrahit duplex matrimonium eſt ſuſpectus de fide, &c. Nam cum hæc ſponſalia hoc modo celebrata tranſeant in naturam matrimonij, & ſint verũ matrimonium, iam patet quod qui talia ſponſalia celebret copula ſubſecuta, ſi illa iteret, iam iniuriam irrogat ſacramento, dum quantum ex ſe iterum ea celebret, quæ ſatis eſſent ad matrimonium conſtituendum: ſi alia ſponſalia antęa celebrata non eſſent; qui in matrimonium tranſierunt; ſi vero huiuſmodi ſponſalia quis clandeſtinè contrahat cũ aliqua muliere; & deinde copula ſubſequatur publica, vel clandeſtina, vel è contra: ſi deinde cum alia fęmina iterum ſponſalia contrahat copula etiam ſubſecuta, vel publicè. vel clandeſtinè in tali caſu ſit.

15 Secunda Concluſio: huiuſmodi duplicia ſponſalia contrahens non videtur ſuſpectus de fide, & per conſequens neque ab Inquiſitoribus examinandus, nec puniendus: eſto in huiuſmodi ab Ordinario aliqua pęna animaduertendum. Et hoc in caſu habet locum doctrina *Dianæ tract. 7. par. 4. reſolut. 4. §. notandum eſt tamen.* Et ratio eſt quia cum in tali caſu non interueniat matrimonium, non irrogatur iniuria Sacramento; atque adeo deeſt fundamẽtum ſuſpicionis quod malè ſentiat de Sacramento, & tantum abeſt vt in talibus ſponſalibus intetueniat

16 matrimonium, vt concubitus cum ſponſa de futuro non extimetur Adulterium, vt docent *Gloſſ. capit. quidam deſponſauit verb. ſed Mœchus 27 quæſt. 2. Anton. ca. diſcretionem nu. 6. de eo qui cogno. conſanguin. & ibi Card. nu. 1. Anan. c. 1. de adult. nu. 2. in fine, Felin. Rubr. de ſponſ. n. 1. in princ. Couarr. 4. decretal. 1. par. ca. 1. nu 8. Greg. Lopez part. 9. tit. 1. immediatè ante l. 5. Anton. Gom. l. 80. Tauri num. 47. verſ. dubium tamen eſt, Anton. Cucus lib. 5. inſtit. maiorũ tit. 10. nu. 4. Cantera in ſuis quæſtionibus criminal. ſub §. de adulterio num. 26. Iulius Clarus lib. 5. receptarum §. Adulterium, verſio. ſed hæc omnia Cõſtanus de ſponſal. tit. quid ſint ſponſalia nu. 16. & 17 habetur tom. 9. tractuum, Alex. Carrerius lib. 1. de ſpõſal. cap. 3. in fine; Habetur eodem to. 9. Perez. lib. 5. Ordinam. tit. 1. lib. 1. §. Item deducitur Azebedo lib. 8. recopil. tit. 20. lib. 3. nu. 3. & ex Theologis Hẽriquez lib. 11. de matrim. cap. 13. nu. 4. Viualdus Candelabro Sacram. 1. par. materia deſponſal. nu. 9. Ludouicus Lop. prima parte Inſtructorij in noua edit. cap. 29. §. Ad hæc libet, & ſecunda parte materia de matrimonio c. 36. §. Aduertendum eſt tertio Manuel 1. tom. ſummæ 2. edit. cap. 53. nu. 3. in fine* Et probatur ex definitione Adulterij, quã tradit D. *Tho. 2. 2. q.*

17 *154. art. 8. in corpore.* ſcilicet eſt alieni thori violatio, ſed qui accedit ad ſponſam de futuro non violat alienum thorum, nam thorus non conceditur ſponſis de futuro; ergo qui accedit ad ſponſam de futuro, non committit adulterium.

Neque concubitus cum ſponſis

18 ſit circumſtantia neceſſario explicanda in confeſſione vt probabiliter tenet *Couar. 4. decretal. 1. part. ca. 1. nu. 14. Viualdus Candelabro Sacrã. 1. parte materia deſponſal. nu. 10. & Henriquez lib. 11. de matr. capit. 13. nu. 4.* dixit nec eſſe Adulterium, nec mutari moris ſpeciem, quamuis contrarium teneat Sanchez quando concubitus accidit ex parte ſponſæ, quæ nimirum fornicetur; in quo caſu ait quod quamuis adul

19 terium non committant: mutant tamen peccati ſpeciem, & tum ſpõſa, tum etiam fornicans cum ea tenentur neceſſario hanc circumſtantiam aperire Confeſſario, quod tamen

men non tenet Sanchez; ſi concubitus accidat ex parte ſponſi cum alia fœmina rationem vide apud ipſum *lib.1.de ſponſal.diſp.2.num.2.*

Huc etiam faciunt quæ adducit nouiſſimè Inquiſitor *D. Ioannes Eſcobar.à Carro in erudito ſuo tract. de purit.& nobilit.probanda prima part.quæſt.4.§.7.num.55.*vbi ad aliud propoſitum in rei ſuæ confirmationem hæc adducit. *[Tum deniq; quia licet matrimonium contrahere prohibitus ſponſalia contrahendo pœnam non mereatur ex Marſil. in l.is qui cum telo nu.39. C. de falſ. Decius conſ.256.incipit in cauſa Inquiſitionis Pet.Roic.deciſ. Lituanenſ.3.num.28.intelligendum tamen eſt in ſponſalibus de futuro, non vero de præſenti, quæ verum conficiunt matrimonium, vt nos loquimur, & communis tenet.* Et paulo poſt *nu.57.* addit, *& licet communis omnium, & vera ſit opinio, quod beneficiatus, qui matrimonium contrahit etiam non dum ſecuta copula amittat beneficium ipſo iure, vt patet ex pluribus congeſtis ab Auguſtino Barboſa de officio Epiſcopi tertia par. allegat.57.num.202.& 204.colum. mihi.266.tamen non ita procedit in eo, qui ſponſalia de futuro contrahit ex allegatis à Farin.c.1.part.frag.lit. C.verb.Clericus nu.332.P. Thõ. Sãc. de matr.lib.7.diſp.42.num.1. Nicol. Garcia de benef.11.parte cap.9.num.19.& 20.& nouiſſimè Ricciol. de iure perſonarum lib.7.cap.4.per totum.*ex quibus ſequitur quod hæc ampliatio tantum habet locum in eo, qui contraxit ſponſalia de præſenti; nõ vero in eo, qui de futuro ſponſam accepit ex proximè dictis.

QVAESTIO QVINTA.

Qualiter debeat conſtare de morte coniugis abſentis, vt alter ad ſecundas nuptias tranſeat impune.

SVMMARIVM.

1 *LEges ciuiles contra ea, quæ à ſacris canonibus inſtituta ſunt nihil valent.*

2 *L.vxores ff. de diuort.diſponebat, vt poſt expectatum maritum per quinquẽnium quando de vita eius dubitabatur, ad alia vota poſſet vxor tranſire.*

3 *L.vxor C.de repud.dictum tempus ad quadriennium reſtrinxit.*

4 *Ius nouum impedit (niſi certitudo mortis adſit) ad ſecundas nuptias coniugem tranſire quamuis longo tranſacto tempore.*

5 *Authentica C. de repud. merito correcta eſt, per ius canonicum.*

6 *Vt quis propria auctoritate contrahat ſecundas nuptias, & vt Eccleſia talem licentiam concedat quid debeat conſtare.*

7 *Eadem certitudo eſt neceſſaria ad hoc vt quis propria auctoritate cõtrahat, quam ad hoc vt eccleſia concedat facultatem contrahendi.*

8 *Aliqui volunt quod maior certitudo debeat præcedere ad hoc vt Eccleſia det talem facultatem.*

9 *Quam certitudinem nos deſideremus.*

10 *Verbum conſtare quid importet.*

11 *Magna incõuenientia quę ex non expectata certitudine de obitu coniugis oriri poſſent.*

12 *Noſtra ſententia fauet vinculo matrimonij.*

14 *Auctores qui eam tenent.*

15 *Qualis ſit moralis certitudo de morte prioris viri.*

16 *Sententia Sanchez circa certitudinẽ.*

17 *Sententia aliorum circa eandem rem.*

18 *Sententia Baſilij Pontij verior.*

19 *Probationes de rebus diſtantibus iure ſuo minuunt fidem.*

20 *Fama plerunque fallax.*

21 *Sententiæ Poetarum de famæ incertitudine.*

22 *Sententia Talis Philoſophi dẽ eadem.*

Quo

23 *Quo longius progreditur eo maior eſt fama de aliqua re.*
24 *Sola fama non ſatis eſt niſi adiuuetur aliȳs adminiculis.*
25 *In rebus dubijs melior eſt conditio poſſidentis.*
26 *Sex conditiones à Sanchez relatæ ad mortem coniugis certificandam non conſtituunt certitudinem moralem*
27 *Sententia Pontij elucidatur.*
28 *In materia ita graui tutior pars eſt eligenda.*
29 *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum.*
30 *Rigoroſa videtur ſententia, ſed rationibus ſatisfit.*
31 *Facilius eſt duos teſtes recipere in curia Eccleſiaſtica viciniori, quam dictas probationes de famæ habere.*
32 *Speculatiuæ inſtantiæ reſpondetur.*
33 *Probatio teſtium de fama ſubiecta mille erroribus.*
34 *Mulieres ſæpè ſe excuſant ex probatione habita per teſtes de fama.*
35 *Teſtis mendoſus de fama difficile puniri poteſt.*
36 *Quid requiritur ad hoc vt mulier trãſeat ad ſecunda vota.*
37 *Inſtrumentum de per ſe facit probationem probatam.*
38 *Qui ignoranter contrahi cum eo, qui alio matrimonio ligatus erat immunis eſt à pœna.*
39 *Mulier quæ ſecundo nubit adhibita de vita diligentia iuxta multorum ſententiam à pœna etiam liberatur.*
40 *Conciliatio duarum ſententiarum.*
41 *Mulier non debet contrahere ſecundo niſi habita ab Eccleſia licentia contrahendi.*
42 *Si malè contraxerit, & ſuperueniat primus vir poterit mulierem accuſari de adulterio.*

1 IN hac quæſtione vt firmum figere pedem poſſimus, non debemus attendere id, quod iura ciuilia diſponunt; ſed id, quod diſponunt canones; cum enim lex ciuilis nihil circa matrimonium diſponere poſſit; ſi quid in contrarũ Canones diſponunt, obſeruare leges ciuiles non debemus vt notat *Ioannes And. in C. ſtatutum de elect. in ſexto.*

2 Quamuis ergo *Auth. hodie C. de repud. & cap. in potentia de ſponſalibus* correxit ius ciuile *ex l. vxores ff. de diuort.* per quod diſponebatur, vt vxor per quinquennium expectaret virum abſentem de cuius vita prorſus dubitabatur, vt ad aliud matrimonium tranſire poſſet; & ius

3 *ex l. vxor C. de repud.* per quod dictũ ſpatium ad quadriennium reſtrictũ eſt, & dicta Authentica diſpoſuerit ob nullam abſentiam, niſi alia mortis certitudo adſit, licere alteri cõiugi ad ſecunda vota tranſire. Attamen dicta Authentica abijt in aliud extremum, vt ſtatuerit quod

4 vxor audiens virum in prælio obijſſe, non prius aliud matrimonium ineat, quam per ſe, vel per alium adeat militiæ ducem, iſque iuret virum illius obijſſe, & aliorum teſtimonia recipiat, & ſuper hoc per annum expectet, alioquin de adulterio puniatur.

5 Vnde merito hæc Authentica correcta eſt per ius canonicum, quicquid in contrarium dixerit *Barth. l. 2. §. ſi dubitetur nu. 1. ff. quẽadmodum teſtamẽtum aperiãtur, Anchar. C. Dominus in fine de ſecundis nuptijs, & alij.* quod autem correcta ſit iure canonico docent *Innoc. c. in præſentia de ſponſal. n. vnic. Io. Andr. nu. 4. Anton. nu. 7. Anch. num. 6. Tancredus, Goffredus, Philippus*; quos refert, & ſequitur ibi *Abbas num. 6. Alexander de Neuo nu. 8. Felin. c. quoniam frequenter in fine, Roſella ver. impedimentum impedim. 12. num. 3. Rolandus conſ. 93. du. 12. vol. 3. Ioſephus Ludouicus deciſ. Peruſ. 1. tom. deciſ. 12. num. 7. Petrus Barboſ. Conſil. matrim. 25. nu. 3. vol. 1. Guttier. lib.*

2.

2. *practic. q.* 8. *nu.* 5. *& 6. & Alex. de neuo dicto num.* 8. optimè reprobat Card. quem ibi refert dicentem posse Iudicem sæcularem punire vxorem, quæ secundum matrimonium contraxit non seruata solemnitate illius Auth. hodie; si postea virum priorem viuere constet. Modo quid Ius Canonicum disponat, videndum est, quare sit.

6 Prima Conclusio: tam vt quis propria auctoritate cõtrahat secundas nuptias, quam vt eas contrahẽ di Ecclesia det licentiam; ita de prioris coniugis morte debet constare; vt apud prudentes non solũ probabilis, sed & certa existimetur mors; Nondum statuo; an hæc certitudo per nuncium, vel per testes, vel per famam comparetur, sed solum statuo non satis esse probabilitatem moralem.

7 Conclusio sic posita probatur primo quoad id quod eadem certitudo sit necessaria, tam ad hoc vt quis propria auctoritate contrahat, quam ad hoc vt Ecclesia det facultatem, circa quod aliqui faciunt maximam distinctionem, qui putant posse aliquem propria auctoritate contrahere secundum matrimonium posita morali probabilitate quod primus cõiux defunctus sit: & si negare non audeant quod maior requiritur certitudo ad hoc vt Ecclesia det talem facultatem; quæ solet firmiore gradu incedere,

8 & ita respondent *Antonius Rosella verb. impedimentum impedimento* 12. *nu.* 1. *& 3. Syluester verb. matrim.* 8. *quæst.* 13. *dub.* 2. *& 4. Philiar. de officio Sacerd. tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 2. *capit.* 9. *Barth. à Ledesma de matrimonio dub.* 56. *ad finem cons.* 9. *Ludouic. Lop.* 2. *parte Instruct. de matr. capit.* 55. *fol.* 1171. *ad c. in præsentia de sponsal.* in quo requiritur certus Nuncius, sed capitulum allegatum clarè est pro nobis; ibi enim per decisionem Clementis 3. habetur. *[Consultationi tuæ taliter respondemus, quod*

9 *quandocunque annorum numero ita remaneant viuentibus viris suis, non possunt ad aliorum consortium canonice conuolare, nec auctoritate Ecclesiæ permittas cõtrahere, donec certum nuntium recipiant de morte virorum]* vbi vt patet vtrunque exprimitur; vt nec mulier auctoritate propria ad secundas nuptias conuolet, nisi habito certo nuntio; nec ecclesia det facultatem. Et idem colligitur ex *Capitulo Dominus de secundis nuptijs* his verbis: *Id vobis respondemus vt nullus à modo ad secundas nuptias migrare præsumat; donec ei constet, quod ab hac vita migrauerit coniux eius*; vbi absolutè agitur vt nequis propria auctoritate secundas celebret nuptias; vbi per verbum, *constare*, non quancunque debemus

10 intelligere probationem, sed certũ nuncium; tunc enim aliquid nobis dicitur constare, quando de eo moralem certitudinem habemus. Non nego tamen contrariam sententiã suam habere probabilitatem, quæ probatur *ex c. quoniam §. Porrò vers. si autem, vt lite non constet. & cap. cũ per bellicam* 34 *q.* 2. *& ex lib.* 8. *in princ. tit.* 9. *p.* 4. ex nostro iure Hispanico.

Probatur secundo Conclusio, quoad certitudinem moralem; quã dicimus omnino requiri. Agitur hic de re magni momenti; vnde magna oriri scandala poterunt, nisi omnem adhibeat mulier diligentiã vt certior fiat de morte prioris coniugis, si accidat quod vir superstes sit; illi leuitatis, & adulterij notam inuret, & fortè ad vxoricidium de-

11 ueniet, quæ scandala omnino vitari debent, dum commodè potest, & certè quamuis contraria sententia propter Auctores, qui eam defendunt, probabilis sit: attamen vt verum fatear, non video qua ratione

ne ad eam defendendam inducantur. Si quis ante oculos ſibi ponat quam grauatè ferat prior maritus ſuperſtes proprium torum alieno viro tam facile proſtitum: perturbationemque educationis ſuſceptorum filiorum ex ſecundo coniuge, non ita profecto facile erit ad concedenda ſecunda vota, præſertim viro, quia ex noſtra ſen-
13 tentia maximè fauetur vinculo matrimonij; cui quam maximè proſpici poteſt. Vnde merito hanc ſententiam amplectuntur *Gl. d. c. in preſentia in fine, & melius C. quoniam §. porro numer. 12. vt litè non*
14 *conſtet. Alex. de Neuo d.c. in præſentia numer. 21. Rolan. conſil. 93. numer. 8. volum. 3. Couar. 4. Decret. 2. par. capit. 7. §. 3. numer. 3. Anton. Cucus lib. 5. Inſtit. Maiorum titul. 12. nu. 231. Ioſephus Ludouicus deciſ. Peruſin. 1. tom. deciſ. 12. numer. 7. Guttier. 2. pract. quæſt. 8. numer. 4. & ſequen*, & plures alij quos refert *Maſcardus de probat. concluſione 1074. numer. 4. & ex Theologis Sotus 4. diſtinct. 37. quæſt. vnica art. 3. verſic. de hac vero certitudine, & verſ. ſequenti. Angles Floribus prima part. de matrim. quæſt. 11. de impedimento ordinis articul. 3. dub. 1. fol. 594. Manuel. 1. tom. Sum. 2. editione C. 234. numer. ſecundo, & quarto Barthol. à Ledeſma de Matr. dub. 52. §. vltimo Ludouicus Lopez prima par. Inſtruct. capit. 83. §. quia vtrum.*

15 Quæ autem ſit hæc certitudo moralis mortis prioris viri *Sanch. lib. 2. de matrim. diſput. 46. numer. 7.* videtur relinquere Iudicis prudentis arbitrio attentis circumſtantijs occurrentibus; *cum Couar. de ſponſal. par. 2. capit. 7. §. 3. numer. quarto* Maran. *in repet. l. is poteſt ff. de acquir. hæred. Perez l. 3. prope finẽ titul. 1. lib. 5. osdin. pag. 50. & lib. ſeptimo titul. 15. lib. 8. pag. 318. Fr. Emman. in ſumm. tom. 1. capit. 233. numer. 2. Menoch. de arbitr. caſ. 420. numer. 128. & de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 49. numer. 28. Guttier. pract. lib. 2. qeæſt. 8. numer. 9. Farin. in praxi crimin. par. 5. quæſt. 140. numero 75.* quos omnes citat, & ſequitur *Barboſa in collect. DD. in lib. 4. Decret. titul. primo de ſponſal. & matrimonio in capitul. 1. in præſentia 19.* apud quem reperies alios citatos ad propoſitum præſentis quæſtionis. Innuerat autem *num. 6. ipſe Sanchez* hanc certitudi-
16 nem haberi vel per certum nunciũ, vel per teſtes. Sed deinde ſe magis declarat quæſt. ſecunda eiuſdem diſpoſitionis citatę vbi affert duas ſententias, alteram, quę dicit ſatis eſſe vnum teſtem ex eo quod vnus teſtis ſi per verba veriſimilia deponat, attenta eius qualitate, & perſona ſatis videtur conſtituere certum nuncium requiſitum ex c. in pręſentia deſponſal. Ex quo vt apparet cõfũdit Sãch. quęſtionẽ de certitudine, quæ habetur per teſtes, & per nuncium; quamuis ſupra videatur diſtinxiſſe, dicit autem hanc ſentẽtiam, quod ſufficiat vnus teſtis, qui habeat conditiones ſupradictas, eſſe *Hoſtien. ſum. tit. de ſponſa duorum num. 6. & d. ea. in præſentia ad finem & ibi Abb. n. 6. Angel. matrim. 3. Impedimento 13. n. 4. veræ Crucis 2. par. ſpeculi artic. 42. Concluſ. 1.* Alteram vero, quę ait non ſufficere vnum taſtem, ſed requiri plenam pro-
17 bationem non enim habetur; vel certus nuncius maſculinę, ſi ipſe ſolus teſtetus, vel certum nuncium neutris generis, ita vt ſignificetur Hiſpane *la nueua*, Italicè *La noua*, Galicè *Meſſage* ſi dictum ſit tantũ vnius, quod per iura comparari ſolet dicto nullius, quę ſententia eſt *Barth. l. 1. §. ſi dubitetur n. 1. ff. quẽad*

modum teſtam. aperiatur, inquam ſententiam magis inclinat *Gregor. Lopez l. 8. tit. 9. q. 4. verb. algunos*, & tenet *Mantua 1. tom. Sum. 2. edit. cap. 233. numer. 2.* & hanc ſententiã magis amplectitur ipſe Sanchez, ſed loquitur cum diſtinctione, ita vt primam ſententiam admittat in caſu, quo vir obierit in loco diſtãti ita vt facilè aliæ probationes haberi non poſſint.

Sed magis mihi placet in hoc *Baſilius Pontius lib. 7. cap. 53.* qui hanc 18
diſtinctionem Sanchez non admittit, & ait quod ſiue nuncius de longinquis, ſiue de vicinis afferatur: debere omnino certum, ita vt (reiectis omnibus alijs modis probandi) adſit vnus teſtis de viſu, qui deponat ſe vidiſſe illum mori, & amplius examinentur duo alij teſtes, qui deponant de publica voce, & fama, de luctu mulieris, & acclamatione de morte viri, & citat *Pontius* pro hac ſententia *Riccium in praxi deciſ. 261. numero 2. in fine*; quin immo rationabilibus mihi videtur hanc diligentiam adhibendam pro longinquis, quam pro vicinis: quia & ſi ex vna parte difficilius probationes de rebus longinquis reperiuntur, attamen tales probationes de rebus diſtantibus iure ſuo minuunt fidem, quan- 19
doquidem audacius quis per mendacium teſtificaretur de rebus longinquis; quæ difficilius adueritatis lucem, quaſi in medium proſilire poſſunt, quam de vicinis; quæ facili negotio ad cognitionem peruenire poſſunt. Et de fama, cuius probatio, vt diximus cum Pontio, etiam deſideratur, certiſſimum eſt; tum experientia ipſa quotidiana; quandoquidem hoc anno pluries 20
hic Panormi circumlata eſt fame de morte virorum Principum Romæ, Madriti, & Neapoli exiſtentium, qui optima tamen fruuntur ſalte; tum ex vulgariſſimis illis *Virgilij carminibus 4. Aeneid.*

Exemplo Libyæ magnas it fama per vrbes.

Fama malum, quo non aliud velocius vllum.

Mobilitate viget, viresque acquirit eundo.

Parua metu primo mox ſeſe attollit in auras. 21

Ingreditur que ſolo, & caput inter nubila condit.

& quæ ſequuntur ad noſtram rem aptiſſima. *Et Ouid 9. Met.*

Fama loquax peruenit ad aures

Dianira tuas, quæ veris addere falſa

Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit.

Quæ Virgilij carmina ponderans *Paul. Man. lib. 8. apophtegm.* ait quod Thales interrogatus ab amico quodam quantum veritas abeſſet a mendacia quantum reſpondit oculi diſtant ab auribus, voluit ſignificare ea non certa eſſe, quæ communi fama ſpargun- 22
tur in hominum caterua. Fama quippe (*vt Maro ait*) *mobilitate viget, viresque acquirit eundo*, quo fit vt multoties falſa veritati adiungantur; veriora igitur ſunt ea, quæ præſentibus oculis intuemur, quam quæ ab aliis falſa relata audiuimus. Vnde quo longius progreditur, eo maior eſt 23
fama de aliquare. Atque hinc poſſet fieri vt vix aliquis Neapoli aliquo morbo laboraret, cum Romæ diceretur grauiſſima, acutaque febri teneri: Ienuæ vero extrema vitæ agere: Barcinone tandem per publicam famam iam defunctus haberetur, quare merito *Bartol. in l. de minore ff. de quæſt.*

quæſt.69.fama inquit *eſt communis opinio voce manifeſtata ex ſuſpicione proueniens*, quod ſi ex ſuſpicione prouenit fama; certitudinem gignere non poteſt.

Ex his apparet nullo pacto mihi debere probari ſententiam *Sanch.* 24 quem ſequitur *Souſa in Aphoriſ.lib. 1 capit.35.ferè in omnibus tactis in diſputatione citata, & præſertim quæſt.3.* vbi quærit an fama ſatis ſit & reſpondet, ſolam famam non ſatis eſſe, niſi adiuuetur alijs adminiculis, adminicula autem eſſe ait longitudinem abſentiæ, & vniuerſalem famam, vbi coniux commorabatur, mortem eius conteſtantē, & deinde ait ſimiliter ſi mors contingit in loco valdè remoto, ita vt aliæ probationes difficilè poſſint inueniri, & vir longo tempore abfuit: de diuturnitate abſentiæ, & diſtantiæ loci vide *Io. Antonium Bertacchinum 3.par.repert.ver.matrim. verſ.ſi maritus*, & ibidem ex varijs Auctoribus varia adminicula addu cit his ſimilia; quæ combinationes adminiculorum ſingillatim coniunctæ cum fama probantur ipſi Sanchez; mihi vero, vt dixi, nullo pacto probantur; non enim fama cum his adminiculis nempe cum longitudine abſentiæ, & vniuerſalitate ipſius famæ, certitudinem parere ſolet de morte ipſius abſentis: ſolemus enim quoties de aliquâ re vniuerſalis fama circūfertur *expectare* (vt dicimus per adagium (*Claudum*; non quia poſt quam multum tempus elabitur poſt primum nuncium; niſi adueniat confirmatio, certitudinem pariat; ſed quia tandem aduenire ſolet veridica relatio eorum, qui de viſu afferant, & diſtantiam loci iam diximus magis fauere mendacio; ex longa autem coniugis abſentia, vt ipſe met *Sanch. ait diſputatione citata queſtione prima numer.* 1. non reſultat certitudo de eius obitu, ſed tantum incertitudo, & dubium, at quandiu res eſt dubia, & incerta, vt ipſemet ait, melior eſt conditio 25 poſſidentis. Idem dici poteſt de ægritudine, de ſenectute; de eo quod vir bellum ingreſſus fuerit, & diù expectatus, non reuerterit, vel quod captus fuerit ab hoſtibus.

Et quamuis ipſe Sāchez deinde requirat has conditiones ad hoc vt probet ſci. primā vt fama duplici te ſte probetur, ſecundā vt teſtes ſint omni exceptione maiores, tertiā vt cōcurrat cauſa rationabilis, ex qua fama orta eſt, vt ſi is; de cuius morte agitur, prelium ſit aggreſſus, quartā vt teſtes deponant ſe audiuiſſe publicè à maiori populi parte in quo oportet explicare audiuiſſe 26 à maiori parte talis populi non puerorum, aut mulierum, ſed proborum, aut grauium virorum. Quintā vt deponant teſtes, à quibus perſonis fama ortum habuerit, & à quibus ipſi audierint: quam tamen cō ditionem dupliciter limitat, niſi fama ex coniecturis probabilibus cō firmaretur, & niſi fama magno teſtium numero vt ſeptem, vel decē comprobetur. Sextā vt teſtes de fama deponentes aſſerant credere rem ita ſe habere, quamuis teſtes ſuper fama non compellantur iurare, ſed abſque iuramento valet eorum dictum, quamuis inquam has conditiones requirat, hæ tamen conditiones non faciunt, quod fama conſtituat certitudinem moralem, ſed ad ſummum cum *Pontio dicendum loco citato* famam taliter probatam cum teſte de viſu ſufficere ad certitudinem mo- 27 ralem, quod videtur ipſe *Pontius* intendere *loco citato* dum Bartholum defendit, quamuis neque bene ipſe ibi ſe explicet; nam ex vna parte videtur

famam reprobate; ex alia vero parte, dum famam aliquibus ex conditionibus ſupradictis vallatam deſcribit aliquo modo inſeruiẽtem in rebus magni momenti, videtur requirere; aſſerit enim, & merito quod hoc negotium ſecundi matrimonij eſt res magni momenti, videtur ergo ipſe Pontius, quod reprobet famam non probatam etiam cum vno teſte de viſu, & requirat famam probatam, ſed non ſolam, ſed cum teſte de viſu; quæ citra dubium tutior eſt ſententia,
28 & in re tanti momenti, vt vidimus, & in materia Sacramentorum tutior eſt eligenda, ne fruſtretur Sacramentum ſuo valore, & reddatur nullum, & ne grauiſſima ſcandala, quæ ſupra diximus, locum inueniant.

Sed reuera, quamuis vt dixi magis placeat ſententia Pontij, quam Sanchez quia tutior: at magis inclino, vt plena probatio ſaltem duorum teſtium de viſu requiratur, quia non debet minor certitudo moralis requiri ad hoc negotium, quam ad omnia alia negotia, ad quę requiritur plena probatio duo
29 rum teſtium, vti expreſſum habemus *ex capit. licet vniuerſis de teſtibus* ibi *[non minus quam duorum, vel trium virorum, qui ſint probatæ vitæ, & fidelis conuerſationis teſtimonium admittatis iuxta illud Dominicum in ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum, quia licet quædam ſint cauſæ, quæ plures, quam duos exigant teſtes; nulla eſt tamen cauſa, quæ vnius teſtimonio (quamuis legitimo) terminetur]* & *capit. in omni negotio, capit. veniens ad nos eodem titulo l. Iuris Iur. C. eodem latè Farinac de teſtibus quæ ſtione 63. capit. primo numero primo, & ſeptimo.*

30 Dicet aliquis rigoroſam eſſe hãc ſententiam, & quæ minimè proſpiciat alteri cõiugi; quæ cogitur alterius cõiugis quãuis probabiliter defuncti, torum, & caſtitatẽ ſeruare, ad quod reſpondeo mirum non eſſe; quandoquidem idem debet efficere coniux ſi vir aliquo morbo detineretur inſanabili; nam ſicut in tali caſu Dei voluntati ſe conformem reddens, tale incommodum æquo animo deberet ferre, ita & in caſu noſtro deberet ſe habere, donec de morte prioris viri certò conſtet, cuius amor ita animum coniugis deberet ſuſpenſum tenere, vt non facilè cuilibet probationi acquieſcat, ſed ſolum certæ. Deinde prudẽtibus cõſiderandũ relinquo; an ſit facilius recipi duos teſtes de viſu, qui apud Eccleſiaſticã curiam viciniorẽ loco, in quo vir defunctus eſt teſtificentur; & deinde trãſmitti talem probationem; an verò recipi
31 teſtes, qui teſtificentur de fama cum omnibus illis conditionibus, quas Sanchez requirit, præſertim ſi teſtes de fama deberent recipi in loco, vbi moratur vxor diſtantiſſimo à loco, in quo dicitur mortuus defunctus. Nam ſi dicatur quod teſtes de fama recipiantur in loco, in quo vir defunctus eſt, tunc eſſet cõtra ſententiam Sanchez; qui vult ſolum quod fama probata inſeruiat in loco diſtantiſſimo.

Sed ad hæc dicet Aliquis acutè de nouo quod Sanchez loquatur in caſu quod huiuſmodi teſtes de fama è remotiſſimis regionibus præſentes reperirentur in loco, in quo vxor viuit, quod tunc ſatis eſſent, & non deberet requiri maior probatio. Sed ad hoc reſpondeo, quod præter quam quod hoc potius ſpeculatiuè, & metaphyſicè ponitur, quam practice ſi loquamur de remotiſſimis regionibus, quod huiuſmodi teſtes reperiantur, qui dicant maiorem partem talis populi aſſe-

rere

rere virum defunctum, &c. non
32 tanti valet hæc promptitudo teſtiũ de fama ſubiecta mille erroribus, vt non debeat cum aliqua difficultate potius requiri tuta probatio teſtium de viſu ibi ſuſcepta, vbi vir defunctus aſſeritur, vel in loco viciniori, quæ deinde tranſmittatur ad locũ, vbi vxor viuit.

33 Quod autem probatio teſtium de fama ſit ſubiecta mille erroribus præter dicta, docet nos experientia quotidiana ex praxi noſtri Tribunalis, in quo multoties vidimus quod mulieres accuſatæ de duplici matrimonio; præſertim reuertẽte priori cõiuge, qui mortuus
34 aſſerebatur, ſe excuſent ex prẽhabita probatione per teſtes de fama; qui examinati à noſtro Tribunali, incertas, & vagas afferunt de tali morte relationes; vti reuera falſæ ſunt; nec tamen puniri vllo pacto poſſunt, ex eo quod teſtes de fama ſint: & impoſſibilis ſit probatio; quod per famam tales teſtes non audierint; quod non accideret in teſtibus de viſu, qui vel verum dicerent; vel ſi falſum affirmarent ſaltẽ pœnas ſuæ falſitatis ſuſtinentes;
35 exemplo alijs eſſent; ne in re tanti momenti mendacia, & periuria afferrent; & eo magis hoc attendendum; quia vt diximus teſtes de fama iurare non conguntur. quare ex dictis ſit.

Secunda Concluſio: Ad hoc vt mulier tranſeant ad ſecunda vota tam ex propria auctoritate, quam ex licentia Eccleſiæ, requiritur plena
36 probatio duorum teſtium de viſu, vel de certa ſcientia de morte prioris cõiugis defuncti tam in propinquis, quam in remotis, & remotiſſimis Regionibus, vel per teſtamentum authenticum apertum auctoritate Iudicis quia alioqui poſt teſtamentum viuere poterat, & teſtamẽti apertio ſupponit de certo mortẽ; quia teſtamentum morte non ſecuta non valet quaſi teſtamentum, & *eſt Diui Pauli ad Hebreos cap.* 9. ibi *teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt alioquin nondum valet dũ viuit qui teſtatus eſt*, vel per aliã ſcripturam legalem, quæ facit adhoc plenam probationem, quia de perſe inſttumentum facit probationem probatam, *cap. cum contingat de reſcriptis*, & dicitur euidẽtiſſima pro-
37 batio *cap. licet de probat.* & notant *Flamin. de reſignat. tom. 2. iib. 11. qu. 14. nu. 42. Gonzal. ad reg. 8. Cãc. gloſ. 64. num. 4. Surdus conſ. 144. num. 15. Tuſcus pract. concl. tom. 4. lib. 1. concl. 237. & Alios, quos congerit Barboſa in collectan. ſuper decret. lib. 1. titul. 3. pag.* 54. & nouiſſime plura cumulauit *Doctus Eſcobar à Corr. de puritate probanda prima par. quæſt. 15. §. 1. cum ſequent.* Hæc concluſio ſupra explicata, & probata eſt.

38 Tertia Concluſio: qui ignoranter contrahunt cum ijs, qui alio matrimonio coniuncti ſunt, non ſunt ſuſpecti de fide, neque ab Inquiſitoribus puniuntur. ita *Souſa loco citato num. 9. ex l. eum qui duas §. verum in fin. C. ad l. Iuliam de Adulter. Farinac. de delict. carn. quæſt. 140. part. prima num.* 34.

Quarta Concluſio: mulier, quæ ſecundo nubſit adhibita debita diligentia, vt ſaltem ſufficientem pro-
39 babilitatem habuerit de morte primi viri ſui iuxta aliorum Auctorum ſententiam ab omni ſuſpicione, & pœna excuſatur. ita *Souſa loco citat. num.* 10. *ex l. miles ff. ad l. Iul. de Adult. Anton. Gomez ad l. Tauri* 80. *num.* 31. *Farin. dicta quæſt.* 140. *p.* 2. *num.* 42. *Auguſtinus Borboſa loco cit. num.* 6.

40 Hæc concluſio non pugnat cum ſecunda noſtra concluſione, & ratio eſt quia etſi in noſtra ſententia requiratur plena probatio: tamen quia datur alia ſententia, quæ propter

ter auctoritatem illam ponentium, probabilis, esse: non debet, vt in simili proposito lib. primo diximus, puniri qui sequitur in praxi, & habet pro se probabilem sententiam.

41 Aduertendum tamen circa hoc quod bene notat citatus *Io. Anton. Bertacchinus.* quod mulier non debet contrahere secundo, nisi Ecclesia dederit sibi licentiam contrahēdi; etsi contrahat lege prohibente, & primus vir reuertatur potest eam de adulterio accusare, *vt in l. penult.*

42 *ff. de Adult.* & est text. *in d. cap. in præsentia*, & cōsequenter dicta mulier, quæ lege prohibente contrahit, & absque Ecclesiæ licentia iuxta minorem, vel maiorem culpam; & malitiam erit de fide suspecta, & ab Inquisitoribus examinanda, & puniēda iuxta prædicta.

QVAESTIO SEXTA.

Quid faciendum si postquam alter adhibita debita diligētia trāsijt ad secundas nuptias constet alterum esse viuum.

SVMMARIVM.

1 *REuertente primo viro vxor illi debet restitui quamuis ex secūdo filios susceperit.*

2 *A possessione elici durius est quam de nouo non admitti.*

3 *Facilius ius acquisitum retinetur quīi de nouo acquiritur.*

4 *Qui dolo non petit, restituere statim non debet.*

5 *Probatur conclusio quod vxor debeat primo viro restitui.*

6 *Momenti nomine causa possessionis significatur.*

7 *Quid sit momentanea possessio.*

8 *Causa momentanea possessionis dicitur siue adipiscendæ, siue retinendæ, siue recuperandæ.*

9 *Primus vir se habet vt proprietarius secundus vt possessor.*

10 *Ratio quare matrimonij Sacramētum ita inseparabile sit.*

11 *Nisi morte coniugis non soluitur matrimonium.*

12 *Morte soluitur secundum D. Pauli sententiam.*

13 *Vir resurgens, quamuis antea maritatus fuisset non redit ad vxorem.*

14 *Idem de beneficiato intelligendum esse.*

15 *Ex doctrina in materia ligaminis probatur nostra conclusio.*

16 *Glossa notabilis in cap. in præsentia desponsalibus.*

17 *Sententia Barbosæ affertur.*

18 *Quid facere debeat mulier quando suboritur dubitatio quod primus vir superstes sit.*

19 *Si dubitatio leuis sit potest prosequi tā in reddēdo, quam in petendo.*

20 *Si vero sit orta dubitatio ex valido fundamento. quamuis non teneatur omnino recedere non potest petere, sed reddere potest.*

21 *Si facta diligentia coniux nihil certi inueniat potest concientiam deponere, & prosequi suam possessionem.*

22 *Vnus testis post factam diligentiam non esset audiendus.*

23 *Quid faciendum quando dui testes de morte alicuius de vita alter contrariū deponunt.*

24 *Illustratur vulgare axioma scilicet melior est conditio possidentis.*

25 *Dubitatio speculatiue suborta, practicę deponenda est.*

26 *Ad impedimentum dirimens duo testes omni exceptione maiores necessarij sunt.*

27 *Testes in omni exemptione maiores suppleri ex numero si sint vltra tres tenent aliqui.*

28 *Qui sint testes omni exceptione maiores.*

29 *Anceps quæstio in duobus concludentibus probationibus.*

30 *Auctoris consilium in hac difficultate.*

Re-

31 *Regula* melior eſt conditio poſſidẽtis *non ſolum locum habet in materia iuſtitiæ ſed etiam in materia aliarum virtutum.*

32 *Intellectus ad cap. primo de conſanguinit.*

1 REſtat modo videre quid faciẽdum ſi poſt debitam diligentiam etiam à nobis poſitam nempe per probationem duorum teſtium de viſu, accidat quod poſt ſecundũ matrimonium mulieris; adhuc primus vir viuat, & reuertatur, debet ne vxor primo viro reſtitui; an remanere cum ſecundo præſertim ſi filij ex hoc ſecundo viro ſuſcepti ſint. nam quod debeat remanere cum ſecundo viro, videtur poſſe probari ex hoc, quod ſcilicet hoc ſecundum habet omnes conditiones veri matrimonij; quia ſcilicet hæc mulier ſecundum allegata, & probata omni vinculo alterius matrimonij ſoluta cenſetur, & non habet alia impedimenta, vt ſupponimus; & alioquin legitimè contrahit coram Parocho, & Teſtibus; debet ergo eſſe verum matrimonium; nil enim videtur deſiderari ad rationẽ veri matrimonij. Et confirmatur, quia non videtur poſſe conqueri primus vir quod vxore ſpoliatus ſit; dummodo hæc ex Eccleſiæ licẽtia, & poſt debitam probationem tranſijt ad ſecundas nuptias; ergo non eſt cur ſecundus vir à matrimonio repellatur, quod alioqui legitime contractum eſt.

2 Confirmatur ſecũdo quia a poſſeſſione eijci durius eſt, quam de nouo non admitti *cap. quemadmodum* 25. §. *alioquin de Iure Iur. Gloſſ. verb. ad inopiam in cap. per veſtras de donat. inter virum, Andr. Tiraquellus de Iure conſtituti 3. p. limit. 7. num. 43 Surdus de alimentis tit. 7. qu. 17. num. 41. & conſ. 174. num. 13. & conſ. 125. nu. 42. & conſ. 171. nu. 54. Bellet. diſquiſit. cler. p. 1. tit. de diſciplina clericali §. 29. num. 7. Card. Tuſcus lit. F. cõcluſ. 12. nu. 4. tom. 3. & lit. F. concluſ. 403. tom. 8. Menoch. conſ. 90. nu. 24. Seraph deciſ. 143. nu. 14. & ideo dicit idem Menoch. conſ. 32. num. 37.* quod

3 fauorabilior eſt cauſa conſeruationis quam nouæ acquiſitionis, & facilius ius acquiſitum retinetur, quã de nouo acquiritur *l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, Surdus deciſ. 4. nu. 5.* Præterea dolo petit qui reſtituere ſtatim debet *ff. de reg. Iur. L in cõdẽnatione in fine*, ergo videtur quod qui dolo non petit reſtituere ſtatim non debeat; quare videtur in caſu noſtro quod cum ſecundus vir omni adhibita diligentia, & probationibus de obitu primi viri coniugem

4 obtinuerit; quod non debeat ita facilè coniuge ſpoliari, quam legitimo titulo poſſidet. His tamen non obſtantibus ſit.

Noſtra Concluſio omnino certa ſi poſt contractum ſecundum matrimonium cum omnibus prædictis

5 circunſtantijs ſuperueniat primus, vir, debet illi reſtitui vxor. Probatur prima concluſio *ex cap. ſuſpectis 1. de cauſa poſſeſſ. & proprietat.* ibi *tam momenti, quam proprietatis*; vbi *Auguſtinus Barboſa* ait momenti nomi-

6 ne cauſam poſſeſſionis ſignificari, & ita reſoluere communiter omnes per text. *ibi in l. 1. C. ſi de momẽtanea poſſeſſione fuerit appellatum, & in l. 1. C. vbi de poſſeſſione agi oporteat, & in l. momentaneæ 8. C. vnde vi Cuiac. lib. 1. obſeru. 20. & lib. 2. obſeru. 35. Alberic. & Briſon. verb. momentum, Mãtuſſing. 263. Donel. comment. Iuris Ciuilis lib. 28. cap. 6. verſ. Iã vero Ozaſc. deciſ. 25. à princ. Parlad. rerũ quotid. lib. 1. cap. 9. à princ.* & plures relatos *per Sigiſmundum Scaccia de Appellat. qu. 17. limit. 6.* quos omnes multa ait tradere de ratione quare poſſeſſio momentanea appellatur, & com-

7 muniter eam ſolere DD. aſſignare,

ex eo

ex eo ſcilicet momentaneam appellari, quia exigui momenti, ſeu parui cenſetur præiudicij *ex Barth. in l. admonendi num. 55. ff. de iureiur. & in l. 2. ff. de appellat. recip. recepto ſecundum Rebuff. ad leges Galliæ tom. 1. tit. de ſententijs executorijs artic. 9. gloſſ. 5. num. 8.* communem fatetur *Parlad. d. c. 9. num. 3.* ſequitur *Donel. cit. loco*, & ab ea non eſſe recedendum concludit *Scaccia dicto membr. 3. nu. 6.* & refert alios dicentes non abs re poſſeſſionem momentaneam momentaneam dici, quia parum duratura eſt, ſeu quia apta eſt per momentum durare apud poſſeſſorem ſcilicet vbi primum actor de proprietate docuerit *Gloſſ. Hoſtiens. Abbas. nu. 7. in preſenti Ozaſc. num. 5.* & alios relatos *à Scaccia dicto mēb. 3. num. 2. vbi num. 35.* cum pluribus, quos ibi refert, reſoluere cauſam momentaneam poſſeſſionis dici quācunque ſiue adipiſcendæ, ſiue retinendæ, ſiue recuperandæ. Ex qua doctrinā ita formatur noſtra probatio. Primus vir ſe habet vt proprietarius corporis coniugis: nam ipſi traditum ab vxore fuit per matrimonium contractum inter primum virum, & coniugem: ſecundus vero vir ſe habet vt poſſeſſor bonæ fidei; ergo hoc ipſo quod primus vir, qui defunctus cenſebatur, reuertit, debet ipſi reſtitui res, cuius eſt quaſi proprietarius, nempe corpus coniugis, nec debet de quaſi proprietate quid oſtendere, nam hoc per matrimonium contractum ſatis conſtat, nec quicquam habet quod poſſeſſor bonæ fidei opponat: Rationes autem, quas in fauorem ipſius attulimus, ſolum oſtendunt bona fide poſſe diſſe; nec criminis reum eſſe ex eo quod tale matrimonium contraxerit, & conſequenter nec reprehendendum, nec puniendum: non autem quod ad ipſum pertineat corpus coniugis, cum iam conſtet de eius quaſi ſi proprietario, vel ſaltem vero, & legitimo Domino.

10 Probatur ſecundo noſtra Concluſio vinculum matrimonij conſummati ita inſeparabile eſt ex eo quod ratione Sacramenti interueniente ſignificet inſeparabilem vnionem Chriſti cum Eccleſia per myſterium Incarnationis, vt nullo pacto ſolui poſſit quoad vinculū, ni ſi interueniēte, morte dū ergo viuit primus vir, etiamſi defunctus reputetur, vinculum ſolutum non eſt, ſed ſolum ſolutum reputatur, & per 11 conſequens ſecundum matrimoniū nullo pacto conſiſtere poteſt. quod autem morte ſoluatur habetur ab Apoſtolo ibi *mulier mortuo marito, à lege eius ſoluta eſt, ideo nubat in Domino*. vnde ſequitur quod 12 ſi vir defunctus miraculosè reſurgeret; non rediret ad eādem vxorem, maximè ſi alteri copulata eſſet ex vulgata gloſſa *in cap. 2. 32. quæſt. 7.* & ita habet *Ioānes Andreas tract. de 13 ſponſ. & matr. prima concluſ. num. 5.* & idem dicitur de beneficiato, qui ſi reſurgeret, non rediret ad idem beneficium maximè alteri collatū; vacauit enim beneficium morte, vi- 14 de *Abb. in cap. fraternitas num. 12. de frig. & malef.* & ibi *Sebaſt. Sapiam in addit. in litera C. Bartol. in l. nam ad ea ff de legibus Palud. in 4. diſt. 27. qu. 3. ex num. 5. Didac. Peres lib. 5. tit. 1. l. 1. pag. 23. verſ. inſertur etiam, Petrum Rebuff in concord. tit. de paeif. poſſeſſ. num. 268. Andream Tiraquellum poſt leges connub. gloſſ. 6. num. 19. Viuald. in tandelabr. Eccl. tit. de irregularit. big. nu. 11. Arnulph. Rureum de iure regal. quæſtione 3. ex nu. 10. Lancellot. Gall. in conſuetudo Alexandr. in gloſſ. vxori quæſt. 5. num. 15. Io. Mattienzo lib. 5. recollect. Sebaſt. Medices tract. Mors omnia ſoluit. 3. part. num. 127. & in ſecunda parte concl. 61. nu. 207. & in prima part. nu. 95. in fine, & in*

& in num. 145. *Petrum Rebuff. in capit. nulla de conceſſ. dræbend. pag.* 425. *verſic. ſecundus eſt caſus, Petrum Ruiz deciſ.* 3. *Lituan. ex num.* 87. *Lael de Zaneh. de priuilegijs Eccleſiæ priuileg.* 7. *ex num.* 7. *gloſſ. verb. nunquam in capit. licitè* 32. *quæſtione* 7. & plures alios, quos refert *Cenedo in collect. ad decretal. ad textum in cap. Dominus de ſecundis nuptijs.* ibi *de prioris coniugis vita conſtiterit.*

15 Probatur tertia concluſio ex doctrina omnium DD. poſita in tractatu de impedimento ligaminis.

16 Probatur quarta *ex Gloſ. V. viris in cap.* 59. *in præſentia tit.* 1. *de ſponſ. & matrim.* in qua ſic habetur [*vbi tamẽ veriſimiliter præſumitur de morte, ſi mulier nubat excuſatur, & viro reuerſo niſi ſponte redeat ad virum, ſtatim merito ſunt notandæ de adulterio,*] *& ex cap. cum per bellicam cauſa* 34. *quæſt.* 2. *vbi Auguſtinus Barboſa ait. collige ex text. quod ſi compertum*

17 *fuerit mulierem habere duos viros, tunc primo viro reſtituenda eſt, etſi ad eum redire denegauerit, ex communicationis vinculo innodari debet, donec redeat, vt per Roland. conſil.* 93. *num.* 12. *lib.* 3. *Menocch. de Arbitr. caſu* 420. *num.* 129. *Sanchez de matr. lib.* 7. *diſp.* 80. *num.* 14. *Farinac. in praxi criminali par.* 5. *quæſt.* 140. *num.* 32. *& ex cap. Dominus ſecundo tit.* 21. *de ſecundis nuptijs in lib.* 5. *decretal.* vbi vide *Auguſtinum Barboſam* ibi *ad priorem coniugem reuertatur.*

18 Reſtat hic videndum: An quando ſuboritur dubitatio quod primus vir ſuperſtes ſit, an poſſit mulier tuta conſcientia proſequi ſecundum matrimonium; ita vt cum ſecundo viro poſſit vſum matrimonij exercere reddendo, & petendo debitum.

Et Reſpondeo diſtinguendo, quod ſi dubitatio, quæ ſuboritur leuis ſit, & leuia ſint indicia, non tenetur à ſua poſſeſſione di-

19 moueri; atque adeo hac dubitatione non obſtante poteſt proſequi matrimonij vſum tam reddendo, quam petendo. Si vero dubitatio ſit orta, vel ex publica fama vel ex teſte fide digno, & iuramento confirmante in tali caſu dicendum cum *Sanchez diſp.* 45. *lib.* 2. *de matr. quæſt.*

20 3. vbi loquens de impedimento dirimente dicit quod etſi non teneatur hic coniux credere teſti etiam fide digno, tenetur tamen diligentiam adhibere, & interim poteſt reddere, ſed non petere, vide *Petrum Cenedo in Collectaneis ad Decretal. ad text. in cap. Dominus* 2. *de ſecundis nupt.* facta autem debita diligentia

21 ſi nil certi inueniat, poteſt conſcientiam deponere, & proſequi ſuam poſſeſſionem, & vſum matrimonij, petendo, & reddendo; præſertim quando probatio de obitu viri facta eſſet ſecundum noſtram ſententiam per teſtes de viſu ſecundum quam per plenam probationem habetur certitudo moralis, atque adeo quantumuis vnus teſtis

22 in contrarium aſſerat poſt factam, vt dixi, debitam diligentiam, non eſt audiendus.

Maior autem difficultas eſt in ſententia Aliorum, ſi nimirum probatio de obitu viri ſuſcepta fuit per vnum teſtem oculatum fide dignum, vel per publicam famam; vt

23 modo hic Panhormi verbi gratia reperiatur teſtis fide dignus, qui dicat ſe vidiſſe illum Romæ ſuperſtitem vagum tamen; vel hic etiam de nouo ſuboriatur publica fama, quod vir Romæ ſuperſtes viſus ſit; & ponamus caſum ſiue phyſicè, ſiue metaphyſicè quod facta debita diligentia nil amplius certi reperiatur, ſed ſolum reſtet illa publica fama; vel ille teſtis fide dignus: an in tali caſu poſſit deponere mulier ſuam conſcientiam, &

proſequi matrimonium; nam videtur quod ex vtraque parte æqua lance præponderet dubitatio; vel ponamus ſaltem metaphyſicè quod æque præponderet ex vtraque parte dubitatio.

Et videtur reſpondendum quod in hoc caſu locum habeat; quod melior ſit conditio poſſidentis: atque adeò quamuis ſpeculatiuè remaneat dubitatio, quod tamē practicè debeat deponere; non enim debet operari cum conſcientia dubia. Et Ratio mihi videtur (ſaluo
24 meliori iudicio) eſſe eodem in hoc caſu; ac eſſe in poſſeſſione alicuius rei; ſi enim reperiatur quis qui domum verbi gratia poſſideat; ſi ſuboriatur æqua dubitatio quod domus non ſit illius, ſed alterius, & conteſtetur lis, & adhibeatur diligentia in contrarium; facta autem tali diligentia remaneat æqua dubitatio, nec poſſit decidi ſpeculatiuè cuiuſnam ſit domus; in tali caſu practicè deciditur quod ſit poſſidentis per Axioma poſitum, quod *melior ſit conditio poſſidentis*; & qui poſſidet quamuis ſpeculatiuè dubitet an ſit ſua domus, vel alterius; practicè tamen deponit conſcientiam, & vt ſuam retinet. Eodem pacto quia matrimonium iam ſtat in ſua poſſeſſione, non debet perpetuò eius ſtatus perturbari; ſi nulla alia maior veritas elici poſſit: atque adeo quāuis ſpeculatiuè ſuborta ſit dubita-
25 tio; practicè tamen poſſunt huiuſmodi coniuges omnem dubitationem deponere, & ex vi poſſeſſionis ſuum ſtatum coniugalem proſequi, & quamuis pugnet vt ita dicam ex vna parte impedimentum ligaminis dirimens; ex alia vero parte matrimonium; vincere debet matrimonium, quod in ſua pacifica poſſeſſione reperitur. Suppono enim quod à principio omni dubitatione ſecluſa contractum ſit tale matrimonium, & quod ad matrimonium diſſoluendum ex impedimento di-
26 rimente, duo teſtes omni exceptione maiores deſiderentur. Habetur expreſsè *cap. primo de conſanguinit.* vbi docent id omnes *Sotus in 4. diſt. 41. quæſt. vnica art. 5. cõcluſ. 3. Couar.* cum aliis quos refert *quarto decret. 2. part. cap. 8. §. 12. num. 7. & 8.* & ibi optimè tractat, qui hac in re dicantur teſtes omni exceptione maiores *Maſcard. de probatio. Rota Romana apud Farinac. deciſ. 147. nu. 2. par.*
27 *prima recèt, vbi nu. 3.* cenſuit teſtes non omni exceptione maiores ſuppleri ex numero ſi ſint vltra tres. qui autem dicantur teſtes omni exceptione maiores vide in gloſſ. Maiores, ibi *illi dicuntur omni exceptione maiores qui repelli non poſſunt aliqua exceptione, Farinac. in praxi*
28 *criminali part. 2. quæſt. 62. à principio, Rotam apud ipſum dicta deciſ. 147. num. 16. par. 1. recent. Guttier. de matr. cap. 44. Aldret. de Religioſa diſciplina tuenda lib. 2. cap. 3. nu. 9. Maſcard. de probat. in præfatione quæſtion. 6. nu. 69. & ſequent.* vbi ampliat etiam ad minimam exceptionem debilem, & penè nullius momenti. & *concluſion. 855. num. 10. & concluſ. 1019. num. 1. & concluſ. 1306. num. 6. Menocch. conſil. 149. num. 2. cum ſequent. Frãc, Molina de ritu nupt. lib. 1. comparat. 8. nam. 5. & plures apud Auguſtinum Barboſam ſuper hũc textum 4. decret. titul. 14.*

29 Vltimo loco hic proponi poſſet grauiſſima quæſtio; quid nimirum agendum: ſi duo teſtes inſurgant, qui pro certò aſſerant iurare parati, & iuramento etiam confirment; ſe primum virum ſuperſtitem vidiſſe Romæ verbi gratia vagum, vt ſupra diximus, & hi ſint fide digni, & omni exceptione maiores appareant, (ſupponimus autē quod pro-

batio

batio de obitu primi viri facta ſit per duos teſtes oculatos omni etiã exceptiene maiores, vt apparebant, & ex vna parte ex doctrina poſita ex *dicto cap. primo de conſanguin.* videtur quod ſecundum matrimonium reſcindi debet. nam ſufficiunt ad reſcindendum duo teſtes omni exceptione maiores; ſupponimus autem adhibita omni diligentia non poſſe haberi maiorem certitudinem de vita primi viri, niſi dictum duorum teſtium. Ex alia parte non videtur diſſoluendum matrimonium, quia pro matrimonio ſtat æqualis probatio per duos teſtes de viſu omni exceptione maiores; cum ergo reperiatur matrimonium in poſſeſſione, videtur prævalere cum ſua probatione. Et quamuis in hoc caſu quis reſponderet, quod remittendum eſſet hoc negotium Iudicis arbitrio; attamen hæc Reſponſio nullam affert reſolutionem. nam ponimus quod Iudex non habeat maiorem certitudinem ex vna parte quam ex alia.

In hoc caſu Ego hoc Conſilium darem, vt Iudex nullo pacto hos de nouo teſtes recipiat, nec iurare permittat, niſi maiora adminicula reperiantur pro eorum teſtificatione; niſi ad futuram rei memoriam; quando nimirum poſſet aduenire maior probatio, & confirmare antecedentem. Et hoc ſi loquamur de alijs Curijs Eccleſiaſticis: nam apud noſtrum Tribunal contrarium dicendum: debent enim recipi huiuſmodi teſtes pro ea fide, quam poſſunt facere. Et ex hoc non proueniret ſupradictum incommodum; cum enim teſtes hic ſecretò recipiantur, nullo modo prædicti matrimonij perturbarent poſſeſſionem, niſi prima probatio pro matrimonio ſecundo corueret, vel ſecunda probatio contra ſecundum matrimonium maior eſſet; ſed dato quod admiſſi fuerint, & recepti; adhuc mihi non dimouendi videntur coniuges à ſuo ſtatu; qui certa probatione alioqui vallatus reperitur, & poſſent in hoc caſu ſupradicti coniuges ſuam conſcientiam deponere practicè, ex poſſeſſione matrimonij; quamuis ſpeculatiuè reperiatur ex alia parte æqualis probatio.

Et faciunt adhoc propoſitum quæ affert *Diana tractat. 3. de conſcientia dubia reſolut. prima 4. parte* vbi affert ſupra-poſitam doctrinam. & aptiſſima ſunt quæ affert *Reſolut. ſecunda dicti tract.* vbi tanquam probabilem affert ſententiam, quæ docet, quod regula quod ſcilicet in dubio melior ſit conditio poſſidentis non ſolum ſit vera in materia Iuſtitiæ, ſed etiam in materia aliarum virtutum. pro qua ſententia eſt *Suarez de Religione tom. 2. lib. 4. de voto cap. 5. num. 7.* quinimmo ipſe *Suarez in tertiam partem tom. 5. diſp. 40. ſect. 5. num. 18.* aſſerit eſſe falſum, & ſine fundamento poſſeſſionem in ſola Iuſtitiæ materia ſuffragari. In quo valde placet cõtra Dianã, cui hæc Suarij propoſitio diſplicet, eſt etiã *Sanch. in ſum. to. 1. lib. 1. c. 10. n. 11. Conink de Sacramentis diſput. 34. dub. 10. num. 86. Heuriquez lib. 8. cap. 3. in gloſſa lit. P. Filliuc. tom. 2. tract. 21. cap. 4. num. 159. Sancius in Selectis diſp. 42. num. 7. Villalobos in ſumma tom. 1. tract. 1. diff. 21. num.* vbi ſic ait à Diana relatus. En caſo de duda tambien en las demas materias, fuera de la Iuſticia es mejor la condicion del que poſſee. El fundamento deſto es porque la poſſeſſion es titulo Vniuerſal para todas las virtudes, ala manera que la obediencia de la ley es vniuerſal a todas las virtudes; y aſſi el que eſta en tal duda puede deponerla,

y obrar placticamente contra ella, & plures citat ipſe *Diana loco citato* contra *Vaſquez in* 1. 2. *diſp.* 61. *cap.* 3. *& diſp.* 66. *cap. primo. Antonium Perez in Laurea Salmantina certam.* 10. *Scholaſt. num.* 131. *Salas ex parte tractat.* 5. *diſp. vnica ſection.* 17. *num.* 162. *Turrianum in opuſc. Theolog. opuſc. de conſcientia dubia diſp. prima. & ſequent. Azorium tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 18. *quæſt.* 4. *& lib.* 11. *cap.* 15. *quæſt.* 2. *Comitolum in reſponſ. moral. lib.* 2. *quæſt.* 18. *Sayrum in clavi Reg. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 9. *&* 36. qui ſunt pro ſententia negatiua, quam etiam vocat probabilem *Diana loco citato*.

Ad textum *ex dicto cap. primo de*
32 *conſanguin.* Reſpondeo textum loqui in caſu in quo nulla probatio contraria extiterit, vt ſi verbi gratia poſt debitas denunciationes cõtractum fuerit matrimonium abſque eo quod vlla denunciatio extiterit de conſanguinitate inter ipſos coniuges in gradu probibito. Si deinde poſt matrimonium iam cõtractum, ſeu conſummatum duo teſtes reperiantur omni exceptione maiores, qui de conſanguinitate teſtificentur; in tali caſu debere diſſolui matrimonium. At in caſu noſtro excepta fuit plena, & certa probatio per teſtes omni exceptione maiores, qui de obitu viri teſtificati certo ſunt; ergo etſi de nouo poſt matrimonium iam cõtractum, & maximè conſummatum alij exurgant teſtes, qui contrarium aſſerant, niſi maiora pro ſe offerant adminicula, debent omnino repelli; vel ad ſummum ſuſcipi ad fututam rei memoriam, vt ſupra dictum eſt.

(:) : (:)

QVAESTIO SEPTIMA.

Quid faciendum ſi quis contraxerit coram Parocho, & Teſtibus coactè, ita vt Matrimonium fuerit nullum: poſtea vero non expectata ſententia Iudicis matrimonium nullum declarãte, cum alia contraxit.

SVMMARIVM.

1 *ALiqui auctores talem contrahentem omnino a pœna liberarũt.*
2 *Prima venditio nulla ſecundo vendens in nullam incidit pœnam.*
3 *Propria auctoritate nemo poteſt, ſibi Ius dicere.*
4 *Diſtinctio ad confirmandam noſtram concluſionem.*
5 *In nullo caſu qui contraxit ſecundas nuptias ſciens primas nullas eſſe puniendus ab Inquiſitoribus.*
6 *Si ex tali contractu ſcandalum oriatur per ordinarium puniendus eſt.*
7 *Matrimonium pendente lite contractum valet ſecundum Barboſam.*
8 *Contra interdictum Eccleſiæ eſſe nullum.*
9 *Quid ſi contractum ſit contra Pontificis interdictum.*
10 *Secundum matrimonium ante Eccleſiæ ſententiam lite pendente contractũ non eſt nullum ſtante nullitate primi matrimonij.*
11 *Non videtur taliter contrahens iniuriam inferre matrimonio.*
12 *Non inuenitur Eccleſiæ decretum quod tale matrimonium irritet.*
13 *Licet aliqua iniuria Sacramenti ex ſcandalo in tali contractu oriatur.*
14 *Si impedimentum dirimens ita occultũ ſit vt non prouari poſſit quamuis in foro conſcientiæ excuſari poſſit à culpa in foro externo non vtique excuſabit à pœna.*

Pen-

15 *Pendente lite ſuper validitatem matrimonij ſi debet quis tranſire ad ſecundas nuptias.*

16 *Et ſi contrahatur ſeparandi ſunt coniuges, dum durat lis.*

17 *Matrimonium litependente contractum ſi ſententia in eius fauorem ſuperueniat valet, & tenet.*

18 *Qui dubius de valore primi matrimonij aliud contrahit puniendus eſt ſaltim per Ordinarium.*

19 *Qui pendente lite de validitate matrimonij à ſecunda vota tranſit ſi ſẽtentia ſit pro validitate matrimonij, vt Bigamus puniendus eſt.*

20 *Si vero per ſententiam declaratur nullum primum matrimonium taliter contrahens à penis liberatur.*

1 VTilis admodum, & magnopere ad praxim faciens ſeſe offert quæſtio, in qua & ſi ex Iuris profeſſoribus ſint, qui taliter contrahentem ab omni excuſent pœna, vt *Paul. in conſ.* 118. verb. matrimonij *in* 1. *volum.* quem ſequitur *Hiſpanus in conſ.* 120. *Splendore gratiæ tuæ num.* 16. *& l.* 1. §. *Præterea num.* 14. *ff. de Sicarijs*, licet in vtroque loco corruptè eum citet: & idẽ firmauit *Ioannes à Ripa in Rubr. de ſecundis nuptijs num.* 9. *Ioan. de Neuiza in ſylua nupt. lib.* 4. *num.* 44. *Petrus Rebuf. in concord. titulo de publicis concubi. in* §. *& cum omne in Gloſſ. ſi tamen ſorta Garſ. de vlti. fin. iux. illato* 15. 16. *Michael à Medina qu.* 14. *&* 23. *pro quibus eſt gloſ. in C. auditis de elect.* quæ ſentit quod ſi prima electio nulla eſt, ea non caſſata ad ſecundam faciendam accedi poteſt, quod firmat *Bald. in Margarita verb. electio*, & quod dixit *Alex. conſ.* 81. *col.* 5. *lib.* 3. *Piotus in l. ſi quãda nu.* 177. *C. vnde vi*, qui tenent,

2 quod ſi prima venditio nulla ſit, ſecundo vendens in nullam incidit pœnam; vnde dixit in noſtro caſu Innoc. in c. de illis in princ. de ſponſ. impub. quod in matrim. nullo ad ſeparationem honeſtum eſt, non tamen neceſſarium Eccleſiæ iudicium, pro qua ſententia eſt *c. cum in Apoſtolica deſponſal.* contrarium tamen videtur poſſe tentari, cum propria auctoritate quis non poſſit dicendo ſibi ius, primam

3 vxorem relinquere, & ſecundam aſſumere, imo Eccleſiæ iudicium eſt neceſſarium contra *Innocentiũ ex mente Sancti Tho. in* 4. *diſt.* 27. *q.* 2. *art.* 3.

Et confitmat id *Riccardus in eadem* 4. *diſt.* 35. *art.* 1. *quæſt.* 3. *Anton. in* 3. *parte tit.* 1. *cap.* 21. *Adrian. in quod lib.* 6. *art.* 1. noſtrique Caſtellæ Reges grauitet puniendos eſſe decreuerunt vt patet *ex lib.* 6. *tit.* 1. *lib.* 5. *nouæ compilatio.* in hoc fundamento ſcilicet an in matrimonio nullo, ſit Eccleſiæ iudicium neceſſarium. Ex quo noſtri dubij reſolutio videtur pendere, credo poſſe diſtingui quod vel matrimonium, quod nullum eſt ſolemniter, ſeu publicè fuit celebratum, & impedimentum, quod id reddit nullum non eſt ita publicum, & omnibus notũ quod

4 ſi ille ſine iudicio Eccleſiæ à matrimonio diſcederet, omnes, qui de contractu matrimonij notitiam habent, non intelligerent ex impedimento diſcedere, & tunc Eccleſiæ iudicium eſſe neceſſarium, vt ſcandalum ceſſet, vel ſecundo matrimonium illud occultè fuit contractum; vel ſi publicè: etiam impedimentum publicum eſt, ita quod & ſi ille diſcedat, nullum ſcandalũ orietur, & tunc quod Eccleſiæ iudicium non ſit neceſſarium, nec ſine eo à matrimonio diſcedens aliqua ſit pœna dignus, quod tamen attinet ad noſtram quæſtionem ſit.

5 Noſtra Concluſio: dicendum in nullo caſu ſic contrahentem ſecundas nuptias, qui primas ſciebat nullas eſſe per Inquiſitores puniẽ-

dum, cum ceſſet ſuſpicio hereſis per Iudices tamen ordinarios ſi ita contrahit quod ſcandalum oriatur,
6 puniendus eſt; & hæc diſtinctio eſt de mente *Vincentij, & Abbatis nu. 6, in d. c. cum in Apoſtolica.*

Ex quo *capit. cum in Apoſtolica* etiam habemus ibi, pendente lite, quod hoc matrimonium ſecundo contractum ante ſupradictam Iudicis ſententiam eſt validum, nam ibi infert *Auguſtinus Barboſa* hanc conſequentiam; *ergo matrimoniũ, pendente lite, contractum valet, vt per Couar. de ſponſal. par. 2. cap. 8. §.*
7 *1. num. 8. Maſcard. de prob. concluſ. 1023. numer. 8.* Et huc facere videtur doctrina, quam aſſert idem *Barboſa in cap. tua fraternitas de ſponſa duorum* ibi, *& ſi contra interdictum Eccleſiæ*, vbi ait quod matrimonium initum contra interdictũ
8 Eccleſiæ, eſt nullum. Declarat tamen hanc propoſitionem *in cap. ad diſſoluendum 13. tit. 2. 3. decretal. de ſponſal. impuberum in gloſ. (irritum)* ibi *ſed quid ſi contraheret matrimonium contra Interdictum, &c.* ibi enim notat (pono eius verba) *quod ad hoc quod matrimonium aduerſus Pontificiam prohibitionem initum, non eſt inualidum, niſi aliud ſubſit impedimentum dirimens, & manifeſtè loquitur quando eſt interdictum cum decreto irritanti. nam promiſerat cæteros contractus initos aduerſus Pontificis decretum irritans, eſſe inualidos, ſecus ex decreto irritante minimè adiecto prohibitum*: & immediatè
9 quærit quid in matrimonio aduerſus Papæ interdictum celebrato? & reſpondet *tanquam quid ſpeciale eſſe validum. Et ita hanc Gloſſ. intelligunt Abbas hic numer. 9. & Zabar. etiam numer. 9. & Alex. de Neuo hic num. 21. vbi conſtituit diſcrimen inter ſponſalia, & matrimonium aduerſus huiuſmodi prohibitionem contracta, vt illa irrita ſint, hoc autem minimè, niſi addatur clauſula ſpecificam mentionem matrimonij irritationis faciẽs quia matrimonium cum ſit res adeò ardua, & grauiſſimum negotium, illud irritare ſpecificam clauſulam ponit; ad ſponſalia vero irritanda non deſideratur ea clauſula ſpecifica, ſed ſatis eſt generalis, cum ea irritare non ſit res tanti momenti.* Huc vſque Barboſa.

Et videtur ad rem noſtram poſſe efficì hic diſcurſus: ſecundum matrimonium ante Eccleſiæ ſententiam, & lite pendente, contractũ non eſt nullum ſtante nullitate primi matrimonij, de qua nullitate, vt ſupponimus apud alterum coniugem, qui coactè primum matrimonium contraxit, iam conſtat; alter vero coniux ſupponitur inſcius; non ergo infertur iniuria Sacramento quoad matrimonij vinculũ, & valorum, non ergo videtur de hæreſi ſuſpectus, qui ita contrahit ſecundum matrimonium; iniuria enim Sacramento quoad valorem, & vinculum tunc efficeretur, quando ſtante primi matrimonij vinculo, & validitate, ſecundum matrimonium intentaretur, vt ex primo libro ſupponimus; quod non euenit in caſu noſtro.

Quod autem hoc ſecundum matrimonium, licet ſit contractum ante Iudicis ſententiam, & Eccleſiæ declarationem non ſit inualidũ ex eo colligitur quod non datur vllum decretum Eccleſiæ neque ſpecialiter, neque generaliter irritans hoc ſecundum matrimonium; quinimo vt diximus ex *cap. cum*
12 *in Apoſtolica de ſponſal.* contrarium aſſeritur: & aliunde non datur aliud impedimentum dirimẽs; Ex hoc ergo quod reſiliat ex primo matrimonio vt diximus nullo, ſi aliunde non adſit aliud impedimentum, non eſt cur dicatur oriri impedimẽtũ dirimẽs matrimoniũ.

Non

Non negandum tamen aliquam
13 effici iniuriam Sacramento ex eo quod illicitè contrahat qui non expectata Ecclesiæ licentia, ad secundum conuolat matrimonium; dummodo loquamur cum distinctione supraposita, ex eo scilicet, quod cum impedimentum dirimens primum matrimonium, sit occultum, ipse publicè contrahit cum scandalo aliorum; vnde optimè diximus per ordinarium puniri debere. Et addo quod si istud primum impedimentum occultum hu
14 iusmodi sit; vt nullo pacto probari possit; puta qualis esset affinitas contracta ex copula carnali cum matre coniugis, vel quid simile; hic quamuis in foro conscientiæ alioqui excusaretur; in foro tamen externo non posset excusari à pœnis; quas nostrum Tribunal Bigamis imponere solet, & omnino nō liberaretur à suspicione hæresis, quod si publicum esset impedimētum dirimens primum matrimoniū iam non esset ratio cur scandalum oriretur; atque adeò omni pœna absoluendum Iure optimo diximus.

Locuti sumus vsque adeo de eo, qui resiliret a primo matrimonio lite pendente conscius tamen impedimenti dirimentis; sed quid dicendum de eo, qui dubius de tali impedimento dirimente, lite adhuc pendente ad secundum conuolaret matrimonium. In hoc casu
15 puto habere locum doctrinam *Sanchez lib.7. de matrim.disput.2. num.* 15. vbi dicit quod *lite pendente super impedimento dirimente prius Matrimonium, atque adeo super eius valore; non debere aliud matrimonium contrahi*, quod ait Constare *ex cap. tua fraternitas de sponsa duorum*; & & licet hic textus propriè loquatur pendente appellatione, ait eādem esse rationem lite pendente ante appellationem, vt colligit ex *dicto cap. cum in Apostolica desponsal.*
16 Vnde infert matrimonium secundo loco contractum esse separandum dum durat lis, & colligit *ex dicto cap. tua cum Abb. ibi numer.* 3. & *Alex. de Neuo numer.* 5. & ad oppositionem, quæ potest adduci *ex cap. laudabilem vt lite pendente* vbi præcipitur alterutrum coniugem accusatum non esse iure, quod habet in alterum priuandum ante probatam accusationem respondet cum *Gloss. finali cap. tenor. de sententia, & re iudi. cum Abb. ibi num.* 9. & *Alex. de Neuo dicto cap. tua num.* 6. eum textum intelligi cum nulla lite pendente, sed approbante Ecclesia, matrimonium in eius facie contrahitur, quare ex dictis inferimus, quod licet matrimonium, quod ita lite pendente contrahitur; quæ
17 est causa temporalis sit validum; & post sententiam Iudicis definitiuā in eius fauorem omnino persistat, & quod sit validum probatur à fortiori ex doctrina posita à *Sanchez lib.2. de matrim. disp.* 33. vbi ab ipso num. 2. vocatur probabilior sententia quæ asserit valere matrimoniū inter eos coniuges, qui in matrimonium consentiunt falsò existimantes subesse impedimentum dirimens vt priorem alterius coniugem viuere; dummodo quantum
18 in seipsis est intendant consentire; à fortiori ergo validum est si tantū dubitatur an subsit impedimentū; at omnino puniri debere saltem per ordinarium eo quod dubius de valore primi matrimonij ad secundum conuolarit; & maiori quidem pœna puniri debere; ac punitur ille qui conscius de impedimento dirimente primi matrimonij, ad secundum matrimonium transijt, & vt dicit Sanchez omnino tale matrimonium separari debere dum durat lis.

An

An vero debeat huiuſmodi contrahens per noſtrum Tribunal puniri, & an ſuſpicionem hæreſis præ-
19 ſeferat; videtur dubitatione non carere: & quamuis potius malitia puniri debet, & temeritas, qua quis ſecundum matrimonium contrahit; quæ poteſt reperiri eadem in vtroque caſu, quem mox ponemus: attamen cum diſtinctione reſpondendum puto quod ſcilicet ſi deinde accidat quod ſententia Iudicis, pro quo ſtat præſumptio, ſit in fauorem primi matrimonij, quod hic puniri debet per noſtrum Tribunal, & debeat tanquam ſuſpectus de hæreſi abiurare de leui, & ratio eſt, quia cum temerè tranſeat ad ſecundum matrimonium, quod de facto primo ſtante nullum declaratur; videtur ideo tam facile tranſire ad ſecundum quia nimirum malè ſentiat in materia Sacra-
20 menti; quæ ſententia an ſit rigoroſa, iudicent viri docti. Si vero accidat quod primum matrimonium ex ſententia Iudicis diſſoluatur, & ſecundum perſiſtat, videtur excuſandus à talibus pœnis, & abiuratione; ex eo quod præſumptio ſtet in eius fauorē; quod ſcilicet ideo ad ſecundum matrimonium tranſijt; quia ſcilicet probabiliter putabat, quod primum nullum eſſet.

QVAESTIO OCTAVA.

An per Tribunal Sancti Offici puniendus qui ſcienter durante primo matrimonio ſecundum contrahit cum impotente.

SVMMARIVM.

1 *AN matrimonium contractum ad caſte uiuendum validum, vel irritum ſit.*

2 *Recentiorum ſententia in duas partes diuiditur.*

3 *Textus in cap. cōſultationi de frigidis, & maleficiat.*

4 *Multi paralogizati ſunt exiſtimantes inter huiuſmodi cōiuges nullatenus vinculū matrimonij permanere.*

5 *Verus ſenſus dicti cap. conſultationi ſecundum Barboſam.*

6 *Per verba* vt ſororem habere *non eſt ſublatum matrimonij vinculum.*

7 *Matrimonium potentis cum impotente ad caſtè viuendum etiam cognita impotentia validè celebratum.*

8 *Sententia Canterę refertur.*

9 *Matrimonium ad caſtè viuendum inter impotentes eſt validum exceptis eunicchis in ſententia Pontij.*

10 *Vſque ad tempus Sixti V. matrimonium vtroque teſte carentium validum erat.*

11 *Domitianus Imperator prohibuit ſpadones fieri.*

12 *Mattialis, & iuuenalis illuſtrantur.*

13 *Matrimonium B. Virginis, & D. Ioſeph ad caſtè viuendum fuit verū matrimonium.*

14 *Quando ab initio non fuit cognita impotentia perdurat matrimonium.*

15 *Soluto tali matrimonio eorum qui ſcienter ita contraxerunt tenetur qui reſilijt alterum coniugem alere.*

16 *Stante ſententia Sanchez de inualiditate talis matrimonij ille qui ad ſe eundas nuptias tranſit non eſt reus noſtri tribunalis.*

17 *Potens qui ad ſecunda vota tranſit nō peccat.*

18 *In ſententia* Sanchez *talis contractus eſt mere ciuilis ad cohabitandum ad morem fratrum, & ſororum.*

19 *Poſt primum validum matrimonium talis contractus ad caſtè viuendū nullo modo permittendus eſt.*

20 *In ſententia Pontij quod validè contrahatur matrimonium ad caſtè viuendum, talis ſecundo contrahēs puniendus eſt vt* Bigamus.

21 *Sententia autoris circa diſcrimen ſententiarum.* Sanchez, *& Pontij.*

Vt

VT debitam afferamus propoſitæ quæſtionis ſolutionem,
1 oportet non ille pidam attingere, & inter recentiores valdè agitatã quæſtionem an ſcilicet matrimonium inter perpetuò impotentes ad caſtè viuendum ſit validum; an vero ipſo iure irritum, & dico ad caſtè viuendum, nam ſi ponamus caſum quod contrahant matrimoniũ in ordine ad copulam citra dubium nullum, & fruſtratorium eſt, cum perpetuò impotentes ſint. Videndum igitur prius an validum ſit matrimonium ad caſtè viuendum.

Et quidem magna lis inter recenſiores exoritur ſuper hac quæ-
2 ſtione, qui in duas ſententias diuiſi ſunt, quarum altera dicit nullo pacto conſiſtere matrimonium impotentium ad caſtè viuendum; altera vero dicit optimè conſiſtere poſſe.

3 Et augetur difficultas ex diuerſo intellectu textus *ex cap. Conſultationi de frig. & malef.* ibi *vt quas tanquã vxores habere non poſſunt habeant vt ſorores*. Vbi *Auguſtinus Barboſa* ait, quod hæc phraſis Pontificia multos fefellit, qui ex ignorantia antiquitatis lapſi ſunt; putantes quod inter huiuſmodi coniuges nullatenus vinculum matrimonij remane-
4 ret; ſi vellent ſimul remanere ad caſtè viuendum; ſed ſolum quemdam actum ciuilem de cohabitando vti ſolent fratres, & ſotores, abſque vllis actibus impudicis, quos ſolos licitos efficit maritale conſortium inter eos, qui potentes ſunt ad copulam conſumandam. Et ait quod verus ſenſus iſtorum verborum eſt quod licet huiuſmodi coniuges impotentes debeant tanquã fratres, & ſorores ſe habere circa huiuſmodi ſupradictos actus maritales; manet tamen inter eos vin-
5 culum matrimonij; dummodo velint ita remanere ſimul ad caſtè viuendum, & allegat Barboſa ad confirmationem huius intelligentiæ, primo textum *in c. requiſiti 23. qu. 5.* qui ex Epiſtola Gregorij ad Epiſcopum Rauẽnatẽ deſumptum eſt, vbi dicit *ſi nolit eam habere quaſi ſororem, retinaculum coniugij reſcinden dũ eſt*. Ex quo infert *Barboſa*, quod talem coniugem vt ſororem habere non eſt ſublato matrimonij vinculo in eadem domo ſimul habitare, & caſtè viuere; nam fruſtra adderetur,
6 quod alias reſcindendum ſit, matrimonij retinaculum. Secundo allegat epiſtolam *Hieronymi ad ruſticũ*, quæ dicit *narrauit mihi vxor quondam tua nunc ſoror atque conſerua, quod iuxta præceptum Apoſtoli vos ex conſenſu ab opere nuptiarum, vt vacaretis orationi*, ecce quomodo vocatur hic ſoror, & conſerua, quæ tamen retinet coniugij vinculum ex eo quod caſtè viuat cohabitans tamen cum marito.

7 Sequitur hic *Barboſa* doctrinam *Baſilij Pontij lib. 7. de impedimento impotentiæ cap. 56. n. 1.* vbi aſſerit ſẽ per ſibi viſum probabilius matrimonium potentis cum impotente ad caſtè viuendum etiam cognita impotentia validè celebrari, & citat pro hac ſententia *Palud. in 4. diſtinct. 34. quæſt. 2. Anton. 3. par. tit. 1. cap. 22. §. 3. veram crucem in ſuo ſpeculo coniug. 1. part. art. 38. Petrum Soto Sect. 5. de contin. à cap. 74.* & alios viros doctos ſuæ ætatis, & pro hac ſententia citat *Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 97.* quam plures, & præcipuè *Magiſtrum in quarto diſtinct. 34. capit. primo D. Thomam 4. diſtinct. 36. quæſtione vnica articul. 1. in c. & ad 4. & ad 34. qu. vnic. art. 2. ad 4.* cæteros apud ipſum videre eſt loco citato *numero 2.* ipſe vero Sanchez expreſsè eſt in contraria ſententia eodem loco *numer. ſecundo*, vbi ait, *[Cæterum tanquam veriſſima ſententia eſt ſuſtinenda ni-*

hil referre, ſiue ſciatur, ſiue ignoretur à contrahentibus impotentia coeundi perpetua, & ita in vtroque euentu matrimonium eſſe irritum. Ducor quod ea coniunctione pugnet mutuę corporum traditioni ad vſum coniugalẽ, in quo eſſentia matrimonij conſiſtit; cum enim vſus ſit impoſſibilis, non poteſt dari obligatio ad illum; &c.] & citat pro ſe Sanchez non paucos Auctores.

Contra Sanchez quamuis innominatum validiſſimis inuehitur Põtius citatus argumentis, contenditque omnino matrimonium ad caſtè viendum inter, impotentes omnino poſſe conſiſtere, & eſſe validum
9 matrimonium. Excipit tamen ab 12
iſto genere impotẽtium Eunuchos, quos ipſe vocat vtroque teſte carentes, mutilos; & exectos neque viros, neque fœminas; quos & ſi aſſerat iure naturali non eſſe inhabiles ad ineundum matrimonium ad
10 caſtè viuendum; neque iure poſitiuo fuiſſe vſque ad tempus Sixti V. ab eius tempore tamen, qui ſuis literis illos reddidit inhabiles ad quoduis matrimonium contrahendum, eſt Eunochiſmus, vt ipſe Põtius ait, ſiue cognitus, ſiue ignotus impedimentum dirimens quouis modo celebratum matrimoniũ à tempore Sixti V.

Id quam prudenter à Sixto prohibitum legenti infraſcriptum Martialis Epigramma patebit.

Luſus erat ſacræ connubia fallere tædæ
Luſus, & immeritos execuiſſe mares.
Vtraque tu prohibes Cæſar, populiſque futuris.
Succurris, naſci, quos ſine fraude iubes.
Nec ſpado iam, nec Mœchus erit te Præſide quiſquam
At prius ò mores, & ſpado Mœchus erat.

Ad quod lege *Domitij Calderini* commentarium, in quo ait (Hoc epigramma agit gratias Domitiano, quod inter cætera inſtituta, &
11 reuocata lege Iulia ſuſtulerit adulteria, & nouo inſtituto præhabuerit ſpadones fieri.) Spado enim ducebat vxorem non ſibi, ſed alijs vnde ipſe erat adulter ſuæ vxoris; vt de Othone ſcriptum eſt eo diſticho.

Cur Otho mentito ſit quærities exul honore.
Vxoris Mœchus cœperat eſſe ſuæ.

Nam Nero cum eam rem habebat; Et de ſpadone conqueritur *Iuuenalis*.

Cum tener vxorem ducat ſpado.

Id eſt non ſibi, ſed alijs, vel quod magis placet ſpado erat Mœchus, quoniam Mulieres ſpadonibus oblectabantur *Martial.*

Cur tantum Eunuchos habeat tua Gellia quæris
Panice, vult ..... Gellia non pareze.

In quod diſtichon vide etiam eiuſdem *Domitij* commentarium.

Et quidem potiſſimum argumentum, quo vtitur, vt mihi videtur Pontius contra Sanchez eſt illud ductum ex matrimonio B. Virginis cum D. Ioſeph; in quo & ſi corpora mutuo tradita habilia erant
13 naturaliter ad generationem, moraliter tamen ex voto virginitatis erant inhabilia; nec vllo pacto, neque implicitè poterat in illo matrimonio eſſe conſenſus in copulam carnalem; ſed ſolum illud matrimonium erat in coniunctionem animorum.

Pro ſententia vero Sanchez videtur etiã poſſe adduci argumẽtũ nõ parui momẽti, quia ſi inter impotẽtes

tes poſſet contrahi matrimonium ad caſtè viuendum validum, & firmum, vtique huiuſmodi coniugiũ taliter eſſet, vt non poſſet ab ipſo
14 vnquam alter coniux, qui potens eſſet, à matrimonio taliter cõtracto reſilire, at hoc nullo pacto conuincitur ex vllo canone, ſed ſolum permittitur ſic permanere tanquam fratres, & ſorotes huiuſmodi coniuges quando ab initio non fuit cognita, vel alterius, vel vtriuſque impotentia; vel etiam ſi fuit cognita, ita decreuerunt per quemdam ciuilem contractum, vt loquitur Sanchez, conuiuere, & in eadem domo cohabitare ad promiſcua munia præſtanda, & ſolum ſi po-
15 tens conuolaret ad ſecundum matrimonium, concedit Sanchez, quod ſtante ſecundo matrimonio teneretur vir verbi gratia, qui à primo reſilijt, alterum coniugem alere, & ſuſtentare, ſicut vxor tenetur ei inſeruire.

Expenderem hæc, & alia horum Auctorum pro vtraque parte ingenioſiſſima argumenta, & citatos Canones, ſed quia præſtat meum intentum proſequi, illa diligentiſſimo lectori, & legenda, & meditanda, vt etiam iudicandum relinquos quænam ex his ſententijs tutior appareat, & ad rem noſtram breuiter ſic deuenio quare ſit.

Prima Concluſio ſtante ſententia Sanchez, quod inualidum ſit matrimonium inter vtrumque, vel alterum coniugem impotentem, alterum vero potentem, etiam ad caſtè viuendum. Si coniux potens
16 relicto primo matrimonio ad ſecundas conuolet nuptias cum potente; vtique nullo pacto de fide eſt ſuſpectus, nec per Tribunal Sancti Officij eſt puniendus, quandoquidem hic nullo pacto dici poteſt tranſire ad ſecundum matrimonium, ſuppoſitum quod primum matrimonium nullum eſt, nec appellari poteſt in ſententia huius Auctoris matrimonium; ergo nullo pacto poteſt hic dici ius matrimonij violare, & multo minus Sacramenti; ad ſummũ poteſt dici offendere iuſtitiam commutatiuam, ſi ponamus non eſſe compoſſibilia munia ex vtraque parte inter primos contrahentes, ſtante deinde vero matrimonio, quod ad noſtrũ Tribunal non pertinet, quod ſi di-
17 camus cõpoſſibilia, vt videtur ſupponere Sãchez diſputatione citata, & exhibeantur, neque etiam contra iuſtitiam peccabit potens, qui ad ſecundũ matrimonium tranſijt.

Et hæc Concluſio vera eſt tam ſi verum matrimonium antecedat, quam ſi ſubſequatur, eadem enim videtur eſſe ratio. Nam cum in sẽtẽtia iſtius Auctoris ſcilicit Sanch.
18 hic cõtractus ſit purè ciuilis ad cohabitandum ad morem fratrum, & ſororum, non eſt cur dicamus magis licere ante matrimonium verũ, & legitimum, ac poſt; loquor autẽ quoad noſtram concluſionem, nam ſi abſolutè loquamur poſſet eſſe maxima differentia ſi poſt verum matrimonium efficiatur hic ſecundus contractus ad cohabitandum; cum enim hic contractus non ſit oc
19 caſionatus, ſicut ſi antecederet: ex nouitate rei maximum oriretur ſcãdalum tum apud conſcios impotentiæ ſecundæ coniugis, qui putarẽt hunc contrahere ad aliquem malum finem nempè ad illicitos contractus, & inhoneſtos; tum apud Inſcios; qui exiſtimarent hunc reum eſſe duplicis matrimonij; quare hinc puro uullo pacto, vel licitum, vel ab Eccleſia permittendum hũc ciuilem contractum cum fœmina impotente poſt primum validum matrimonium.

Secunda concluſio ſtante ſentẽtia Pontij quod validè poſſit con-

trahi matrimonium ad caſte viuendum, ſicut ipſe tenetur fateri quod
20 hic interueniret verũ matrimoniũ; atque adeo Sacramentum: & quod adulterium committeretur ſi alter coniux potens, cum alia fœmina commiſceretur: ita puto dicendum quod ſi quis poſt taliter primũ contractum matrimonium, ad ſecundũ conuolaret quod hic ſuſpectus eſſet de hæreſi, & per Tribunal noſtrum puniendus. Et ratio petitur ex toties dictis; nam hic reuera daretur duplex matrimonium primũ validum; ſecundum vero quantum ex parte iſtius ſecundo contrahentis eſt per ea celebratum, quæ ſatis eſſet ad verum matrimonium contrahendum ni primum obſtaret.

Tertia concluſio abſolutè tamẽ quandoquidem vtraque ſententia probabilis eſt, & ſuos habet grauiſ
21 ſimos Auctores; non videtur hic talis ſecundo verum matrimonium contrahens poſt primum celebratũ cũ impotente, nec ſuſpectus de hæreſi, nec puniẽdus à Tribunali.

QVAESTIO NONA.

An vt huius criminis Reus ſit puniendus per Inquiſitores, qui poſt primum legitimum Matrimonium ſecundum alias nullum contraxit.

SVMMARIVM.

1 *TEſtis non punitur de falſo ſi eius teſtimonium nullum eſt.*

2 *Qui ex contractu nullo rem emphiteuticam Domino irrequiſito alienat non cadit a iure ſuo.*

3 *Notarius qui nullum inſtrumentum facit non punitur de falſitate.*

4 *Qui poſt primum legitimum matrimonium ſecundum alias nullum contraxit puniendus eſt.*

5 *Quando lex non effectum, ſed factum reſpicit pœna infligitur ita ex facto nullo quam ex valido.*

6 *Ex actu nullo ita deprehenditur conſenſus ſicuti ex firmo.*

7 *Qui matrimonium contrahit licet nullum Beneficium amittit.*

8 *In ſententia aliquorum matrimonij Sacramenti materia, eſt conſenſus vnius qui procedit, & forma cõſenſus alterius.*

9 *In ſententia aliorum materia ſunt cõtrahentes, & forma verba quibus explicant conſenſum.*

10 *In alia ſententia materia eſt conſenſus forma vero ſunt verba.*

11 *Nuptias non concubitus ſed conſenſus facit.*

12 *Stantibus omnibus aliijs requiſitis in matrimonio ſi deficit conſenſus nõ eſt matrimonium.*

13 *Parentum conſenſus non eſt de neceſſitate matrimonij.*

14 *Lex quæ aſſignat pœnam filiæ contrahenti, matrimonium ſine patris cõſenſu nulla eſt.*

15 *Lex Galliæ prohibens conſanguineos regis matrimonia inire ſine ipſius conſenſu non eſt tolleranda.*

16 *Si contrahentes ſunt incapaces contrahendi puniendi non ſunt.*

17 *Quod nullum eſt effectus non operatur.*

18 *Dubium circa impedimentum publicæ honeſtatis.*

19 *Sententia Inquiſitoris Scobar à Corro circa impedimentum.*

20 *Defenduntur D. Thomas, & D. Bonauentura a calumnia aliquorum.*

21 *Sententia Caſtri Palao in contrariam opinionem.*

22 *Contrahens ſecundum matrimonium metu cadente in conſiantẽ virum non eſt puniendus vt ſuſpectus de Hereſi.*

23 *Per copulam metu extortam non ratificatur matrimonium.*

24 *Sententia Cardinalis improbatur.*

25 *Quid operetur metus leuis non cadens in conſtantem virum.*

26 *Mitius cum tali procedendum eſt.*

Sen-

27 *Sententia aliquorum quod metus reuerentialis impediat matrimonium reprobatur.*

PRo parte negatiua videtur in argumento *l. non dubium C. de legi. l. ea quidem C. ſi macipia ita fuer.* 1 *alien. & ibi Bald. n. 1. & eſt Gloſ. V. nil damus C de falſ.* quę tenet teſtem nō puniri de falſo ſi eius teſtimonium nullum eſt; & idem tenet ibi *Barth. & Bald. in l fin. ff quod falſ. tuto. auct.* idem *Barth. in l* 1. §. *in rationibus ff. de falſ.* & qui ex contractu alias nul- 2 lo rem emphiteuticam Domino irrequiſito alienat, non cadit à iure ſuo; ita dicunt *Bald. in l. 2. num. 3. C. de Epiſc. audi. Felin. in c. ex tenore nu. 6. de reſcrip. Iaſ. in l fin. num.* 139. *de iure Emphiteot.* & facit ad id quod de excipiente inepte, ait *Bald. in l. 1.* §. *hæc autem in fin. ff. de Iure Iur.* & quod poſt *Baldum in l. Iuuemus C. de teſtam. num. 9. dicit Alex. conſ* 73. *non puto hunc notarium in* 1. *volum.* quos citat *Mattheus de Afflict. in deciſ.* 21. *Neapolit. n.* 12. *&* non puniri de falſo 3 Notarium, qui inſtrumentum fecit; nullum tamē alia ratione quam falſitatis, alia congerunt *Hippol. in l.* 1. §. *Præterea num.* 14 *ff. de Sicar. & in conſ.* 105. *coſ. di meo nu* 11. *Ripa lib.* 1. *reſponſ. c. 2. nu.* 20.

Noſtra Concluſio: contrariam ſententiam in noſtro caſu amplectendam cenſeo, & ita tenet *Souſa in Aphoriſ. Inquiſitorum lib.* 1. *capit.* 35. *numer.* 4. *ex Albert. nu.* 10. *& Farinac. num.* 25. & ſic contrahentem puniendum eſſe in hoc foro probatur ex ſequent. primo argumento *l.* 4 *ſi vxor* §. 1. *ff. de adult. & Gl. ff. in ca. plerumque in gl. ſ. fin. de donat. inter virum*, quæ tenet ita vxorem putatiuam ex adulterio perdere dotem, ac veram. quam ſententiam ſequūtur plures, quos congerit *Bald. Nouell. de dote part.* 11. §. *hactenus num.* 36. ibi eam dicit communem, & *Ioannes Lop. in rep. Rubri. de donat. inter virum* §. 36. *num.* 3. & idem ſentiunt *Guid. Papæ ſingul.* 568. *verſ. vnde dubitatur, & Ballet. relati à Barboſa in collect. ſuper decretum in dicto cap. plerumque num.* 17. *eſtque* id decidens in Caſtellæ Regnis *l.* 81. *de Toro.* Secundo quia quoties lex nō effectum, ſed factum perpendit, ita infligitur pœna ex actu nullo, ac ex valido. ita *Barth. ait in l. quid ergo* §. *cum autem factum ff. de ijs. qui not. infam. Deci poſt alios in c. ex tenore de reſcript. num.* 6. ſed in noſtro caſu factum, & non effectum cōſideramus, 5 cum ſit certum ſecundum matrimonium, primo permanente contractum in nullo caſu poſſe eſſe firmū, ſeu validum.

Tertio potiſsimum matrimonij, eiuſque ſubſtantia conſenſus eſt, vt ſtatim latè dicemus. Sed ex actu nullo ita deprænditur cōſenſus, 6 ac ex firmo, vt poſt plures, quos citat notat *Ludou. Gome. in c.* 1. *nu.* 124 *de conſu. in* 6. igitur cum appareat in ſecundo matrimonio conſenſiſſe iam deliquit, ac per conſequens puniendus eſt, ſicut qui matrimonium nullum contrahit: nihilominus amittit beneficia, ac ſi validum contraheret. Ita *Ioānes Andreas in cap. Ioānes de Cleri. cōiug. Card. & Abbas in cap.* 1. *eodem tit. Hiſp. cōſ.* 70 *ſcientiarum num.* 16. *Couar. in Epito. ſuper* 4. *in* 2. *part. cap.* 6. §. 3. *nu.* 4. *Mēchāca de ſucceſſ. creatio* §. 22. *num.* 46 *fol.* 77 ſuntque pro hac parte duo Iura, quę hanc videntur probare ſententiam in ſui ratione *c. nuper in princ. & ibi Antoninus, & Abbas de bigamia heum, qui duos C. de Adulterijs.*

Et idem decidit *Doctor Molina Iuriſta in tract. de primog. Hiſpa. lib. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 16. cum ſequen. vbi contra *Didacum a Caſtello in lege* 49 *de Toro* firmat contrahentem matrimonium etiam nullum clandeſtinè puniendum eſſe pœnis cōtra.

trahentis clandestinè. Vt tamen vtraque opinio sustineri possit, distinctione quæstio resolui potest, prælibando quod solemnitas substantialis matrimonij est consensus contrahentium, & sic in illa quæstione de materia, & forma vide quæ supra diximus huius Sacramenti, in
8 qua Aliqui asserunt, quod materia sit consensus vnius contrahentium, qui præcedit, & forma consensus alterius, qui sequitur sentit *Gloss. in cap. tua nos in V. nec forma desponsa.* & firmat expressè *Capreolus in 4. dist. 26. ad septimum argumentum, & Palod. ibi. q. 4. Adria. q. 1.* Alij dicunt quod materia sunt ipsi contrahentes, & verba, quibus explicant consensum habent vicem formæ · ita
9 *S. Thom. in 4. dist. 26. qu. 2. art. 1. in solut. ad 1. & tenent Vasq; disp. 2. cap. 5. Basilius Pontius lib. 1. cap. 7. & Gaspar Hurtado de matrim. difficul. 21. & idem D. Thom. dist. 1. quæst. 1. art. 1. quæstion. 5.* dicit quod verba consẽsus habent vicem formæ, *Magist. in*
10 *dicta dist. 26. cap. pen.* dicit materiã esse consensum contrahentium, formam vero esse verba, quibus explicantur consensus ; & idem tenent *Nauarrus cap. 22. num. 20. Rebellius lib. 2. quæst. 4. sect. 3.* quod & antea dixit *Bald. in c. furer eo 2. num. 2. de testi.* quicquid sit ex dicta controuersia satis constat primum locum in matrimonij contractu obtinere partium consensum, quia de Iure communi nuptias, non cõcubitus, sed consensus facit, vt ait *Vlpianus*
11 *in l. 3. ff. de reg. Iuris, & in l. 15. in fine ff. de condit. & demonstrat.* Et ita in Concil. Florentino decisum est causam efficientem in matrimonio esse contrahentium consensum per verba de præsenti præstitum, & sic dicimus substantiam esse huius contractus contrahentium consensum, quæ dat esse rei *l. Iulianus §. is qui rẽ ff. ad exhibendum*. vnde stantibus
12 omnibus alijs in matrimonij contractu requisitis, si deficiat consensus non est matrimonium *cap. fin. de sponsa. duo. l. nuptias ff. de regulis Iuris cum vulg.* Iuraq; disponentia sa hoc contractu esse necessariũ quod parentes contrahentium consentiãt *vt ea quæ patris ff. de sponsa. l. viduæ l. coniunctioue C. de nupt.* de honestate : non tamen de necessitate procedunt, vt probat *c. veniens de sponsa. c. suffiiat 26. q. 2.* & ita tenent *Couar. de sponsa. cap. 358. Perez lib. 1. glos. 5. pag. 3710. l. 1. Guttier. Canon. quæst. lib. 1. cap. 10. num. 1. & 2. & in tract. de matrim. cap. 79. a princ. & post Sayr. Bellarm. & Sanch. resolut Bonacin. de magno matrim. Sacramento q. 4. pnn. 17. num. 23.* & expræsè determinat *Sacr. Conc. Trid. Sess. 24. de reform. matrim. cap. 1.* ibi, *quique falsò affirmarunt matrimonia à filijs fam. sine consensu parentum irrita esse*, & sic fugienda est sententia *Ch ssan. in Catal. gloriæ mundi par. 12. consid. 36. Corras. lib. 1. Miscella. c. 17. & Ioan. Oldendor. p. in 4. Classe actionum act. 26.* qui firmant matrimonium sine parentum consensu contractum nõ valere, etsi *Corrasius* temperantius loquatur, quia cum cæteri dicant matrimonium esse nullum, ipse solũ dicit rescindi posse, & id dummodo non sit copula consummatum. Hãcque sententiam damnat *S. Cõc. Trident. sess. 24. cap. 1. in princ.* imo dixit *Ioa. Andr. in c. statutum 1. de hæret. in 6.* legem Cæsaream non posse obligare, vt ad matrimonium contrahendum, parentum consensus sit necessarius, quem sequitur *Feli. in c. 1. de sponsa. & in cap. Eccles. Sanctæ Mariæ de consti. num. 59. & ibi Dec. num. 36. & in Conc. 23.* vnde periclitantur leges Regiæ Castellæ quarum princeps est 49. facta in Curijs Pinciæ celebratis *anno Dom.* 1537. cõfirmata, & ampliata, quę pœnã
14 assignat filiæ contrahenti matrimonium

nium ſine patris conſenſu, de qua lege, eiuſq; diſpoſitione vltra tradita *per Hoſtienſ. Abb. & Feli. in cap. 1. de ſponſa. Impub. Alex. conſ. 97. vol. 1. videndus eſt. Ioa. Lopez in rep. cap. per veſtras de donat. inter virum in 3. Nota. §. 4. Rodert. Suarez in l. 2. tit. de los matrimonios in l. fori, Couarr. in d. 4. in 2. part. cap. 6. num.* 17. qui ex profeſſo eruditiſsimè hoc ad amuſſim explicat vltra ſcribentes in eadem *l.* 49. qui eam defeedere ſatagunt, & multo minus tolerabilis eſt Galliæ vſus. vel abuſus, vt ita dicam conſuetudo, quæ tenet matrimonia contracta à Principibus Regi propinquis ſine ipſorum beneplacito, & licentia eſſe irrita, & nulla, cui ſententiæ nuper ſeſe ſubſcripſerunt non ſolum ſæculares Iuriſperiti Francorum, ſed quod peius eſt Eccleſiaſtici Antiſtites moti ex au-
15 ctoritate *Geneſ.* 24. vbi Abraham ſeruo Eliefer. præcepit, vt filio ſuo Iſaac vxorem non acciperet de filiabus Cananeorum, *& cap.* 28. idem Iſaac filio ſuo Iacob dixit noli accipere coniugem de genere Chanaã, ſed quam vanum, & fuctili ſit tale fundamentum eruditè probat nouiſſimè *Frãciſcus Salernus Siculus in tract. matriti impreſſo*, cuius titulus eſt *Matrimonij valor à Francorum oppugnationibus vendicatus*, per totum præcipuè *numero* 22. vbi dictis ſcripturæ ſacræ teſtimonijs euidenter ſatisfit.

Ad rem autem ſermonem conuertendo ſuppoſitio quod ſubſtantia matrimonij eſt contrahentium conſenſus dicendum eſt quod vel matrimonium eſt nullum ex conſenſus de factu, vel ex contrahentium inhabilitate; ita quod etſi cõ-
16 ſenſus acceſſit; tamen quia contrahentes erant incapaces ad tale matrimonium contrahendum, illud eſt nullum in primo membro quod dicamus quod ſic contrahens non ſit per Inquiſitores puniendus, cum in tali contractu deficiat eius pars ſubſtantialis; dummodo clare conſtet quod talis conſenſus minime affuit quod liquerit ſi præceſſit declaratio animi coram teſtibus, aut per ſcriptum fortè propter metum, vel aliud æquiualens, vt infra videbimus; & ita procedat ſententia aſſerentium quod nullum eſt non
17 operari effectum; in ſecundo caſu quod cum acceſſerit conſenſus etſi illegitimus quod contrahens punia tur, etſi matrimonium ſit nullum, & ita procedat altera opinio. Et hæc diſtinctio *eſt Riccardi*, quam didicimus *à Barthol. in l. ſi quis legatum num. 2. ff. de falſ.* & ſi in alio propoſito ipſe loquatur, & conſequenter *Socinus cõſ.* 112. *vol.* 1. *colum.* 9. ſuntque Iura, quæ id probant *text. in c. litteras de ſponſa. Impub.* iuncto *tex. in c. 1. de ſponſa. in 6.* primus tex. dicit ex defectu formæ ſubſtantialis ſi ſponſalia ſint nulla quod non oritur impedimentum publicæ honeſtatis. ſecundus probat quod ſi ratione conſanguinitatis vel affinitatis ſponſalia ſint nulla quod oritur nihilominus impedimentum publi
18 cæ honeſtatis, & conferunt textum *in cap. nuper, & in cap. finali de bigamis*.

Huc etiam pertinent quæ nouiſſimè adducit *Eſcobar à Corro tract. de purit. & nobilit. præbenda §. 7. nu.* 71. vbi videtur cum ſupradicta diſtinctione loqui; ait enim quamuis ad aliud propoctum, *quod intelligẽdum non puto dum nullitas inſurgit ab*
19 *impedimento extra facto, & voluntate beneficiati, vt ſi conſanguinitas interueniat, quam ipſe ignorabat, aut ſi ſponſa religionem ingrediatur, aut ſi nullitas proueniat ex defectu cõſenſus ipſius mulieris, quia vi, vel metu coacta, liberè contrahente beneficiato; aliud ue ſimile inuoluntarium impedimentum, quia tunc ipſe de ſe fecit quã-*

tum

tum potuit vt validum exiſteret matrimonium, ex quo veniam non meretur ex diſtinctione ſuperius tradita, & paulopoſt addit *ſecus vero ſi ex defectu conſenſus beneficiati, quia non ſanæ mentis, aut vi, vel metu contraxit, vel ſi cum conſanguinea, cuius ſciebat impedimentum, vel ſi ex defectu formæ, quam adhibere erat in eius poteſtate, vel conſenſus fœminæ, quia furioſa, vel mente capta, cum idem ſit ac contrahere cum imagine, pictura, vel dormiente, ſeu alia ex cauſa proteſtatiua eiuſdem nullitas proueniat, ſiue rationis minoris ætatis, cui ſemper venia indulgetur: quia his, & ſimilibus ſpeciebus ſcienter actum nullum confi-cere voluit, & ſic non contrarium cleri catui, nec beneficio, nec poteſt dici ſuo facto illud amiſiſſe*, ſcilicet exemplũ quod affert Eſcobar; quod ſi contrahat cum conſanguinea ſcienter, quod excludat conſenſum non eſt ad rem: hinc enim ſequeretur, quod omne impedimentum dirimens cognitum tolleret conſenſum; atque adeo deſtrueret omnem doctrinam ſuprapoſitam.

Et quæ adducit *Caſtrus Paulus, in ope morali de virtutibus, & vitijs tr. 4. diſput. 9. pun. 16. §. 8.* vbi ait loquens de contrahente duplex matrimonium quod ſit ſuſpectus de hæreſi addit hæc verba. *Item procedit concluſio poſſe ſcilicet Inquiſitores aduerſus hos delinquentes procedere etiamſi ſecundum matrimonium alias ſit inualidum, quia* (id quod eſt contra Eſcobar paulo ante citat.) *erat conſanguinea, vel religioſa, aut alio impedimento ligata, quia in præſenti non tam matrimonium in effectu quam in affectu punitur ex l. eum, qui duos C. ad leg. Iul. de adulter. authenti ea incæſtas C. de iniuſt. nupt. C. nuper de bigam. & notauit Antonius Gomez l. 80. Tauri num. 30. Alber. de agnoſcen. aſſert. Catholicis num. 10. Farinac. & alij.*

20 Eſt tamen aduertendum, quod *S. Thom in 4. diſt. 41.* abſolutè tenet ex ſponſalibus nullis non naſci tale impedimentum, in quo videtur tenere contra definitionem *d. cap. 1.* ſed non condemnandus eſt in hoc Sanctus ille Doctor, cum ille ſuam dixit ſententiam, ſtando in lumine Iuris naturalis, quo Iure impedimentum illud non erat cognitum;
21 nec tunc cum ille id ſcripſit decretum illud Bonifacij viij. erat editũ, vt accidit in opinione quod homicidium caſuale inducet irregularitatem contra *Clement. vnic. de homicidio*, quam non dum condiderat *Clemens V.* ex quibus opinionibus nihil contra Eccleſiæ lumen ſcilicet Sanctiſſimum Doctorem inferri poteſt, quia ante declarationem Pontificiam ſententiæ illæ opinabiles erant, ſicut *Seraphicus Doctor D. Bonauentura in 4. diſt.* tenet etiam quod Apoſtoli Sacramentum extremæ vuctionis inſtituerunt, & non Chriſtus Dominus, & hæc opinio pro hæretica declarata eſt in *Concil. Tridentino Seſſ. 14. can. 1.* & idem ſenſit dictus Seraphicus D. de Sacramento cõfirmationis, quod etiã per eoſdem Sacrum Concilium cõtra declaratum eſt *Seſſ. 6. cap. 1.*

Huc etiam ſpectare videtur illius quæſtionis deciſio quod ſcilicet contrahens ſecundum matrimoniũ metu cadente in conſtantem virum cum alio eſſet ligatus matrimonio non eſt vt de hæreſi ſuſpectus per Inquiſitores puniendus, quia cum iſtud ſecundum matrimonium ſit nullum ex Iure ipſo Diuino, vt dicunt *D. Bonauent. & Scotus in 4. diſt. 29. & expoſitio cap. cum locum de ſponſa.* vbi *Abbas num. 6.* dixit ita tenere communiter DD. & citat *cap. ſignificauit de eo, qui dux. in matr.* imo non ratificatur per copulam ſubſecutam, dummodo ſit metu extorta. ita *Palud. Cabriel. & Alij*, quos

23 quos refert *Sanchez de matrim. lib. 4. diſp. 18. num. 13.* & ex iure ciuili *l. ſi patre ff. de ritu nupt.* & plures Gloſſas, quamuis *Cardinalis in cap. veniens quod metus cauſa* dicit matrimonium valere, ſed poſſe reſcindi actione quod metus cauſa: cuius
24 ſententia non tenet, quia cum metus in virum cõſtantem cadens, impediat conſenſum liberum in matrimonio neceſſarium, matrimonium, eo accedente, contractum nullum eſt, ſicque contrahens, cum talis contractus ex defectu conſenſus nullus ſit, vt ſupra probauimus, non poteſt ſuſpectus iudicari; cum ex tali facto nulla oriatur ſuſpicio, quod iſte ſentiat malè de vinculo matrimonij; cum in ſecundo noluerit liberè conſentire.

Maiuſculum dubium eſt ſi timor non eſſet in virum conſtantem cadens, ſed leuis, qui matrimonium ex præ citatis Iuribus, & Doctoribus non impedit, an excuſet à pœna huiuſmodi criminis ſaltem quo-
25 ad iſtum forum, cum verè iſte binas contraxerit nuptias, & quamuis videntur quod non, cum vtrumque matrimonium omnia ſolemnia habuerit, conſenſus interuenerit; ipſe tamen, niſi metus eſſet affectatus, vel nimis leuis adhuc eum, miſericordiam, qua tribunal ſemper vtitur ſequens. mitius in omnibus punirẽ, cum illi defuerit plena libertas, ex qua ille conſenſus ſaltem ad
26 eum iudicandum ex eo ſuſpectum de hæreſi plenè non ſufficiens videtur. Et ſi enim in omnibus delictis crimen à conſenſu vim ſumat *l. qui re ff. de furt. & in l. ob id ff. ad l. Aqui. & in l. quod ſeruus ff. depoſiti* potiſſimè in noſtro themate, in quo ex conſenſu ſuſpicio quod ille aliter ſentiat de vinculo, & vnitate matrimonij oriatur, & ſic magis ſpontaneus debet eſſe conſenſus, quam ad aliter puniendum ſic delinquentem. iſtis fauet opinio *Ioa. Ignes*, ſi vera eſſet *in l. 3. §. eleganter ff. ad Sillania* quod metus reuerentialis impedit matrimonium, & idem ex Theologis tenuit *Sotus in 4, diſtinc. 29.* faciens vim in libero conſenſu, quem hic contractus poſtulat. Cõtrarium tamen aſſerit *Gloſſ. in capit. præſens clericus 20. quæſtione 3. Hoſtienſ. in ſumma tit. de matrim. §. pen. Abbas in cap. veniens 1. de ſponſa. ex d. l. parte cogente, Couarr. de ſponſa. pat. 2. cap. 3. §. 6. num. 7. & 8. Matien. in Dialo. relat. par. 3. cap. 20. num. 4. Padill. in l. interpoſitas nu. 17. C. de tranſact. Salzed. ad Bernard. reg. 353. ampliat. 1. Henr. in ſumma lib. 11. de matr. cap. 9. §. 5. Sanchez de matrim. lib. 4. diſput. 6. num. 18. & in Præcept. Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 3. num. 26. Sayr. in claui Regia lib. 6. cap. 4. num. 16. Azor. inſt. moral. part. 1. lib. 12. cap. 6. quæſtione 9.*

QVAESTIO DECIMA.

Quid faciẽdum quando mulier bona fide, & adhibitis neceſſarijs diligentijs tranſit ad ſecundas nuptias; ſi tamen adhuc viuẽs ſuperueniat eius vir; ſecundus autem nolit cedere, & proſequatur mulierem agnoſcere vt ſuam.

SVMMARIVM.

1 *TExtus in cap. cum per bellicam quid diſponat.*

2 *Quod Deus coniungit homo non ſeparet.*

3 *Mulier quæ redeunte eius viro quem mortum Iudicabat altero ligata cum eo redire recuſat per Sanctiſſimum Tribunal plectenda eſt.*

4 *Talis mulier adulterij criminis rea eſt.*

5 *Mulier in dubio de morte primi viri contrahens non potest exigere debitum quamuis vir reddere possit.*

6 *Si rumor de morte viri precesserit non potest accusari de adulterio.*

7 *Tenetur quis actione furti licet subtilitate iuris furtum non committat.*

8 *Quid notetur in mulieribus ad primos viros redire recusantes.*

9 *Si noluerint redire excommunicandæ sunt.*

10 *Eodem crimine tenentur viri impedientes mulieres reddere ad primos & veros maritos.*

11 *Rationes quares tales mulieres ad primũ virum redire recusantes sint in fide suspectæ.*

12 *Vnde in his suspitio oriatur.*

13 *Tunc adest bona fides quando adest invincibilis ignorantia.*

14 *Si ignorantia facti sit crassa, & supina nullo pacto excusat.*

15 *Cessante ignorantia deficit bona fides.*

16 *Ignorantia Iuris non excusat saltim regulariter.*

17 *Minus excusare debet ignorantia Iuris naturalis.*

18 *Non de facili hodie ignorantia invincibilis in his casibus invenitur.*

1 EX *cap. cum per bellicam 1. 34. qu. 1. & 11.* vtrumque deciditur, & quod debeat vxor primo viro restitui; si accidat quod ille superstes falsò putatus defunctus, ad suam coniugem redeat, vt superioribus quæstionibus vidimus, & quid agẽdum sit si nolit coniux ad priorem virum redire, vt hac quæstione videbimus; vnde consequenter colligitur quid agendum sit cum secundo viro, qui regressum vxoris ad priorem virum impedit.

Et quidem illud primum habetur ijs verbis citati capitis. *Sed quia nouimus scriptum quod à Deo iungitur mulier viro, & iterum præceptum agnouimus; vt quod Deus iunxit, homo non separet, necesse est vt legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis quæ hostilitas intulit vnicuique, hoc quod legitimè habuit, reformetur; omnique studio procurandum est vt recipiat vnusquisque quod proprium est.* Vbi clarè deciditur, & restituendam coniugem primo viro redeunti, & toties repetita affertur ratio vinculi matrimonij à Deo copulati ab homine inseparabilis. Post citata verba eleganter affertur excusatio viro 2
rum, qui secundo copulati sunt cũ mulieribus quarum viri defuncti existimabantur his verbis. *Nec tamen culpabilis iudicetur, & tanquam alieni Iuris persuasor, qui personale Ius mariti, qui iam non esse existimabatur, assumpsit, &c.*

Secundum vero citra casum in quæstione nostra propositum expresse habetur paulo post citata verba in hunc modum. *Sin autem aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captæ, vt malint his cohærere, quam in legitimum redire consortium, merito sunt notandæ; ita vt etiam Ecclesiastica communione priuentur, quæ de re excusabilis cõtaminationem criminis elegerunt ostendentes sibimet prosua incontinentia placuisse, quod iusta remissio poterat expiare. Redeãt ergo in suum statum voluntaria redintegratione coniugia. Neque vllo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahãtur quod conditio necessitatis extorsit: quia sicut hæ mulieres, quæ reuerti ad viros suos nolunt, impiæ habendæ sunt; ita illæ, quæ in affectum initum ex Deo redeunt merito sunt laudandæ iudicio.*

In quibus verbis quatuor præcipuè notanda mihi videntur. Primum est quod hæ mulieres, quæ ad primum virum redire nolunt

nolunt, vt impiæ habendæ dicuntur, & crimine contaminatę. Crimina autem, quæ hic interuenire poſſunt ex dictis in primo lib. hæc ſunt præcipua, nimirum adulteriũ, nam fœmina alteri copulata non
3 ſuum virum admittit, & contemptus Sacramenti; nam relicto vero matrimonio, in quo Sacramentum interuenit; retinet illud, quod verum matrimonium non eſt; quare ſpecialiter mihi videntur de impietate notatæ, & quod hæc mulieres adulterij notam, & crimen incurrunt, præterquam quod hoc ex ſupradictis ſatis probatum remanet, *& ex cap. quinto ſi virgo cauſa* 34. *quæſtione prima.* Confirmatum etiã
4 *ex Gloſſa huius præſentis cap.* à fortiori hic enim dicitur quod ſi mulier dubitat de morte viri, & contraxit, licet non debeat contrahere, tenetur tamen reddere debitum petenti, ſed ipſa nõ poteſt exigere, vtex *ti. de ſecũd. nuptijs Dominus, ac redẽptor*
5 noſter, & ita in tali caſu poteſt eam vir remouere propter adulterium; cum non habuerit probabilem cauſam mortis ſuæ; ſed ſi audierit eam mortuum, licet per falſum rumorem, & tunc nupſerit, vir non poteſt eam de tali adulterio accuſare, niſi ipſa procurauerit illum rumorem, *vt ff. de adulter. miles* §. *mulier*;
6 ſed pone quod mulier credit eum viuere, & eſſet mortuus, & contrahit; nunquid eſt matrimonium ibi? ſic: ipſa tamen Adulterij reatu tenetur, licet adulterium non committat, nam dicit lex quod
7 tenetur quis actione furti, licet ſubtilitate Iuris furtum non committat *Codice de fur. l. ſi quis ſeruo*: minor tamen pœnitentia, ac pœna ei imponitur.

Quæ verba Gloſſæ præcipue notanda ſunt: inſeruiunt enim non ſolum ad præſentem doctrinam, ſed ad confirmandum id, quod ſuperioribus quæſtionibus diximus; quod verum matrimonium mulier, dubitans de impedimento dirimente, contraxit: reuera autem nullum erat impedimentum dirimens.

8 Secundum, quod ex dictis verbis textus notatur, eſt quod iſtæ mulieres nimio amore ſecundorum virorum detentæ, nolint ad priſtinos, & legitimos viros redire.

Tertiũ eſt: quod notãtur hæ mulieres quod dum ad priſtinos viros redire nolunt, ex propria incontinentia motæ fuerint ad quęrendos ſibi ſecundos viros.

Quartum denique quod colligitur eſt quod huiuſmodi mulieres excommunicatione cogendæ ſint
9 ad priſtinos viros redire, vt notat in præſenti *Auguſtinus Barboſa citans Roland. Conſilio* 93. *numero* 12. *lib.* 3. *Menocch. de arbitr. caſu* 420. *numero* 129. *Sanchez de matrimonio libro ſeptimo diſputatione* 80. *numero decimoquarto Farinac. in praxi crimin. part. quinta quæſtione* 140. *numero* 32.

Illud autem hic aduertendum quod licet mulieribus crimen, & impietas imputetur; eadem tamen culpa tenentur ſecundi viri, qui mulierum ad proprios viros regreſſum impediunt, & proſequuntur agnoſcere vt ſuas. nam quod
10 tales viri crimen adulterij committunt, hoc ſuperfluum eſſet amplius quærere; cum manifeſtum ſit quod alienis vxoribus abutantur. Huiuſmodi autem non dum comperto de vita primi viri, & ſi ignorantia excuſabat, eos tamen modo propria impudentia condemnat, quod nimio amore iſtarum mulierum detenti, & præ nimia luxuria alienas coniuges publicè audent

audent retinere, & contemnere videntur Sacramentum matrimonij, & impietatem maximam præseferunt, dum veri matrimonij copulam à Deo confirmatam humano, & temerario ausu confringere præsumunt.

Hinc fit vt eadem doctrina, quam ponemus pro huiusmodi mulieribus, quæ nolunt regredi ad pristinum matrimonium, dum vir eius superstes cognoscitur, satis intelligatur debere seruari quoad renitentes, & in huiusmodi indebitis coniunctionibus perseuerantes. sit ergo.

Nostra Conclusio: huiusmodi mulieres etsi per dictũ capitulũ *cum per bellicam* notentur quod perseuerent in huiusmodi illicitis secundis matrimonijs, seu potius adulterijs, eo quod nimio amore erga huiusmodi illegitimos viros detineantur, vel quod præ nimia incontinentia non debitis viris torum exhibeant; quare viderentur excusandæ à pœna suspectis in fide imponenda; nam si ex luxuria peccant non ad Inquisitores, sed ad
11 Ordinarios videntur pertinere. Attamen cum etiam hic impietatis accusentur; videtur satis innui quod cum vinculum à Deo religatum infringere contendant, & Sacramentum matrimonij prius initi videantur aspernari; quod ideo vt suspectę in fide habendæ sint, & per Tribunal puniendæ. Nec potest hic dici quod hæ mulieres tantum de adulterio puniendæ sint, quia scientes viros superstites; attamen adulteros admittant; non autem esse suspectas in fide, quia matrimonium secũdũ contraxerunt bona fide; at modo nil de nouo contrahunt, sed tantum prosequuntur eundem amorem, & idem exercitium maritalis copulæ, quæ prius licita erant, modo mutatis circunstantijs illicita reddita sunt, à quibus quam difficile sit abstinere, nemo est qui non videat.

Nam Respondetur esto magna difficultas sit ab ijs abstinere: attamen negari non potest quod Diuina adiuuante gratia ex Sacramento ipso proueniente debeant huiusmodi mulieres despicere non debitorum virorum illecebras; quod autem de nouo non contrahant nil efficit, satis est enim si id quod bona fide contraxerunt; modo in mala fide posita ratum habeant, & velint; ac si legitimè cõtractum fuerit perseuerare dum prosequuntur vt coniuges se tractare; atque adeò
12 hinc colligitur eos male sentire de matrimonij Sacramento, vt potę qui non obstante primo matrimonio vero, & legitimo ex eo quod in hoc secundo perseuerant, videtur existimare posse hoc secundum consistere; vnde citra dubium est huiusmodi mulieres debere per Tribunal Sancti Officij puniri.

Patet autem huiusmodi mulieres nullatenus excusari à criminibus, quæ committunt postquam iam cognoscunt primos, & legitimos viros superstites esse, nam illis bona fides, quæ antea suffragabatur, non amplius suffragatur, vt euidentissimè probatur. Constat enim tunc esse bonam fidem, quando adest inuincibilis ignorantia facti; an autem ignorantia Iuris excusęt, paulo post videbimus.
13 iusta autem, & probabilis ignorantia, quæ excusat. illa est quam nulla prędcedit malitia, vel negligentia, vt quia præmissa debita diligentia, non potuit quis scientiam adipisci, vt ait *Augustinus Barbosa in collect. DD. in lib. 5. vi. decretal. de Reg. Iuris Regula ignorantia num.* 8. & citat *D. Thomam, & alios*, quod

si

ſi ignorantia facti ſit craſſa, & ſupina, nullo modo excuſat; quippe
14 tunc, vt ait *Sanchez in ſumma lib. 2.* nulla adeſt probabilis ratio ad exiſtimandam iuſtam poſſeſſionem (loquitur enim ipſe de bona, & mala fide circa aliquam rem, quæ ab aliquo poſſidetur) ea enim exiſtente, non eſſet ignorantia craſſa. Ita tradunt *Hoſtienſis ſumma tit. de pœnit. & remiſſ. num. 61. §. qui de prædã ementibus verſic. quod ſi ſciebat factũ, Monald. in ſumma tit. de reſtit. emptorum, & de rapina verſic. item ſi emẽs, & verſic. item ſi emerunt, & verſic. malam, Gabriel 4. diſt. 15. quæſt. 3. art. 3. dub. 5. propoſit. 2. D. Antoninus 2. part. tit. 1. cap. 12. §. 16. Roſella verbo reſtitutio 7. num. 18. Angel. verbo reſtitutio 1. verbo emens num. 3. Sylueſter verbo reſtitutio 3. quæſt. 7. dicto 2. Tabiena verbo reſtitutio quæſt. 24. num. 25. Ioannes à Medina de reſtit. quæſt. 17. paulo ante finem verſ. ſequitur amplius, & quæſt. 10. col. 3. verſic. ſi autem ſecundus detemptor, Martinus de Ledeſma 2. par. quæſt. 18. art. 6. col. antepenult. fine. Nauar. Summa Latina, & Hiſpana cap. 17. num. 84. Graſſis prima part. deciſ. lib. 2. capit. 132. num. 22. Toledo lib. 5. ſummæ c. 26. num. vltimo Ludouicus Lopez prima part. Inſtructorij conſcientiæ cap. 237. col. 3. verſic. ad hæc res poſtulat, Bannez ſecunda ſecundę quæſt. 40. art. 1. dub. 7. concl. 23. & 4. Sayrus in claui Regia lib. 10. tractat. 2. cap. 2. num. 2. Verſic. Nec etiam Nauarr. lib. 3. de reſtit. cap. 4. in noua edit. part. 3. dub. 1. num. 144. & 134. Valentia ſecunda ſecundæ diſp. 5. quæſt. 6. pun. 3. col. 3. verſic. quod attinet, Molina tom. 1. de iuſtitia diſp. 64. colum. 1. verſicul. quod attinet, & tom. 3. part. 2. diſp. 720. num. 4. & diſp. 723. num. 2. & 7. & 8. Rebellius de iuſtitia parte prima lib. 2. quæſtione 4. num. 14. & quæſt. 5. numero. 5.

Hæc autem doctrina optimè quadrat caſui noſtro, loquimur enim de reſtitutione facienda corporis, quod huiuſmodi mulier tradiderat primo viro, à quo reuera poſſidetur quo ad copulam coniugalem; tradidit deinde alij viro ex bona fide quod putauerit primum virum defunctum; atque adeo bona fide poſſidebat ſecundus vir ſtante ignorantia inuincibili vitæ prioris viri ex probatione præhabita ad matrimoniũ ſecundo contrahendũ. Deficit modo bona fides ex eo quod
15 deficit ignorantia inuincibilis; cum enim primus vir ad propriam coniugem redierit, non eſt cur allegetur ignorantia facti; quare debet mulier ſecundo copulata ſe primo viro reſtituere, cuius eſt in ordine ad coniugium, & ſecundus vir nullo pacto retinere; adulter enim erit vt toties dictum eſt, dum alienam vxorem retinet, & ſe de matrimonij Sacramento malè ſentire oſtendet, dum nulla, nec etiam craſſa, & ſupina ignorantia facti hi coniuges excuſentur, nulla enim datur ignorantia vitæ prioris viri, in facto enim mortis prioris viri fundabatur ſecundum matrimonium.

16 Ad ignorantiam vero iuris deueniendo; quamuis generalitet poſsẽ dicere quod ignorantia Iuris non excuſet ſaltem regulariter, quia regulariter eſt improbabilis; atque adeo non excuſare debet *Gail. lib. 2. obſeruat. 48. nu. 22. Gabr. ſub hoc tit. concluſ. 7. nu. 1. Pariſ. conſ. 68. à num. 302. lib. 4. Valaſ. de Iure Emphyt. qu. 38. num. 15. Sebaſt. Medic. infra citandus quæſt. 3. num. 1. Menoch. lib. 6. præſumpt. 23. Cardinalis Tuſcus verb. ignorantia concluſ. 11. numer. 1. & 2. Vnde iura clamant ignorantiam facti, non iuris excuſare Regula' ignorantia de Regulis iuris in 6' Pinellus lib. 2. p. 1. cap. 4. à num. 34. vſque ad 43. latiſſime*

simè probans C. *de rescindend. vend.* attamen ad casum nostrum magis in particulari deueniendo dico, quod tum ius naturale, tum diuinum, & humanum, vt ex dictis in primo lib. habetur interuenit in prohibitione secundi matrimonij dutante primo, at cum minime de-
17 tur ignorantia iuris naturalis, quæ excuset; esto iuris positiui excuset, non videntur hi coniuges vllo pacto excusandi eo quod perdurent in secundo matrimonio. Sed dato tamen, & non concesso quod ignorantia inuincibilis iuris naturalis saltem secundarij excusare possit; at hic hæc ignorantia nullo pacto interuenire potest; ex eo enim quod coniuges ad hoc vt secundo contraherent, probationes fecerũt de morte primi viri, iam allegare non possunt ignorãtiam, dum deinde sciunt quod primus vir viuit, quod secundum matrimonium consistat, satis enim iuris scientiam habent quod primo durante matrimonio, seu primo viuente viro. Et friuolũ est dicere quod ignorantia iuris modo posset esse in hoc quod nimirum putent hi coniuges ex eo
18 quod rustici sint, vel Idiotæ, quod licet à principio fuerit necessaria probatio mortis prioris viri ad hoc vt contraherent; at contracto iam matrimonio secundo præsertim habitis ex eo matrimonio filijs quod non teneantur resilire, etiam si constet primum virum viuere. Nam præterquam quod hæc existimatio nimis absona est, & nullo pacto naturæ rationali congrua: minimum hic interueniret ignorantia crassa, & supina, & affectata, quæ nullo pacto excusat *cap.* 1. *de postulat. Prælat. cap. cum in tua qui matrim. accus. poss. l. nec supina ff. de iuris, & facti ignorantia cum alijs citatis à Fort. Odd. de restitutione in integrum part.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 57. *Gabr. comm. sub hoc tit. concl.* 6. *num.* 43. *Sebast. Medic. de cas. fort. part.* 1. *quæst.* 3. *numer.* 10. affectata enim ignorantia est illa, quam habet is, qui cum posset, & deberet, noluit scire, vt liberius peccaret iuxta illud *Psalmi* 35. *noluit intelligere, vt bene ageret.*

VII

QVAESTIO DECIMA.

An qui fictè in secundo Matrimonio cum necessarijs requisitis, seu solẽnitatibus celebrato consensit. De qua fictione, protestatione, vel alijs indicijs appareret, & tamen altero Matrimonio iam ligatus erat per Inquisitores sit puniendus.

SVMMARIVM.

1 *ALiud est quod matrimonium sit nullum ex consensus defectu aliud ex contrahentium inhabilitate.*

2 *Secundo contrahens, ficte de qua fictione iuridicè constat non est suspectus de fide.*

3 *Licet per Iudices ordinarios, ratione fraudis puniri debet.*

4 *Taliter contrahens si non est impeditus alio matrimonio tenetur denuo consentire.*

5 *Explicatur cap. consultationi de sponsalibus.*

6 *Consensus requiritur in matrimonio inquantum est Sacramentum, & inquantum est contractus humanus.*

7 *Interior, & exterior consensus necessarij sunt.*

8 *Concilium Constantiense condemnauit Vuiclef. qui interiorem consensum sufficere asserebat.*

9 *Interior consensus sufficiens est, si exterior præcesserit.*

10 Matrimonium ex dupplici capite nullum non reualidatur per interiorẽ consensum.

11 *An solemnitas Concilij scilicet Parrochi,*

roshi, & teſtium neceſſaria ſit poſt ſublatum impedimentum ſi ſtante impedimento interuenerat?

12 *Matrimonium publicè contractum ex aliquo impedimento nullum eo ſublato ſufficit occultus conſenſus ad perfectionem matrimonij.*

13 *Opinio autoris circa prædicta aſſignatur.*

14 *In alijs Sacramentis verba ſigna non multo præcedere debent.*

15 *In foro fori conſenſus fictus non ſufficit ad matrimonium.*

16 *Quare fictus conſenſus non ſufficit ad rationem matrimonij.*

15 *Qui propter metum cadentem inconſtantem virum cõtractum celebrat ſi de metu conſtet per Iudices ad impletionem non poteſt obligari.*

16 *In contractibus oneroſis circa forum interiorem alia militat ratio.*

17 *Et alia militat in contractibus gratuitis.*

18 *Qui promittit aliquod ſi ex ſpe talis promiſſionis ille cui facta fuit promiſſio aliquid fecit ex quo propter non adimpletam promiſſionem dãnificatus remanſit promittens adimplere tenetur.*

19 *Argumentis à Pontio alatis ſatisfit.*

20 *Quæ ratio diſcriminis ſit circa conſenſum in matrimonio, & in alijs contractibus ciuilibus.*

21 *Sacramentum matrimonij omnino cõſiſtere non poteſt ſine conſenſu.*

22 *Ratio Sacramenti à ratione contractus ſeparabilis eſt.*

23 *Quod quis non eligit non diligit, quod non diligitur facilè contemnitur.*

SVppoſito quod ſubſtantia matrimonij conſiſtit in contrahẽtium conſenſu, vt alibi probatum eſt, cum diſtinctione reſpondeo vt

1 præſenti quæſtioni ſatisfaciam: vel matrimonium eſt nullum ex conſenſus defectu, vel ex contrahentium inhabilitate, ita quod & ſi cõſenſus acceſſit, tamen quia contrahentes erant incapaces ad tale matrimonium contrahendum illud eſt nullum. Hac diſtinctione poſita, inferri poteſt deciſio ad præſentem quæſtionem, quæ in hoc foro contingere ſolet; vnde ſit.

2 Noſtra Concluſio: qui fictè in ſecundo matrimonio cum neceſſarijs requiſitis, vel ſollemnitatibus celebrato conſenſit; de qua fictione, proteſtatione, vel alijs indicijs apparet, & tamen altero matrimonio

3 iam ligatus erat; quod & ſi per Iudices ordinarios ratione fraudis ſit puniendus, non tamen vt ſuſpectus de hæreſi per Inquiſitores ex defectu conſenſus; ſupponimus enim fictè contrahere hoc ſecundũ matrimonium; vnde ſit contrahẽs dum nõ eſt altero impeditus matrimonio, tenetur denuò verè conſentire, vereque contrahere cum

4 coniuge decepto ſecundum *Scotum Palud. & Adrian. in 4. diſt. 30. quæſt. 1. art. 2. quæſtiunc. 4.* Solum aſſerens quod in foro conſcientiæ (non enim in foro externo probari poteſt) non impunè agit. Obſtat tamen huic ſententiæ *tex. in cap. conſultationi de ſponſa*, vbi diſponitur denegandam eſſe excuſationem illius, qui cum expreſsè conſenſit in matrimonio, dicit ſe ficte, & non

5 ex animo conſenſiſſe, cui reſpondẽ ibi ſolum cõſtare de fictione ipſius contrahentis ſimplici aſſertione; cui ſtandum nõ eſt; atque adeò ſupponitur conſenſiſſe; alia enim cum ſit de intrinſeca ratione matrimonij interior conſenſus; & in quantum eſt contractus humanus *l. 1. ff. de pact.* cum debeat à libera contrahentium voluntate procedere, vt

6 ait *S. Tho. prima ſecundæ quæſt. 1. art. 5.* & in quantum eſt Sacramentum, cum ſit, vt ſupra diximus cum *Concilio Florentino*, cauſa efficiens huius Sacramenti, neceſſarius eſt, & in quantum eſt humanus contractus

ctus, & in quantum eſt Sacramentum.

Non tamen aſſerimus iſtum interiorem aſſenſum ſine exteriori eſſe
7 ad Sacramentum ſufficientem, imò vterque eſt neceſſarius, vt ſentit *Gloſſ. in verb. verba in c. tuæ fraternitati de ſponſa. tex. in c. cum apud eodẽ tit. S. Tho. in 4. diſt. 27. quæſt. 2. & Palud. ibi art. 2. Durand. quæſt. 1. Scot. quæſt. vnica*, ſi enim matrimonium eſt ſacramentum, oportet quod interueniat aliquod ſignum ſenſibile & ſic Conſtantienſe concilium declarauit condemnando errorem
8 Vbicleff. qui interiorem ſufficere dicebat malè ſentiens, vt in alijs pluribus aſſertionibns,

Eſt tamen interior conſenſus ſufficiens ſi exterior præceſſit ratione alicuius impedimenti nullus, ad
9 hoc quod ſublato impedimento cõ ſenſus interior ſi accedat ſufficit, ita dicit *Gloſſa in c. non debet in V. de cætero conſang. & affin. Riccardus in 4. diſt. 4. quæſt. fin.* Hodie autem cum ex *Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 1.* matrimonium ſine Parocho, & teſtibus celebratum ſit nullum, ſi contingeret quod aliqui ſine illa ſollẽnitate contraherent matrimonium, alias etiam ex alio impedimento nullum, & poſtea ceſſante dicto im
10 pedimento, laudarent tale matrimonium conſenſu interiori, adhuc tale matrimonium eſt nullum, quia cum eſſet ex duplici capite nullum, licet vnum ſit iam ablatum, aliud remanet, quod impedit, ne interior conſenſus ſuperueniens ſit alicuius effectus.

An autem ſit neceſſaria illa Concilij ſollemnitas Parochi, & teſtiũ poſt ſublatum impedimentum, ſi ſtante impedimento interuenerat, difficile dubium videtur, cum parti negatiuæ videatur fauere; quod ſi ſecundus conſenſus ſine illa ſoltẽnitate adhibitus non ſufficeret, id eſſet quia tale matrimonium Clandeſtinum cenſeretur, & ſic irritum, & nullum, ſed hoc non cum matrimonium cum ſollemnitate neceſ-
11 ſaria contractum, & ſi alias nullum ſit, non dicatur Clandeſtinum, cũque vt matrimonium Clandeſtinũ ſit requiſita *in c. cu inhibitio declãd. de ſponſa. & ind. ſeſſio* 24. deficiant, & ita dicunt in propria quæſtione de matrimonio *Clard. Caiet. quæſt. 2. Ambroſ. Cath. in lib. 5. contra Caiet. & Couarr. in 4. in 2. part. c. 6. numer. 8.* Præterea cum ideo Parochus, & teſtes deſiderentur, vt de libero contrahentium conſenſu conſtet, & vt ſcandala fraudes, & pericula, quæ ex matrimonio Clandeſtino oriri ſolent, ceſſent; quæ omnia cum iam adhibita ſit ſolleminitas à dicto Concilio Tridentino requiſita, interuenerint, quamuis in actu nullo, operantur tamen effectum illum; vnde cum ablato impedimento de nuo conſentiunt, non videtur illa ſollemnitas neceſſaria. Huicque opinioni plurimum ſuffragatur cõmunis aſſertio, quod matrimoniũ
12 publicè contractum, quod ex aliquo impedimento nullum eſt, eo ſublato non eſt neceſſarius publicus conſenſus, ſed ſufficit occultus *Ita Caiet. quæſt. 2. in 2. opuſc. Cathe. vbi ſupra Soto. in. 4. diſt. 28. q. 1. art. 2. concl. 3.* quorum ratio ita militat poſt Concilium ſicut ante in quo tempore dicti Patres loquuntur.

Quamuis prædicta non careant medulla, contraria tamen ſententia magis placet, quia magis tuta eſt, ſubdendo meam ſententiam, cuilibet melius ſentienti, vt ſemper: quia prius ille conſenſus, illeque matrimonij contractus ſollemniter celebratus, nullus fuit ex impedimento, & ſecundus, quia adhibitus fuit ſublato impedimento
13 cum ſine ſollemnitate à Sancto Cõcilio requiſita interuenerit, etiam

nul-

nullus eſt ex ipſo Concilij Decreto, igitur cum nec in primo facto, nec in ſecundo aliquis conſenſus validus, & legitimus acceſſerit, non poteſt dici matrimonium, ſic contractum firmum, & validum eſſe, nam olim matrimonium ex impedimento nullum, illo remoto ex nouo interiori conſenſu firmum reddebatur; quia tunc non erat de eſſentia matrimonij conſenſus ſic ſollemniter adhibitus vt hodie ex dicta ſeſſ. & ſic conſenſus exterior præcedens etiam in contractu ex impedimento aliquo nullus; ſublato poſtea illo impedimento, adueniente nouo interiori conſenſu ſufficiens erat.

Hodie autem ſecus eſt. Præterea certum eſt in cæteris Sacramẽtis non ſufficere, quod verba præcedant multo ante etiam ſi deinde fiant neceſſaria: vt in baptiſmo nõ
14 ſufficeret ſi poſt verba diu dicta immerſio in aqua fieret, & in confirmatione conſignatio, & ſic in alijs *capit. de trahe.* & ibi *gloſſ. 1. q. 1. ca. 1. de Sacram. vnct. cap. 1.* & ibi *Gloſſ. de conſac. diſtinct. quarta*, ita videtur, quod in iſto Sacramento non ſufficiat, quod ſollemnitas interueniat, & poſt longum tempus conſenſus matrimonium efficiens; ſi enim potiſſima cauſa dictæ ſollemnitatis liber conſenſus eſt pro eoque habendo ea videtur inducta, & in primo contractu cum ſit nullus hic cõtractus non deprehendatur, nec quod nullum eſt aliquod ſoleat effectum operari. In ſecundo, in quo abeſt impedimentum, liberque conſenſus eſt neceſſarius ſi ea ſollemnitas pro eo liberè habendo deficiat, deficit conſenſus matrimonio neceſſarius, & ſic contractus videtur nullus.

Iſtis tamen ſic obiter tactis ad rem ſermonem conuertendo in ſpecie, quod etiam in foro fori conſenſus fictus non ſufficiat ad matrimonium dixit *Adrian. in quarto in titulo de ſponſa.* poſt quemdam Doctorem *Stephanum* quem citat dicens, quod ſi contrahens matrimonium ſub conditione impoſſibili, addat quod aliter contrahere non intendit, nec in foro exteriori iudicãdũ erit eſſe matrimoniũ

Quare autem non ſatis ſit fictus conſenſus ad rationem matrimonij ineundam *Sanchez lib. 2. de matrim. diſput. 26. numer. 1.* inter alias affert hanc rationem quia alij contractus non fiunt, niſi mutuo conſenſu, eoque vero, ergo neque matrimonium. Hæc Ratio *Sanchez* diſplicet *Pontio lib. 2. de conſenſu abſoluto cap. 2.* & ratio ipſius *Pontij* eſt quia putat ad alios contractus ſufficere fictum conſenſum cum verbis exterius expreſſum, quod ipſe probat *eodem lib. cap. 4.*

Sed videtur ratio pro Sanchez ſtare, quod ſcilicet vbi verus conſenſus mutuus non eſt in quolibet contractu, ibi rigoroſè ex hoc capite ceſſet obligatio: ſi tamen verbis conſenſum, vt verum expræſſit, qui reuera non interuenit; inde per forum externũ obligatur, quia conſtare alias non poteſt de ficto conſenſu, quod ſi per proteſtationem aliquam legitimè editam conſtaret fictio, iam neque per forum externum cogeretur quis ad talem contractum implendum, vt ſi verbi gratia quis per metum cadentem in cõſtantem virum cogeretur aliquẽ contractum celebrare, vtiq; dum-
15 modo conſtet de tali coactione per Iudices non cõpelletur huiuſmodi cõtractũ implere In foro autem interno ideo tenetur qui fictè conſenſit in contractum, quia nimirum ex eo quod cum onere alterius celebratus eſt, non ſatis eſt, quod fictè conſenſerit, nam debet ex parte ſua in contractibus

oneroſis implere quod promiſit ne grauetur alius contrahens, vel aliud ſimile damnum ſubſequatur: in alijs vero contractibus gratuitis, vt in promiſſionibus ex mera liberalitate non deſunt qui negent non teneri implere etiam ſi cum vero animo promiſit, etiam acceptanti, *vt Diana tractat. 4. Miſcella. reſol. 122.* vbi alios citat, & nouiſſimè *Mæratium è Societate Ieſu*, quã to plures ergo erunt, qui negent teneri implere, qui fictè promiſerit, quod intelligi debet niſi ex tali promiſſione non ſeruatã damnum aliquod acceptanti proueniat, quod explica ſicut explicat dictus *Diana loco citato* vt ſcilicet damnum illatũ
18 illi acceptanti, cui fuit facta promiſſio, non ſit ipſa ſola carentia rei, vel pecuniæ promiſſæ; ſed aliquod aliud damnum proueniens ex carentia ipsius rei promiſſæ: ſi verbi gratia, quis promiſſum triticum obligauit, & vendidit pro tali tempore, pro quo ei fuit promiſſum; deinde, quia non fuit ſeruata promiſſio; ille, cui facta fuerat promiſſio, opus habuit emere triticum, quod obligauerat cum maxima rei ſuę iactura, & de omni contractu tũ oneroſo, tum gratuito tenet *Molina tom. 2. de Iuſtitia diſput. 352. §. ergo probabilius circa finem*, vbi docet ſecluſo damno ſecuto, aut iniuria, aut ſcandalo non eſſe obligationẽ adimplendi, quod ſine vero conſenſu contractum eſt. Ad argumenta vero in contrarium *à Pontio* adducta *capit. 4.* ſolutio patet ex his, quæ modo adduximus; nil enim aliud conuincunt, niſi quod ſemel quod per ſigna externa, nempe
19 vel verba ſerio dicta, quis oſtendit ſe habere animum ſe obligandi: cũ aliunde conſtare non poſſit, contrahentis fictio, omnino præſumitur habuiſſe animum contrahendi, vel etiam ſi conſtaret fictio damno ſecuto altero contrahenti, merito iura ſtatuunt quod etiam contractu exiſtente nullo, retineatur dominum apud alterum ex animo contrahentem, ne patiatur damnum, & ne aperiatur via dolis, & fraudibus, & poſſunt etiam iura ſtatuere, vt quamuis nullis exiſtentibus contractibus per verba ſeriò dicta celebratis ex defectu interiori conſenſus, & fictione alterius perſeuerent tamen dominia rerum apud eos, apud quos per externos contractus translata ſunt, ne perturbatio daretur in Republica, vnde ex ipſomet modo philoſophandi, quem *dicto quarto capit.* adhibet ipſemet *Pontius* ad eius argumenta patet ſolutio, vt conſideranti patebit. Cæterum re integra, & præſcindendo ab alijs ſequelis, propter quas præſumptio Iuris eſt in fauorem verè, & cum animo contrahentis, nullum eſt dubium, quin nulli ſint contractus, & quin non ſit obligatio eos implendi: in quo etiam caſu non putarem abſurdum dicere quod poſſet quis reſtituto pretio ſibi rem ſuam occultè vendicare, ſed hic caſus eſt ſpeculatiuus, & Metaphyſicus, non autem practicus: quia practicè non videtur poſſe dari caſus, qui totaliter ab omnibus his ſequelis præſcindat. Lege *Pontium dicto quarto capit.* & deinde lege quæ modo ſcripsi vt noſcas quam bene ipſi apponantur.

Dicet Pontius quare ergo om
20 nis adhibetur diligentia, vt conſenſus requisitus ad matrimonium, ſi fuit fictus, renouetur in verum, quæ diligentia non adhibetur in alijs contractibus, nam ſiue conſtet ſiue non interueneriſſe verum conſenſum, non renouantur de nouo contractus, (loquor ſemper cum ijſdem limitationibus ſupradictis) ſed res translatę

rema-

remanent apud eos apud quos reperiuntur per ipsos contractus in externo ſerio, & non iniuſtè celebratos: in matrimonio vero omnino requiritur vt conſenſus verus renouetur. Ratio id non accidere, quia non requiratur verus conſenſus in alijs contractibus, ſicut in matrimonio, ſed quia in alijs contractibus poſſunt iura ſtatuere, vt ijs celebratis ſerio in externo, etiã ſi non habeant ex ſe ipſis vim obligandi; propter ſequelas tamen prædictas nihil de nouo efficiatur, cum validitas contractus ad nihil aliud inſeruiat in externo, niſi vt remaneant res, ſicut poſt ipſos contractus remanere cæperunt; cui rei per iura ipſa remedium adhibitum eſt, circa quod vide *Auguſtinum Barboſam in collect. DD. lib. 1. ſexti Decretal. cap. procurator fin. num. 8. verſic. Ratio vero ſpecialitatis eſt.* in Matrimonio vero vt ait *Thom. de Argentina in 4. diſt. 27. quæſt. art. 2. poſt primam concluſionem*: ideo requiritur verus conſenſus; quia vera intentio omnino eſt neceſsaria ad Sacramentum; quod dictum Argentinæ non debet accipi ita, quod ipſe velit quod in alijs contractibus nõ requiratur ad validitatẽ. Sed quod in matrimonio præſertim ex hoc ſit neceſsarius, quia eſt Sactamentũ,
21 quod omnino conſiſtere nõ poteſt ſine hoc conſenſu, ex cuius inualiditate ſaltem apud fideles pendent maxima incommoda, quæ incommoda non ſequuntur inualiditate aliorum contractuum, modo dicto, ſed vt generaliter ſit reſponſio complectens matrimonia tum fideliũ; tum infidelium, puto dicendum, ideo omnino debere renouari conſenſum, quia niſi verus interueniat conſenſus; non dantur Iura, quæ præcipiãt dominium corporum datum in externo per contractus huiuſmodi per verba de præſenti, etiam ſi conſenſus fictus ſit, debere ita remanere, ſicut per ipſos contractus datum reperitur.

Quare neſcio quid poſſit opponere modo ipſe *Pontius* cui diſplicet reſponſio *Argentinæ* iam allata;
22 quam impugnat *dicto capit. 2. lib. 2. num. 3.* ex eo quod ſeparabilis ſit ratio Sacramenti à ratione contractus: nam noſtra reſponſio generaliter eſt complectens omnia matrimonia tam fidelium, quam infidelium; atque adeo ſeparamus rationẽ contractus à ratione Sacramenti; quare ipſi non deberet diſplicere noſtra reſponſio; ſicuti neque nobis diſplicet eius explicatio allata pro conſenſu vero requiſito in matrimonio *dicto cap. 2. num. 5.* dum modo non intelligamus verum conſenſũ ſolũ requiri in matrimonio; ſed quod maiori ratione. Dicit ergo ipſe, quod ideo requiritur verus conſenſus ad matrimonij contractum, quia matrimonium eſt quoddam vinculum mutui, atque perpetui amoris, animorum; corporumque coniunctio; & probat ex illo *Geneſ. 2. Propter hoc relinquet homo, &c.* & ex *Nicolao primo capit. præſens 20. quæſt. 3.* quod quis non
23 eligit, neque optat, profecto non diligit, quod autem non diligit, facilè contemnit. Vnde infert benè Pontius, quod repugnat mutuum amorem eſſe ſine vero affectu; atque conſenſu ſolum conſenſu ficto, aut præſumto, vt planum eſt.

(:):(:)

QVAESTIO DVODECIMA.

An ſit Bigamus, & per Inquiſitores examinandus ille, qui primo matrimonio conſtante ſecundũ contraxit licet in conditione perſonæ cum qua contraxit; errauerit, vt ſi crediderit eſſe liberã, cum eſſet in ſeruitute conſtituta, ſeu in perſona ipſa, Et quid ſi ſecundum matrimonium Clandeſtinè contrahat.

SVMMARIVM.

1 *PVniendus eſt qui ſecundum matrimonium contraxit licet errauerit in conditione perſonæ.*

2 *Quamuis tale matrimonium nullum ſit.*

3 *Et ſi ſeruitus non ſit perpetua, ſed ad tempus tamen matrimonium non tenet.*

4 *In Iure naturali ſeruus eſt perſona legitima ad contrahendum.*

5 *Naturalis obligatio licet ſit inefficax tamen aliquem effectum habet.*

6 *Hæredi inſtitutio facta, monacho in habito laicali incedẽti licet error ſit in conditione, quia teſtator crediderit eſſe ſecularem tamen valet inſtituto.*

7 *Si contrahens non ſolum in conditione, ſed in perſona errauerit reus eſt Bigamiæ.*

8 *Nihil magis conſenſui contrarium, quam error.*

9 *Inuiſſu diligere poſſumus non tamen incognita.*

10 *Diſcrimen inter errorem perſonæ, & conditionis.*

11 *Si baptizans fœminam intendit maſculum baptizare nõ eſt baptizata.*

12 *Cum de facto damnato puniendo in iure agitur non excuſatur delinquens quamuis in perſona errauerit.*

13 *Intendens occidere petrum ſi occidat Ioannem nihilominus eſt puniẽdus.*

14 *Inprouatur ſententia Angeli, & aliorum.*

15 *Ratio quare in noſtro caſu talis reus puniri debet.*

16 *Si quis intendens occidere clericum laicũ occidat vel in eum manus violentas inijciat non incurrit in pœnam Can. ſi quis ſuadente.*

17 *Non eſt ſacrilegij reus, qui rem habet cum moniali, quam talem eſſe ignorabat.*

18 *Sententia Ioannis Ananias circa errorem perſonæ.*

19 *Si error eſt concomitans clarior eſt noſtra concluſio.*

20 *Quid ſi quis poſt primum matrimoniũ aliud Clandeſtinum contraxit poſt Concil. Trident.*

21 *Aſſignatur ratio dubitandi.*

22 *Reſoluitur quod Inquiſitores debent procedere contra tale perpetrantẽ.*

23 *Concilium non redit inhabiles ad promittendum Clandeſtine, ſed ad cõtrahendum.*

24 *Sponſalia de præſenti celebrata ab impuberibus tranſeunt in ſponſalia de futuro.*

25 *Contrahens ſecundo cum cõſanguinea in gradu prohibito reus eſt.*

26 *Si excuſatio quod ſecundum matrimonium ſit nullum admitteretur nullus reus plectendus veniret.*

27 *Pœna excommunicationis aſſignata olim contrahentibus clandeſtine habet locum hodie in contrahente ſine ſolemnitate requiſita à concilio, licet matrimonium ſit nullum.*

EX diſtinctione poſita ſupra, quæſt. nona videtur dicendũ
1 huius criminis reũ eſſe, in hocque foro examinandum, & puniendum illum, qui cum matrimonio ligatus eſſet, ſecundum contraxit, & ſi in conditione perſonæ, cum qua contraxit, errauit, vt ſi crederet illam liberam eſſe, cum eſſet ancilla;
2 quia, & ſi tale matrimonium nullũ ſit *c. propoſuit c. ad noſtram de coniug. ſer-*

ſeruo capit. ſi quis ingenuus capit. ſi fœmina 29. *quæſt.* 2. *Victor. de Sacramentis nu.* 251. *& Relec.* 1. *de matr. nu.* 10. *Henr. in ſumma lib.* 11. *capit.* 10. *num.* 3. *Guttierr. de matr. cap.* 90. *num.* 16. *Rebell. de oblig. Iuſt. part.* 2. *lib.* 3. *quæſt.* 3 *ſect.* 2. *Bonac. de matr. q.* 3. *part.* 1. *nu.* 3. *& 4. Baſil. Pont. de impedim. matr. cap.* 23. §. 2. *Sanchez de matr. lib.* 7. *diſp.* 9. *nu.* 2. vbi ampliat etiamſi ſeruitus ignorata non ſit perpetua, ſed pro certo tempore, concedatur vt eo ſcilicet tranſacto in priſtinam redigatur ſeruitutem, 3 apud quem vide alias ampliationes, & limitationes eadem diſputatione *num.* 4. *& diſput.* 19. *num.* 7. 9. *&* 10. & apud *Baſilium Pont. d.* §. 2. & ſi ſic contrahens liber ſit: ſecus ſi ſeruus. ita *ſupplementum in* 4. *diſt.* 36 *quæſt. prima art.* 2. quod procedit ex lure poſitiuo ex dictis luribus, cum 4 ex naturali nõ fuerit hęc prohibitio cognita: immo ita erat legitima perſona ad contrahendum ſeruus, ac ingenuus, vt dicunt Scotus dicta *diſtinctione* 36. *quæſt. prima art.* 2. *& Valdenſis Ioan. Arbor. lib.* 11. *cap.* 15. ipſe tamen ſic contrahens etſi nulla ratione conſentiens ſatis explicuit illo facto ex impedimento conditionis perſonæ nullo, voluiſſe ſe ſecundo matrimonio coniungere, ex quo conſenſu etſi nullo ad vim matrimonij manifeſta oritur ſuſpicio, quod ipſe ſenſerit primo permanente matrimonio licere ad ſecundum accedere. Præterea cum vt diximus de iure naturali non fuerit hoc impedimentum cognitũ 5 naturalis obligatio etſi inefficax orta fuit, & aliquem effectum matrimonium etſi inualidum habebit, qui erit ſufficiens vt iſte facto prohibito operam dans puniri debeat. quod confirmatur ex *Pauli de Caſtro* ſententia *in l. cum proponas num.* 4. *C. de hæred. inſtituend.* quod ſi quis monachum fugitiuum in veſtitu laicali decedentem hæredem inſtituat, credens laicum eſſe. quod cum in perſona non errauerit, ſed in eius conditione quod valeat inſtitutio, & acquiritur monaſterio. quod confirmatur ex traditis per *Baldũ, & Iaſ. in l. eam quam C. de fideicom.*

7 Si tamen non ſolum in conditione perſonæ, ſed etiam in perſona errauerit, etiam videtur huius crimi nis reus, per Inquiſitoreſque exami nandus, & puniendus, quia etſi tale matrimonium, & ex Iure naturali, & expoſitiuo nullum ſit, cum nil ſit magis conſenſu contrarium quam error *l. ſi per errorem ff. de Iuris omn.* 8 *Iud.* nihilque, vt ait *Ariſtot. in* 3. *de Anima conſ.* 39. ſit volitum quin præcognitum; vnde vbi eſt error in perſona, perſona non eſt cngnita; ergo nec conſenſus adeſſe potuit; ſicque dixit *S. Auguſtinus lib.* 5. *de Trinit.* quod inuiſa diligere poſſumus, non tamen incognita, errorq; cognitionem remouet, quæ conſenſus cauſa eſt, & omnium actuum 9 voluntatis, & eſt optimus textus in *l. cum ab eo* §. *maſam ff. de contraben. empt.* vbi cauetur quod in his, quæ nobis ſunt ignota, penitus nec affectum, nec conſenſum dirigere poſſumus, & inquit *Palud. diſt.* 36. *ind.* 4. aliter impedit error perſonæ, 10 quam conditionis; quia primus eſt ex natura matrimonij; vnde Eccleſia non poſſet ſtatuere, ne impediret: in ſecundo ſecus eſt. Adduci etiam poteſt quod dicit *Hoſtien. in ſumma tit. de baptiſ.* §. *quæ ſit forma verſ. quid ergo ſiquis putet*, vbi ait quod ſi baptizans fœminam, intenderet maſculum baptizare, dicens baptizo te Petrum, quod non erit baptizata, cum intentio baptizandi fœminam defuerit, & ſic conſen- 11 ſus, & voluntas. Et denique communiter Theologi *in* 4. *diſt.* 30. aſſerunt tale matrimonium, & ex Iure naturali, & ex humano nullum eſſe,

& idem ait *Ioa.Viguer. d.cap.16.§.7 verſ.9.* ex noſtris *Hoſtienſ.in ſumma tit. de ſponſa §. qualiter impediatur in princ. Anchar.conſ.231.tex.in cap.1. 29.q.1.* cum tamen nos ſolum intẽdamus ſuſpicionem punire, eaque ex conſenſu etſi ex impedimento, fraude, vel ex ſimili cauſa nullo, ſic facere intendens, puniendus eſt per Inquiſitores, non enim ſolum punimus illum, qui putat primis nuptijs permanentibus ad ſecundas accedi poſſe, qualis videtur qui primo ligatus matrimonio, ſecundum contrahit; cum etſi ſecundum ſit nullũ ratione erroris perſonæ, ſatis conſtat ipſum tentaſſe, cum eſſet matrimonio ligatus, aliud celebrare iuxta tradita à nobis ſupra; nec cum
12 de facto damnato puniendo in iure agitur, excuſat ſi delinquens in perſona errauerit *l. eum qui nocentem §. fin.ff.de Iniur. l. cum quærebatur Cod. vnde vi l. falſus §. qui alienum. ff. de furt. & l ſi poſtulauerit §. ſi liber homo ff.de Adult. vnde Bart. in l.reſpiciendũ §. delinquunt ff. de pœn. & in l. ſi cum ſeruo meo ff. de Iniur. & in l.diuus nu. 2. ff. de ſicarijs, & in l. ſi per errorem num,1.ff.de Iuris. omn.iud. & Alber. & Salic. in l. quicunque C. de ſeruis fugit.* firmant quod ſi volens occidere Titium, occidat Ioannem, quem Titium eſſe credebat, quod cum occidendi intẽtio adfuerit, lexque euẽtum, & factum doloſum puniat, pœna homicidii puniendus eſt, &
13 idem dicunt *Ioan. de Anna, & Anchar.in cap.fin.de ijs, qui fili. occid.ex Iunioribus Andr.de Iſer.in Cõſti. reg. Iur.lib.2.Rubr.13.num.5. de homici. puniẽd. & ibi Matth.de Afflict. n.23.* & dixit hanc eſſe veram ſententiã, etſi contrarium reſpectu pœnæ ordinariæ delicti aſſerant
14 *Ang.in d. §. delinquẽt. Floria.in l.ſciẽtiam §.ſed ſi defendẽdi ff.ad leg. Aquil. Cepol.cõſ.32 Ripa in l.ſi.q.22. C. de reuocãd.donat.* quorum opinio noſtræ quæſtioni non nocet. Et quia prima eſt magis recepta, & quia eius ratio non militat in noſtro caſu. ipſi enim dicunt illum puniendum eſſe ex homicidio Ioannis, in quo deficit dolus, cum delinquens Ioannem occidere nollet; & ſic quod ſit pœna extraordinaria puniendus. Sed in noſtro argumẽto, in noſtroque dubio ritè non punitur quia conſenſit in Ioannam, vel Mariam. Sed quia cũ eſſet matrimonio ligatus, aliud de facto contraxit, ex quo facto iſte
15 ſuſpectus redditur, & ſic per Inquiſitores examinandus, & puniendus, nec defectus doli eſt attendendus, cum in hoc crimine non ſit dolus neceſſarius, ſed error.

Reddit tamen aliquantulum hoc dubium diſpoſitio textus *in cap. ſi vero 2. de ſent. excom.* vbi diſponitur à pẽn. *text.in cap. ſiquis ſuadẽte*, excuſare errorem conditionis perſo-
16 næ, vt ſi intendens laicum occidere, clericum, occidat; vnde *Sanctus Thom. 1.2. quæſtione 97. art.3. & ibi Caiet. & Ioa. Dried. lib. 2. de libert. Chriſtia. C. ex ſuptadictorum pag.249 Alph.à Caſt. lib.2.de leg. pœn. cap.* 14.
17 dixerunt coeuntem cum moniali, quam talẽ eſſe inuincibiliter ignorabat, non eſſe criminis ſacrilegii reum: ſed hæc non obſtant, cum ibi ad dictam pœnnm, ad dictumq; crimen committendum neceſsaria erat intentio in primo caſu clericũ percutiendi, in ſecundo cum moniali coeundi, quæ omnino defuit; nam vt aduertit *Ioannes de Ananias dicto cap.fin.de his qui fili.occid.* ſi intendens occidere Ioannem Cleri-
18 cum, vel coire cum Ioanna Moniali, percuteret Petrum etiam Clericum, & coiret cum Maria etiam moniali, non eſset ex errore excuſatus, quia pœnx *d.cap.ſiquis ſuadẽte*, & crimen ſacrilegij fundantur in hoc quod percuſsus ſit clericus, & carnaliter cognita, monialis; & ita

in

in noſtro caſu, vt iſte ſit ſuſpectus, & per Inquisitores examinandus, parum refert quod contrahere intendens erret in perſona, cum crimen, ſuſpicioque in hoc facto contrahendi ſecundum matrimonium fundetur.

Minus dubium habet cum error eſt concomitans, vt si conſentiens in Mariam, credens eſse Ioannam, conſentiret etiam in Mariam, si crederet cum ea contrahere, vel si cõſentiens in Ancillam credens liberam, conſentiret etiam in eam, etsi crederet eſse ancillam. De quo an
19 tale matrimonium valeat vide *Theologos in 4. diſt. 36.* Ad noſtrum Thema ex proximè dictis ſatis facilis eſt Reſolutio, & sic quod iſte sit per Inquisitores examinandus, si poſt legitimum matrimonium eo permanente, ſecundum contrahere tentauit, licet talis error concomitans adfuerit.

Ex ſupradicta diſtinctione vltimo loco inferri poteſt decisio cuiuſdam quæſtionis, quæ aliquando poteſt accidere, an cum in *Concilio Tridentino Seſſ. 24. cap.* 1. matrimonium contrahentes sine Parocho, & teſtibus inhabiles fiant adsic contrahendum videlicet clandeſtine;
20 dubium eſt si matrimonio ligatus ſecundum de facto sine illa ſolemnitate contrahat, sit in hoc foro ex iſto facto examinandus, & puniendus.

Negatiuę parti fauet ex ipſo Cõcilio inhabilem eſſe ad conſentiendũ in tali matrimonio, & sic quod cum nullo modo conſensit, nullaque ratione contraxit ex actu sic omnino nullo non sit deducendus effectus maximè ad pœnam alicui imponẽdam; ex dicta tamen diſtinctione contrarium credo tenendum eſse, cum iſtud ſecundum matrimonium non ex defectu conſenſus, ſed ſolẽnitatis de ſe nullũ eſt; ita quod
21 si ab eo, qui non eſset altero ligatus mattimonio, eſset contractum, diceremus nullum eſse, non quia iſte non conſensit, ſed quia non fuit adhibita ſolemnitas à Concilio requiſita; vnde in noſtro caſu cum iſte conſenſerit in ſecũdo matrimonio, etſi conſenſus eſt nullus, ex iſto conſenſu oritur ſuſpicio quod ſentiat quod primo ligatus matrimonio, poteſt ſecundum contrahere,
22 ſuper qua ſuſpicione Inquiſitores inquirere debent. Secundo ex iſto cõſenſu, etſi indebitè præſtito quędam oritur obligatio naturalis, quę operaretur, ſi iſte non eſſet primo matrimonio ligatus, quod iſte cenſeretur cum ſolemnitate contrahere, promiſſumq; adimplere, aliàs peccaret læthaliter, cum Sacrum Concilium non reddat eos inhabiles ad promittendum, ſed adſic contrahẽdum. vnde etſi matrimonium ſit
23 nullum, non tamen promiſſio, quæ ex Iure naturali operatur adimplẽdi obligationem; vt enim ſponſalia de præſenti celebrata à non habentibus ad ea legitimam ætatem reſoluuntur in ſponſalia de futuro; quia ius non cẽſuit eos habiles eſſe ad contrahendum ſponſalia per ver
24 ba de præſenti in illa ętate *C. à nobis & c. atteſtationes, & in cap. fin. de ſponſa. impub. & in c.* 1. *§. fin. eodem tit. in 6. & aduertunt Couarr. de ſponſa. p.* 1. *cap.* 5. *§.* 1. *num.* 1. *Guttierr. de matrim. cap.* 29. *num.* 12. *& tenet Auguſtinus Barboſa in dicto cap. à nobis in collect. num.* 2. ita igitur hic contractus matrimonij etſi nullus ex defectu ſolemnitatis in ſimplicem reſoluetur promiſſionem.

Tertio nullus dubitat quin ligatus primo matrimonio, inhabilis ſit illo permanente ad contrahendum ſecundum ex Iure Diuino naturali, & poſitiuo, vt ſupradiximus. Sed qui ſic ſecundum de facto contrahit ſuſpectus eſt, vt ſupra etiam diximus;

ximus, & idem eſt de contrahente ſecundas nuptias primis durãtibus cum conſanguinea, vel affine in
25 gradu prohibito à Iure, vt *in cap. non debet de conſangui. & affini.* qui etſi à Iure inhabilis eſſet ad illas ſecũdas nuptias ratione conſanguinitatis, vel affinitatis; nihilominus ſuſpectus cẽſetur de hæreſi, & vt talis eſſet per Inquiſitores examinandus, & puniendus. ſi enim excuſatio quod ſecũdum matrimonium eſſet nullum, admitteretur, nullus de duplici matrimonio teneretur; cum certum ſit quod ſecundum matri-
26 monium ſemper ſit nullum contractum per illum, qui alio eſt ligatus matrimonio. Et hæc ſententia videtur eſſe de mente. *D. Azpilcuetæ in addi. ad manuale ſuper C. 28. num. 70.* dum dicit pœnam excommunicationis contrahentibus clandeſtinè
27 olim aſſignatam, habere locum hodie in contrahentibus ſine ſolemnitate à Concilio requiſita, licet matrimonium ſit nullum.

QVAESTIO DECIMATERTIA.

An qui per procuratorem ſecundas contrahit nuptias viuente prima vxore ſit in hoc foro examinandus, & puniendus. Et quid de Procuratore ipſo ſciente.

SVMMARIVM.

1 *AN matrimonium contractum per procuratorem ante concilium validum fuiſſet.*

2 *Per concilium matrimonia per procuratorem contracta ſublata non ſunt*

3 *Matrimonium per procuratorem eſſe Sacramentum, & conferre gratiam tenent multi.*

4 *Sicut colatio Sacramenti eſt perſonalis actio, ita receptio eſt perſonalis paſſio.*

5 *Tria ſunt neceſſaria ad conſtituendum talem procuratorem.*

6 *Procurator qui habet generalem mandatum ſi aliqua exprimantur, quæ requirant ſpetiale mandatum etiam poteſt non expreſſos exercere.*

7 *Generale mandatum non extenditur ad matrimonium.*

8 *Quia mandatum intelligitur de caſibus qui expreſſis ſimiles ſunt non autẽ de longe maioribus.*

9 *Perſona cum qua eſt contrahendum nominari debet ſpetialiter in mandato aliter non eſt mandatum ſufficiẽs ad contrahendum.*

10 *In cauſis arduis ac grauibus ſpetialiſſima requiritur expreſſio.*

11 *Verba quæ ex mandato concipi debent in matrimonio.*

12 *Procurator non poteſt ſubſtituere niſi ſit adhoc habeat mandatum expreſſum.*

13 *Matrimonium contractum poſt mandatum reuocatum nullum eſt.*

14 *Procurator conſtitutus ad negotia ſi ſuperueniat reuocatio de ea certiorari debet.*

15 *Matrimonium vt ſit validum poſt cõcilium per procuratorem contractũ neceſſarium eſt, quod celebretur coram Parocho, & teſtibus.*

16 *Quæ debet facere Procurator ad matrimonium nomine alterius celebrandum.*

17 *Non eſt neceſſaria diuerſitas ſexus ad contrahendum per procuratorem matrimonium.*

18 *Neque etas neceſſaria cũ ſufficiat quod habeat vſus rationis Procurator.*

19 *Ligatus primo matrimonio ſi aliud celebret per procuratorem Bigamiæ reus eſt.*

20 *Aſſignatur ratio ſuſpitionis in fide.*

21 *Eaſdem pœnas incurrit procurator qui ſcienter nomine maritate vel vxorati contrahit.*

22 *Ratio quare maior ſuſpitio ſit in procuratore quam in mandante.*

Non

NOn prius expediri poteſt hæc quæſtio quam præmittamus quid de Procuratore ad contrahendum matrimonium Iura ſtatuant, nimirum an validum ſit matrimonium contractum per procuratorem tam ante Concilium Tridentinum, quam poſt, & an ſit Sacramẽtum, & de nonnullis alijs conditionibus ad huiuſmodi procuratorem pertinentibus.

1 Et quidem quod validum fuerit matrimonium celebratum per procuratorem ante concilium patet ex *cap. final. de procuratoribus in 6.* & ibi *Gloſſ. affert Canonẽ 32. q. 2. honoratur 5. de conuerſ. coniug. ex par. 2. & qui clement. vel voc. cap. veniens ad idem de matrimon. contract. cap. 2. ff. de ſponſis ſufficit, & l. vltim. & ff. de ritu nupt. l. mulierem.*

2 Quod autem nouo Iure *Sacri Concil. Triduntini Seſſion. 24. de reformat. matrim. cap. 1.* ſublata non fuerint matrimonia per procuratorem docent *Vera Crux appendice ad ſpeculum dub. 3. in fine, Bellarm. lib. 1. de matrim. cap. 5. verſic. Atque hinc etiã Henriquez lib. 11. de matr. cap. 2. n. 2. & in commento litt. B.* dicit oppoſitum eſſe errorem: *Manuel. 1. tomo ſummæ 2. editione cap. 220. nu. 3. Theſaurus Sacerdotum prima p. fol. 117. Petrus de Ledeſma de matr. q. 42. art. 1. dub. 7. Ludouicus Lopez 2. p. Inſtructorij de matr. cap. 35. f. 1023. Philiartus de officio Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 2. Griſaldus de matr. nu. 16. Viualdus candelabro 1. parte de matr. n. 43. Molina tomo 2. de Iuſtitia tr. 2. diſp. 254. in initio, Vega lib. 4. Summæ caſu 264. & ex Iuriſperitis Nauarr. ſum. Hiſp. c. 28. addition. ad nu. 71. c. 22. & lib. 4. Conſiliorum tit. de coniug. ſpirituali in priori edit. conſ. 2. n. 9. in poſteriori conſ. 6. n. 9. verſ. ad 2. Anton. Cuc. lib. 5 inſt. maior. tit. 11. n. 35. Matienzo lib. recop. tit. 1. rubr. gloſſ. 1. n. 32. Flamin. lib. 10. de reſign. benef. q. 6. n. 11.* quos omnes citat, & ſequitur *Sanchez lib. 2. de matr. diſp. 11. q. 2. nu. 20. Franc. Molina de ritu nupt. lib. 5. comparat. 25. à n. 24.* & abſolutè complectens vtrunque tempus ante, & poſt Cõcilium Tridentinum docet *Emmanuel Sà verb. matrim.* vbi ait *per procuratorem contrahi verum matrimonij Sacramentum, certa ſententia eſt vt Doctoribus, & praxi. ita D. Thomæ, & cet.*

3 Porrò Matrimonium ſic per procuratorem contractum eſſe Sacramentum, & conferre gratiam dicũt *Couarr. de ſponſ. p. 2. c. 1. §. vnico n. 5. Viuald. in Candelabro aureo tit. de matrim. n. 43. Perez lib. 5. ordinam. tit. 1. pag. 2. Angl. in floribus qu. de eſſentia matr. fol. mihi 317. Matien. in rubr. tit. 1. gloſſ. 1. nu. 132. lib. 5. nouæ reco. Sanchez dicta diſp. 11. n. 27. Rebell de obligat. iuſt. p. 2. lib. 2. qu. 5. n. 3. Frãc. Molina d. compar. 25. n. 61. contra Guglielm. Eſtium in 4. ſent. diſt. 19. §. 5. & Franc. Syluium in 3. p. D. Tho. qu. 42. art. 1. quæritur 3. concl. 2.* qui citat *Caietanum, Victoriam, & Canum*, qui tenent huiuſmodi matrimoniũ

4 non eſſe Sacramẽtum. Et ratio etiã eſt quia ſicut collatio Sacramenti eſt actio perſonalis, ita eius receptio eſt perſonalis paſſio negatiuè. Et plura addit *Diana tr. 4. de Sacram. p. 3. reſol. 250.* vbi vocat hanc ſententiam probabilem, & priorem probabiliorem.

5 Tria autẽ requiruntur, vt in dicto *c. 9. fin. Sexti decret.* ait *Ioa. Andr.* ad conſtituendũ Idoneũ procuratorẽ. Primũ eſt quod Procurator ad contrahendũ matrimoniũ debet habere ſpeciale mandatũ ad matrimonium contrahendũ; nec enim ſatis eſt generale ad oĩa negotia, etiã expreſſis aliquibus requirentibus ſpeciale mandatum, ſed debet eſſe nominatim ad matrimonium, nam licet ex *capitulo. 4. d. Sexti decretal.* vbi dicitur *qui ad agendum, & defendendum,*

dum, ac generaliter ad omnia, etiamſi mandatum exigant ſpeciale conſtituitur procurator ex vi generalitatis huiuſmodi ad aliquem articulum, in quo ſpeciale mandatum exigitur, admitti non debet; ſed ſi aliquis, vel aliqui de articulis ſpeciale mandatum exigentibus ſpecificati fuiſſent adiecta clauſula generali, tunc ad non expreſſos etiam admittetur, licet inquam ex hoc
6 cap. habeatur communiter per Doctores quod procurator, qui habet generale mandatum: ſi aliqui exprimantur caſus; qui requirant ſpeciale mandatum etiam non expreſſos exercere. Vnde cum pro Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Don Franciſco Sanchez de Villa nueua Olim Epiſcopus Mazarienſi, nunc vero Canarienſi meritiſſimo, tres iam ſunt anni ad gubernandam Diœceſim Mazariæ Generalis Procurator extarem, & in procuratorio eſſent aliqui caſus expreſſi, qui ſpeciale requirebant mandatum, adiecta clauſula generali. Exorto dubio hic Panhormi an poſſem litteras dimiſſorias clericis Mazariẽſibus dare ad ordines ſuſcipiendos; qui caſus in meo procuratorio non erat expreſſus, pro mea parte fuerunt viri doctiſſimi tum ex Theologis, tum ex Iuriſtis hac fulti doctrina, qui citra omne dubium tenuerunt, me poſſe huiuſmodi litteras dare, vt de facto tum in pluribus huius Regni Diœceſibus, tum in alijs Italię fuerunt ad ordines promoti Clerici Mazarienſes per huiuſmodi patentes litteras. Attamen his non obſtantibus etiamſi in procuratorio ſint caſus requirentes ſpeciale mãdatum, non extenditur ad matri-
7 monium; quia intelligitur de caſibus, qui expreſſis ſimiles ſunt, non autem de longe maioribus vt eſt
8 matrimonium per *Clementin. non poteſt de procuratoribus, ſic Gloſſ. dicto capit. qui ad agendum verbo non expreſſos, vbi Ioann. Andr. num. 3. Ancharan. num. 2. Dominicus §. ſed ſi aliquis numero 2. Franc. eodem §. numer. 5. gloſſ. dicto cap. fin. de procurat. in 6. verb. ſpeciale*, & ibi *Ancharan. num. 1. Anton. cap. nonnulli §. 1. numer. 11. de reſcrip. Imola eodem §. num. 4. verſic. ſed iuxta, Abb. cap. ſed es de reſcrip. num. 8. Præpoſitus cap. tuæ de ſponſal. num. 11. Lancellot. Inſtit. Iuris Canonici lib. 2. tit. de ſponſal. verb. ſpecialiter. Grat. diſc. for. 738. numer. 23. lib. 4. nec ſufficit generale l. generali mandato, & ibi Bald. ff. de ritu nuptial. Barboſa clauſula 17. numero 14. Sanchez de matrimon. lib. 2. diſputat. 11. numero 3. latè Aegid. Conինck de eſſentia matrimonij dub 4. numer. 67. Molina de ritu nupt. lib. primo comparat. 15. num. 6. & 7. Auguſtinus Barboſa in collect. DD. in lib. 1. Sexti decret. cap. procurator fin.* & nouiſſimè *Fabius Golinus in tract. de procurat. pært. 2. cap. 5. num.* 8. quem lege, nam ponit omnes caſus, qui requirunt ſpeciale mandatum. Et exigi mandatum ſpeciale definitur expreſſe *dicto capitul. final. de procurator. in Sexto.*

Et ad dictum primum quæſitum reducit *Dominicus in dicto cap. 9. Sexti*, quod etiam iſta ſpecialitas attẽdatur circa perſonam, cum qua eſt contrahendum; aliter non eſt man-
9 datum ſufficiens ad contrahendum matrimonium, ſi ſcilicet dicam conſtituo Titium procuratorem meum ad contrahendum matrimonium nomine meo cum tali Berta, tunc eſt matrimonium inter me, & Bertam, & ita tenet *prædictus D. Molina loco citat. Rolad. Cõſil. 26. num. 4. & 22. volumin. 2. Couarr. de ſponſal. par. 2. cap. 4. à numero 8. Viuald. in Candel. aureo titulo de matrimonio numero 44. verſ. ſecundum Gom. de Leon. reſp. 84. Ioſeph Ludou. tom. 3. commu. opinion. titul. de maudato concluſion. 5. verſic. duodecimo pagina mihi 513.*

Tira-

Tiraquel. de Iure mariti gloſſ. 3. num. 3. Fr. Emmanuel quæſt. Reg. tom. 3. qu. 17. art. 13. Cald. Pereira in l. ſi curatorem verbo implorandum numer. 6. verſ. facit C. de integra reſtit. minor. Flamin. Pariſius. de Reſignat. benefic. lib. 10. quæſt. 8. num. 53. Cardoſ. in ptaxi Iudicum, & Aduocat. verbo procurator num. 33. Sanchez de matrimon. lib. 2. diſput. 11. num. 3. & 4. Cenedus ad ſextum Coll. 3. num. 2. Rebell. de obligat. iuſt. par. 2. lib. 2. quæſt. 5. num primo Camill Borel. in ſumma deciſ. tit. 66. num. 162. quos omnes citat, & ſequitur Auguſtinus Barboſa loco citat. num. 2. Fabius Golinus loco citat. numer. 10. qui numero 11. addit rationem; in cauſis enim arduis, ac
10 grauibus ſpecialiſſima requiritur expreſſio *Clem. non poteſt. de procur. Capit. de procuratore de electione. in 6. lege non ſolum in fine ff. de procurat. Carroc. in titul. de ſublocat. quæſtione 32. num. 15. Crauetta conſil. 297. colum. 5. immo requiri mandatum indiuiduum, ſeu ſingulariſſimum in cauſa matrimoniali tradit Oliban. de actio. parte 2. lib. 1. cap. 16. num. 12. Card. Mantic. de tacit. lib. 7. titul. 2. num. 25* hoc eſt vt dicatur in mandato talis cum tali, & quando matrimonium per procuratorem contrahitur, ver-
11 ba mandati debent concipi: *Titius te accipit in vxorem me mediante ex Hoſtiens. in ſumma titul. de ſponſa. §. qualiter verſ. hoc tamen DD. in dicto capit. final. de procurator. in 6. Alex. conſ. 149. col. 1. vol. 5.*

Secundum requiſitum eſt quod talis procurator non ſubſtituat aliã perſonam, niſi adhoc habeat expreſſum mandatum, vt per *Mozz. de contractibus titul. mandati §. venio*
12 *ad quartum num. 11. ad medium, Sanchez de matrimon. lib. 2. diſp. 11. nu. 5. Rebell. de obligat. Iuſt. p. 2. lib. 2. qu. 5. nu. 1. Franc. Molin. D. comparat. 25. num. 60.* cum in arduis, & grauibus cauſis eius induſtria cenſeatur electa, & ſic ſubſtitutioni locus non ſit. *Menoch. præſumpt. 38. num. 1. cum ſequentibus lib. 2. Molina de pact. nupt. lib. 1. compar. 15. nu. 60.*

Tertium requiſitũ eſt quod procurator conſtitutus ad matrimonium contrahendum non poteſt illud contrahere poſt mandatum re-
13 uocatum, etsi contrahit, nullum eſt etiam si procurator neſciat talem reuocationem, *Felin. in cap. ex parte Decani num. 9. cum ſequentibus de reſcrip. Mozz. de contractibus tit. de matr. §. de naturalibus matrimon. nu. 32. Couarr. de ſponſal. part. 2. cap. 4. num. 9. Burg. de pace conſ. 6. numer. 8. Cened. d. collect. 3. num. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 63. num. 37. cum ſequentibus Franc. Molina d. compar. 25. à num. 13. & late Sanchez dicta diſp. 11. à num. 6.* Hoc autem requiſitum eſt contra Iuris Regulam pe-
14 tentem procuratorem conſtitutum ad negotia certiorem faciendum eſſe de reuocatione, vt ea prosit *Clemen. vnica de renunc. c. ex part. de reſcrip. l. ſi mandaſſem ff. manda. l. 1. §. final. ff. de cuntrahen. emptio. l. 1. ff. quod iuſſu Capr. tom. primo commun. opin. lib. 7. tit. 8. num. 90. & num. 100. Flamin. de reſignat. lib. 9. q. 29. nu. 12. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 63. num. 51. Grat. diſcep. Forenſ. cap. 18. à num. 37. & cap. 191. num. vlt. Camil. Borel. in ſumma deciſion. titul. 66. à numero 379.*

Notandum tamen eſt, quod ad hoc vt validum ſit matrimonium per procuratorem poſt Tridentinum eſſe neceſſarium vt per ipſum
15 procuratorem celebretur matrimonium coram Parocho, & Teſtibus; non autem eſſe neceſſarium vt mandatum detur coram Parocho, & Teſtibus, ita docet *Sanchez dicta diſputat. 11. quæſtione 3. numero 23.* & Ratio ipſius eſt quia *Tridentinum Seſſ. 24. de matrimon. cap. 1.* non ſolũ itritat matrimonium quãdo ipſe-

met contractus non celebratur coram Parocho, & Teſtibus, ſed mandatum contrahendi non eſt ipſe matrimonij contractus; ergo non petit eandem ſolemnitatem alias decretum, quod eſſet ſummè correctorium valdè extendendum eſſet.

Quæ autem agere debeat huiuſmodi procurator, quo nomine, &
16 quæ verba dicere quando contrahit matrimonium nomine alterius, docet *Bonac. de Sacram. matrim. q. 2. pun. 5. n. 8. to. 1. & n. 11. & Aliqua ad materiam ſcilicet poſſe per procuratorẽ contrahi matrimon. non inconcinnè tradit D. Taſſon obſ. Iuriſdict. verſ. 8. obſeru. 2. n. 75. & 76. fol. 410. vbi ponit etiam requiſita, & Diana in 3. p. reſol. moral. in 4. tract. de Sacram. reſol. 249. f. 270.* vbi ponit etiã quod
17 minor, aut mulier poſſunt eſſe procuratores ad matrimonium circa quod *Sanchez d. diſp. 11. num. 15.* ait quod diuerſitas ſexuum in procuratoribus ad contrahendum matrimonium eſt impertinens, vnde duo viri, vel duæ fœminæ poſſunt eſſe cõtrahentium procuratores, *& Emmanuel Sà d. verb. matrimonium* ait quod procurator ad negotia non poteſt eſſe ante annum decimumſeptimum, ſed ad matrimonium ſuf
18 ficit ſi habeat vſum rationis ad exprimendum conſenſum alieno nomine, & citat *Sanchez lib. 3. diſp. 41.*

His poſitis deuenio ad propoſitam quæſtionem, quare ſit.

19 Prima Concluſio: citra dubium eſt quod ſiquis ligatus primo matrimonio, ſecundum matrimonium celebrat per procuratorem: quod crimen Bigamiæ incurrit, & per cõſequens idem examen, & eaſdem pœnas apud Tribunal Sãcti Officij, quod, & quas incurrere ſolent ij bigami, qui perſe ipſos ſecundum celebrant matrimonium adhuc durãte primo, & ratio eſt quia iſti dum procuratores conſtituunt, qui ſuo nomine, & ſpecialiter, & expreſſe contrahant ſecũdũ matrimonium: perſe ipſos facere videntur; vt reue-
20 ra niſi impedimentum primi coniugij obſtaret inter ipſum mandantẽ, & alium coniugem verum matrimonij Sacramentum contraheretur, vt vſque modo probatum eſt; dũmodo ponamus quod cætera requiſita iam allata non deſiderentur. nam ſi ponamus quod poſtquam cõſtituit procuratorem, vel mandatum reuocet, vel procurator cum alia contrahat ab expreſſa: eadem hic debet poni doctrina, quam ſupra poſuimus de ſecũdo matrimonio attentato, & de ſecũdo matrimonio cõſummato per copulam carnalem, vel non conſummato iuxta diſtinctiones ibi poſitas.

21 Secunda Concluſio: eaſdem incurrere pœnas, & eandem ſuſpicionem de hæreſi dicendum eſt procuratorem, qui ſcienter ſecundas celebrat nuptias, quamuis alieno nomine durante primo matrimonio mãdantis. Et ratio eſt quia non minus; quinimmo magis videtur malè ſentire in materia Sacramẽti matrimonij; dummodo efficax inſtrumentum efficiatur celebrandi tam illicitum matrimonium, & tam à more & ſtatuto Eccleſiæ alienum. Et dico quod magis redditur ſuſpectus, quia mãdãs poſſet moueri vel ratione luxuriæ, vel ratione lucrãdæ dotis; at iſte procurator talia motiua non
22 habet ergo animus in male ſentiendo de Sacramento matrimonij deprauatus in tali procuratore clarius demonſtratur, & ideo tanquam minus excuſabilis grauiter puniri debet iuxta doctrinam in libro primo à nobis fuſius traditam.

(:)(:)(:)

QVAE-

QVAESTIO DECIMA-QVARTA.

De Confeſſionibus Iudicialibus factis ab Inquiſitis in hoc, & alijs criminibus ad Sacrum Tribunal pertinentibus.

SVMMARIVM.

1 DE Iure iniuſtè captum torqueri cenſeri.
2 Qui ſine ſufficienti probatione torquetur, & confitetur confeſſio eſt nulla.
3 Etiam ſi poſtea ſuperueniat ſufficiens probatio.
4 Idem dicendum de confeſſione ex iniuſta captura.
5 Ex reſponſione iniuſtè interrogati non procedit punitio.
6 Contrarium tamen verius eſt in cauſa hæreſis.
7 In hoc Tribunali ſola veritas conſideranda eſt.
8 In delictis qui in voluntate conſiſtunt confeſſio probat plene.
9 Confeſſio eſt probationis regina.
10 In quibuſdam delictis de corpore delicti cõſtare debet.
11 Prudens factum Ioſue.
12 In crimine hæreſis ſecus eſt, circa corpus delicti.
13 Satis eſt, quod conſtet de conſenſu licet alij actus non ſint probati.
14 Circumſtantiæ omnes præponderandæ ſunt vt Iudicium rectum eliciatur.
15 Auctoris conſilium in hoc caſu.
16 Nemo eſt Dominus ſuorum membrorum.
17 Nuda confeſſio non ſufficit ad pœnam, ſicut neque ad veniam.
18 An reuocario teſtium poſt quam reus confeſſus eſt crimen vitiet proceſſum.
19 Ex rei confeſſione ius fiſco acquiritur.
20 Captura iniuſta ex defectu probationis nõ redditur iuſta quamuis ſuperueniat probatio ſufficiens.
21 In captura reorum maximo accordio proceditur in Tribunali.
22 In hoc foro ſemper interrogati veritatem fateri tenentur.
23 Rei ſemper ab Inquiſitoribus monentur de probatione cõtra eos recepta.
24 In foro fori periurium in negando non punitur de falſitate.
25 Vtrum reus iuramentum de veritate dicenda præſtare debeat.
26 Quod non ſit ſub iuramento interrogandus tenuerunt aliqui.
27 In noſtro Tribunali ſemper mediante iuramento reus interrogatur.
28 Semper fiſcalis accuſat reum de periurio.
29 Vtrum rei qui veritatem negant abſoluendi ſint à Confeſſarijs.
30 Charitas bene ordinata incipit à ſeipſo.
31 Si reus vetitatem confiteri renuat nõ eſt abſoluendus.
32 Conuictus teſtimonijs quamuis innocens ſit ad euitandam pœnam mortis poteſt examen imputatum, & probatum, quamuis id non perpetrauerit confiteri in ſententia Caſtri Palai.

IN dubium deduci poteſt an ſi ſine ſufficienti probatione captus confiteatur crimen, de quo eſt delatus, an ratione talis Confeſſionis puniri valeat? Et pro parte
1 negatiua conſiderari poteſt de iure iniuſtè captum torqueri cenſeri *l. item apud Labeonem §. quæſtione ff. de iniur. gloſ. in V. tormentis in Cle. 1. de Hæret. Ioan. Andr. in cap. cum in contemelatione de Reg. Iur. Alex. in addit. ad Bar. in l. 1. §. Diuus ff. de quæſt. in additio. quæro*. Sed qui ſine ſufficienti probatione torquetur, & ibi confitetur; etiam ſi poſtea diutius in confeſſione perſeueret, non
2 valet ex tali confeſſione puniri, etiã ſi poſtea ſufficiens ad torturam ſuperueniat probatio, ita dicũt *Gloſſ.*

&

3 *& Bar. in l. penult. ff. de quæſt. Alberi. in l. maritus ff. eodem, Alex. & Iaſ. in l. qui in alien. ff. de acquir. hæred. & ita Anton. Gomez. relatus à Iulio Claro quæſt. 64. nu. 32.* & alij quam plures, quos citat *Maſcardus concluſ. 352, num. 1.* quos refert *D. Ant. de Queuedo, & Hoyos de indicios, y tormentos ſegunda parte cap. 4. à num. 10.* & nouiſſimè tenet *Hector de Guido de viribus confeſſionis part. 3. capit. 2. à num. 96.* Igitur idem dicẽ-
dum eſt de confeſſione ex iniuſta-
4 captura facta. Secundo adduci poteſt eſſe certum iniuſtè interrogatum ex reſponſione non poſſe puniri, cum reſponſio nulla ſit, hoc eſt ſi quis quando non eſt interrogandus, de facto interrogetur, quod poſt alios tenent *Cepola. conſ.*
5 *40. Lucius Ciuis col. 6. Hiſp. conſ. 120. num. fin.* & hanc partem in ſimili dubio tenent *gloſſ. per tex. ibi in l. qui in carcerem ff. quod metus cauſa*, quã ibi ſequitur *Bar. Bald. in ſecunda lectu. & Ang. Lanfran. in c. quoniam cõtra in verb. confeſſio uum. 22. de probatio. Anchar. conſ. 24. in Chriſti nomine viſa Alex. in addit. ad Bart. in d. l. qui in aliena §. celus ff. de acquir. hæred.* & hanc aſſetuit communem ſententiam *Raph. cum. conſ. 187. poſt principium*, contrarium tamen, &
6 maximè in hæreſi, de qua eſt noſter ſermo, tenendum credo *arg. ca. 1. de accuſa. in 6. & c. piſanis, vbi Abb. num. 9. de reſtit. ſponſal. de conſtitutione de elect. & facit quod dicit Bart. in l. ſi confeſſus num. 2. ff. de cuſto reo. vbi longa additione alios citat, & Anch. ſibi contrarius in clem. 1. de homicid. Alex. conſ. 34. vol. 3. Ang. in l. ſi vacantia C. de bon. vacan. lib. 10. Cep. conſ. 67. teneo Beltrand. conſil. 211. in 1. vol. Tho. gram. conſ. 4. num. 27. Guill. Bened. in cap. Raymuntius in 5. mortuo 1. num. 162. & 163. & 339. de teſtam. Maſcard. de prob. concl. 357. à princ. Valaſc. conſult. 65. numer. 3. verſic. illud Barboſa iunior in dicto cap. Piſanis num. 5.* & nouiſſimè *dictus Hector. de Guido de viribus confeſſionis part. 3. cap. 2. numer. 13.* & ſi hoc in alijs criminibus certũ eſt, maximè vt diximus, & ſine vllo dubio in hæreſis crimine, in hoc quidem Sancto inquiſitionis foro, in quo cum præcipuum obiectum ſit animarum ſaluti conſulere, & mederi, ſola veritas eſt conſideranda,
7 quæ nullo certiori modo, quam delinquentis confeſſione ſciri poteſt, maximè cum crimen eius naturæ ſit vt in voluntate conſiſtat vt hæreſis eſt, quia tunc confeſſio plenè
8 probat abſque eo quod conſtet de corpore delicti ſcilicet quo ad reconciliationem, & aliam pœnam extraordinariam, vt benè probat *Cantera quæſt. criminal. quæſt. 1. uum. 3.* quis enim eum, qui fatetur hæreticum fuiſſe, audebit ſine Eccleſiæ ſatisfactione à carceribus liberare, quia ſine ſufficienti probatione fuit captus? nec ſi pœnitere dicat illum ſine eo, quod ad Eccleſiæ gremiũ admittatur relinquere? & ſi enim in alijs delictis confeſſio ſit probationis Regina, *vt per tex in cap. literas 14. §. non vero verſ. quamquam de*
9 *præſumpt. Anto. Gabr. tit. de Teſtibus concl. 4. num. 88. lib. 1. Maſcard. de probat. concl. 857. numer. 17. Decius Conſ. 163. num. 11. verſ. Ad hoc accedit, Bertazolus conſ. 334. numer. 5. lib. 1.* potiſſimè in hæreſi, cum agatur de probanda re, quæ præſumptiuè, & non verè, niſi confeſſione probari valeat cum ab intellectu, & voluntate pendeat.

Exprimè dictis rectè infertur, quod & ſi in cæteris delictis deſideretur, quod conſtet deli-
10 ctum commiſſum eſſe, vt punitioni ſit locus, nec aliter delinquentis confeſſio aliquid ſperatur *l. c. §. Item illud ff. ad Sillania, & notant Bald. in Auth. ſed nouo iure num. 6. C.*

de

de ſeruis fugi. Ang. in l. certum ff. de conſeſſ. etiam ſi delinquentis Confeſſio valdè ſpecialis eſſet l. 1. §. diuus Seuerus ff. de quæſt. Alex. dicens poſt plures hanc partem eſſe magis tutam *in conſ. 27. num. 6. vol. 7.* quod nos docuit nunquam omittendum prudentiſſimus Ioſſue, qui non aſſentiens Confeſſioni Acham de rebus
11 furatis; miſit qui in tabernaculo furis ablata quærerent, vt habetur *Ioſſue* 7. & ſi hæc tamen ita ſe habeant in alijs delictis; in hæreſi ſecus eſt ex dicta ratione, quod forum, in quo de ea inquiritur, non tantũ crimen punire, quantum delinquẽtis animę Mederi ſatagat, & ſic hãc
12 ſententiam in hoc crimine firmant *Bald. in l. ſi quis non dicam rapere nu. 5. c. de Epiſcop. & Cler. Franc. in cap. 1. num. 7. de homicid. in 6.* & quia cũ ab ipſius delnquentis conſenſu nudo crimen effectum habeat, ſatis eſt quod de eo conſtet, & ſi alij actus non ſint probati, & eſt in ar-
13 gumento C. *ad abolendam* ibi *aliter ſentire de hæreſis quo verbo conſenſus ſolus oſtenditur* vt conſiderat *Gloſſ. in cap. cogitationis de pœni. diſ. 1.* & denique idem firmauit Inquiſitor *Alber. in tract. de agnoſ. aſſert. quæſt. 25. nume. 4.* ipſe tamen omnium minimus credo quod non ſic abſolutè hęc illatio eſt amplectẽda, ſed quod
14 à confitente diligenter ſunt circũſtantiæ facti, qualitates, occaſio, locus, tempus, & ſocij quærendi, & perſpicaci oculo ad veriſimilitudinem confeſſio deducenda eſt, & inde an ei ſit ſtandum, nec ne, iudicari poſſit; quando vero confeſſio hæc etiam eſſet aliis circumſtantijs nuda, ita quod nulla diligentia circa in ea contenta fieri poteſt, & tunc ſi ex confeſſione eſt miſericordiæ locus, ita quod Cõfitens admitti debeat ad Eccleſiæ gremium, id faciendum eſt; ſi tamen, vel quia confitens relapſus, diminutuſue eſt in intentione factorom, quæ citra hæreſim fieri nõ poſſent, vel ex alia ſimili cauſa nõ eſt venia dignus: non auderem ipſe eum brachio relinquere ſæculari ex tali confeſſione, ſed D. Proce-
15 res conſulerem, & ſi eis placeret, cauſa differretur, durum enim videtur quem ex nuda confeſſione brachio ſæculari relinquere, cum in hoc non tantum ad ſalutem Animæ, quam punitionem corporis attendatur, contra ſcopum Sanctiſſimi Tribunalis, in quo præcipuè de ſalute Animarum conſulitur; quod videtur de mente *Pauli de Caſtro in dicta Auth. ſed nouo iure numer. 3. & Ponciniuÿ de lamijs nu. 62. verſ. Ex quibus*. Vulgaris enim regula eſt nullum eſſe ſuorum membrorum Dominum, vt ſua confeſſione ſola eis priuari poſſit *l. liber homo ff. ad l. Aqui. Alex. Conſ. 19. circa primum*
16 *vol. 7.* nec ſic debet hęc nuda cõfeſſio ſufficiens eſſe ad pœnam, ſicut aduenium, vt ſentit *Bald. in d. l. fin. num. 4. C. de probat. & Gloſſ. in l. in*
17 *bonæ fidei C. de reb. cred. Oldrad. conſ. 210.*

Facilius reſolui poteſt quæſtio, an ſi ex ſufficienti probatione captus crimen confeſſus ſit, ex confeſſione cauſa dedici poſſit, eaque confeſſio valeat, ſi teſtes poſtea Palinodiam canant reuocando, quæ contra ſic delinquentem depoſuerant, & ſic an hæc reuocatio ſuperueniens vitiet confeſſionem, in quo
18 dubio credo tenendum eſſe, quod cum confitens legitimè fuerit captus, & interrogatus quod non ei proderit, quod teſtimonia ſint anti quata, & inualida ex reuocatione, quia cum ſecundum iuris ordinem
19 fuit reus captus, & interrogatus, & confeſſus, ex eo ius fiſco fuit acquiſitum tale, quod propter teſtiũ palinodiam eneruati non poteſt, cum cauſa fuit res integra. Curent

au-

autem Inquiſitores eam corroborare facta Inquiſitores ſuper circunſtantijs, vt in precedentibus diximus, cum & ſi de iure confeſſio ſufficiat, hæc æquitas tamen huius fori exactam indagationem requirit.

Et ſi quæri ſoleat an captura iniuſta ex probationis defectu iuſta reddatur ex ſuperuenienti probatione, & tenēt quod non poſt alios
20 *Pariſ. de ſindi. in V. captura num.* 31. *fo. mag.* 27. *& nume.* 21. *fol.* 23. *Rom. conſ.* 320. *omnipotentis*, in hoc foro hæc quæſtio videtur ſuperflua, cū vt diximus maximè conſiderentur capturæ, antequam fiant, litteratique, si opus eſt conſultantur, nec vnus Inquisitor sine collegis eam decernere valeat *Cle.* 1. *de Hæret. & in Hiſpania eſt c.* 1. *inſtruct.* 4. *Toletan. & Granatæ ann.* 1499. *& ca.* 32.
21 *&* 48. *Matriti.*

Cum in hoc foro ſemper iuſtè delati interrogentur, veritatem manifeſtare tenentur, ita in simili
22 *docet Bart. in l. Marcellus* §. *qui rerū ff. rer. amot. Abb. in c.* 1. *numer.* 3. *de Teſt. cogen. idem in capit. cum ſuper de Confeſſ. Suarez in l.* 4. *tit. de las iuras lib.* 2. *fori num.* 12. *Greg. Lopez in l.* 4. *titul.* 29. *par.* 7. *Neuisā. in ſylua nupt. lib.* 3. *num.* 42. *Azpilcueta in ca. inter verba* 11. *quæſt* 3. *Coroll.* 64. *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 66. *art.* 1. *& ibi Caiet. Soto lib.* 5. *de iuſt. & iure qnæſt.* 6. *art.* 1. 2. *& quæſt.* 7. *& in tract. de ſecret. in* 2. *mēbro quæſt.* 2. *&* 7. & dicit ſeruatū eſſe quod ipsis accuſatis Inquisitores dicunt quod ſciant adeſſe con-
23 tra eos probationem, & sic quod ſciant teneri veritatem aperire, & si tamen vt præcitati Patres in dictis locis aſſerunt Iuramentum nō sit neceſſarium ad dictam obligationem, cum ad Superioris præceptum ex iuſtitiæ virtute detegere proprium crimen ſæpè ſubditus teneatur, additur tamen eius iuramentum, ſub quo interrogantur tanquam fortius vinculum, ex quo
24 peccato mendacij additur periurij peccatum; & si in foro fori de falsitate, & periurio in negando proprium crimen, non puniantur, vt dicit *Bald. in l. & ſi legibus num.* 2. *c. ſi contra ius veluti pub.* in alijs autē causis criminalibus, an hoc præſtetur per delatum iuramentum cō trouerti ſolet: cum argumēto *Gloſſ. in c.* 1. *in V. criminali de iuram. calum.*
25 plures teneant eſſe præſtandum, *Bart. in l.* 1. *num.* 6. *c. eodem tit.* dicit communem vſum Italiæ ſeruare, quod delatus iurat verum dicturū; & idem firmant *in l. in illo* §. *quod obſeruari num.* 3. *eiuſdem lib. & tit. & in dicta l. Marcellus* §. 1. *numer.* 3. *ff. rer. amot. & ibi Alber. Ang. & in l. inter omnes* §. *rectè num. fin. ff. de furt.* & idem aſſerunt *Innoc. in cap.* 2. *in princ. Hoſtienſ. & Abb. num.* 16. *cum ſequentibus de confeſſ. idem Abb. in dicto capit.* 1. *numer.* 12. *de iur. calum.* & hoc videtur firmare *Gloſſ in dicta l.* 1. *in V. quicquam*, & ibi *Bald. num.* 8. *c. de iur. calum per c. cum dilecti de cauſa.* contrarium tamē, immo non eſſe ſub iuramento delatum interrogandum videntur tenere *Compoſtel. in c. dudum el* 2. *de electio. co.* 4. *Bald.*
26 *in dicto* §. *obſeruari numer.* 23. *idem Bald. in l.* 1. *num.* 5 *c. de pœna Iud. qui malè iud.* vbi meminit de Bart. contrarium tenente *in d. l. Marcellus.* & poſt alios *Hippo. in l. quæſtionis habē. de col. penult. ff. de quæſt. & in ptaxi* §. *poſtquam in principio, & nume.* 1. *& in* §. *expedita numer.* 65. vbi ait *quod etiam ſi delatus vellet reſpondere cū Iuramento, non eſt permittendum per Iudicem, & hanc partem ſcio ſeruare Iudices Regnorum Aragoniæ*, in Caſtella vero ſeruatur contrarium *ex dicta l.* 4. *tit.* 29. *par.* 7. *& ex l.* 23. *tit.* 11. *par.* 7. ſaltem in iſto foro Sanctæ Inquiſirionis in Regnis Hiſpaniæ,
27 & ei adiacentibus, vt diximus, cū

iura-

Iuramento ſemper delatus reſpondet, eſtque de iſtius iuramenti forma, & qualiter quoties delatus eſt in Prætorio debet innouari. 10. *Inſtruct. Matriti*, & ſemper fiſcalis ad
28 calcem libelli accuſatori reum de periurio accuſat ſupponendo nempe quod quantum negauit, vel affirmauit fuit ſub iuramẽti vinculo, vt moris eſt; aduertendoſque eſſe cẽſeo *cum Soto dicta q. 6. art. 2. col.* 10. Confeſſarios ne reis, qui mortẽ fugiendi cauſa, veritatem interrogati negant, abſolutionẽ cõcedant quo
29 uſque Iudicibus eam manifeſtent; cum Iudex in hoc foro ſemper iuridicè interroget, ſicut enim non eſt fas ob mortem vitãdam crimen falſum de ſe fateri, vt poſt alios notat *Ioan. Lopez. in rep. rub. de donat. inter virum* §. 70, *n.* 3. cum ita peccet falſum de ſe deponẽdo, ſicut ſi de alio eum charitas bene ordinata à ſe in-
30 cipiat *C. nõ licet* 23. *q.* 5. *Archi. in c. nõ eſt eodẽ cap. & q. Abbas in c. ex parte de ſepult. idem Felin. in c.* 1. *de teſt. cogen.* ita & quæ commiſit interrogatus fateri tenetur, taliter peccãs; vnde cum in tali peccato veritatẽ aperiendo pertinax ſit, non eſt ei bene
31 ficiũ abſolutionis concedẽdum, & hoc procedit in opinione cõmuni.

Non deſinam tamen hic adnotare quod ſatis piè, & ingeniosè dicit *Caſtrus Palao de modo procedendi in cauſis fidei tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 16. §. 11. *n.* 3. ſcilicet quod ſi quis falſis teſtibus conuictus ſit, & ob eã cauſam ad pœnam mortis damnatus, & confitendo crimen imputatum, & ſecundam allegata, & probata, probatum, quamuis illud non commiſerit (quod rarè accidere poteſt in noſtris Tribunalibus, in quibus particulari Dei prouidentia veritas orta eſt, quia Iuſtitia de Cœlo proſpicit) liberatur à pœna mortis; perſiſtendo vero in negatiua tanquam negatiuus brachio ſæculari certè tradendus eſt poteſt iſte talis crimẽ ſibi falsò impoſitum confiteri ob rationes, quas ibi dictus Caſtrus Palao affert abiectionibus ſatisfaciendo; cui opinioni tãquã probabili, & rationi cõsẽtaneę ego me ſubſcribo ſalua ſẽper Superiorum cẽſura.

QVAESTIO DECIMAQVINTA.

De Confeſſione extraiudiciali tam circa delictum Bigamiæ, quam circa alia ad Sanctum Officium pertinentia.

SVMMARIVM.

1 *VTrum confeſſio extraiudicialis faciat plenam probationem.*
2 *Clericus ob fornicationem notoriã diù cõtinuatã debet ab beneficio ſuſpẽdi*
3 *Infertur ex cap. quam ſit graue quod ſola confeſſio extraiudicialis faciat plenam probationem.*
4 *Confeſſio extraindicialis non facit plenam probationem ſecundũ aliquos,*
5 *Nec Iudex debet ex tali confeſſione moueri.*
6 *Confeſſio Iudicialis clerici coram laico non ſufficit ad condemnandum.*
7 *Valet in vim extraiudicialis.*
8 *Sententia Abbatis has opiniones conciliare intendens.*
9 *Iudicium Canteræ circa opinionem Abbatis.*
10 *Confeſſio extraiudicialis coram duobus teſtibus non probat delictum licet remaneat ipſa confeſſio plenè probata in ſententia Canteræ.*
11 *Gloriatio delicti ſi cadit ſuper malitiã eſt peccatum ſi vero ſuper dexteritatem, vel aliquid ſimile non.*
12 *Explicatur exẽplo ſupradicta doctrina*
13 *Si in confeſſione delicti quis delectetur peccat mortaliter.*
14 *Si gloriatio tendit in infamiam alterius probata in iudicio puniri debet pœna extraordinaria taliter gloriãs*
15 *Qui faciliter, & per lubricum linguæ*

iactat non debet ad pœnam trahi.

16 *Pœna* capitis quam ſit graue *non fuit ordinaria in ſententia aliquorum.*

17 *Delicta alia habent corpus delicti alia non quia ſunt mentalia.*

18 *Per confeſſionem extraiudicialem debere ſi concurrentibus alijs adminiculis plene probatam puniri quis debet pœna ordinaria.*

19 *Delicta interna maiorem probationem quam propriam oris confeſſionem habere non poſſunt.*

20 *Non datu maior probatio quam proprij oris confeſſio.*

21 *Non eſt credibile inter catholicos quod quis ſe iactet de hæreſi niſi fuerit hæreticus.*

22 *Nihil refert an de præſenti an vero de futuro ſit confeſſio quod quis fuit, vel eſt hæreticus.*

23 *Sententia Albertini noſtram opinionẽ confirmans.*

24 *In delictis quæ habent veſtigium poſt ſe confeſſio extraiudicialis non omnino probat.*

25 *Nec ſemiplenè ad torturam ſi corpus delicti non probatur.*

26 *Data ſemiplena probatione per torturam plenè probatur.*

27 *In delicto Bigamiæ quid obſeruandũ, ita in Romana quam in Hiſpanica inquiſitione.*

28 *In noſtra Inquiſitione in delicto Bigamiæ taliter vt diximus probato pœna extraordinaria imponi debet.*

29 *Strigæ ſæpè à Dæmone illuduntur, & quod per phãtaſmata viderunt oculis corporeis ſe vidiſſe exiſtimant.*

30 *Difficillimum iudicium in his cauſis ex L. duo ſunt Titij reditur.*

31 *Propoſitto vniuerſalis, quod confeſſio extraiudicialis non faciat fidem limitatur in confeſsione geminata, vel ſi ſit iurata.*

32 *Facta cum iuramento etiam ſi non ſit geminata præiudicat confitenti.*

33 *Et facta coram perſona publica, quæ acceptare eam poſſit.*

34 *Et facta coram multitudine, quia tranſit in notarium.*

35 *Et facta coram ſacerdote, & alijs teſtibus.*

36 *Et facta in ſupplicatione Principi porrecta.*

37 *Si talis confeſſio eſt vero ſimilitudinibus fulcita facit plenã probationẽ.*

1 EX *cap. quam ſit graue tit.* 31. *de exceſſibus Prælatorum* videtur apertè colligi quod confeſſio extraiudicialis faciat plenam probationem, affertur enim *dicto cap.* ibi *ab officio, & beneficio ſuſpendere*, caſus cuiuſdam clerici, qui ſe iactabat Virginem corrupiſſe, & propter hãc turpem iactantiam eum ab officio, & beneficio ſuſpenſum, vt bene notat *Menocch. de arbitr. caſu* 331. *n.* 3. *cũ ſeq.* & caſu 332. *n.* 1. & quod Clericus debeat ab officio, & beneficio ſuſpendi ob fornicationem notoriam frequenter, & diu cõtinuatam, & alios offendẽtẽ docet *Azor. inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 1. *c.* 7. *q.* 13. *Duen. reg.* 101. *limit.* 4. quare videtur rectè concludi quod confeſſio extraiudicialis plenam faciat probationem; quandoquidem prædictus Clericus ex ſola ſua confeſſione videtur commeritus tam grauẽ pœnã ſuſpẽſionis ab officio, & beneficio,

2

3 & ita volunt aliqui ex *Innoc. in cap. per Inquiſitionẽ de elec. & ibi gloſ.* vbi tenẽt, quod talis cõfeſſio præiudicat cõfitẽti, & ſufficit ad probãdũ.

Ex alia vero parte durũ videtur quod idẽ operetur extraiudicialis cõfeſſio, ac iudicialis, faceret. n. plenã ptobationẽ ſicut iudicialis, vnde prædictus *Innoc. in c. interpoſita de appellat.* tenet quod cõfeſſio extraiudicialis non facit plenam probationem, ibi enim dicit, *quod probatio recepta extra iudicium non accipitur, & ſi accipitur non mouet Iudicem ad credendum ſicut Confeſſio*, quaſi dicat quod Iudex non debet ex tali confeſſione moueri ex eo, quod plenè non probat, & videtur

4

etiam

etiam quod nec ſemiplenè. Idem notatur *ex cap. At ſi clerici 4. de Iudicijs* ibi, *ita nec facta confeſſio coram*
6 *ipſo.* vbi dicitur quod confeſſio Clerici facta coram Iudice Laico ad cõdemnandum non ſufficit per *Bellet. Villalob. Farin. Valaſc. Abb. Anton. Barbat. Felin. Bero. Mant. Anton. de Burg. Hippol. Hieron. Fernandez de Ottero Romanar. Iacubrat. diſputatione 29. à numero primo reprobans à n. 6. Bald. Imol. Anchar. Cardin. Aretin. in præſenti Clar. Gom. Maſcard. & Farin.* tenentes confeſſionem Clerici coram ſæculari Iudice factam valere in vim extraiudicialis, quos
7 omnes refert *Auguſtinus Barboſa in dicto cap. At ſi Clerici.*

Has duas oppoſitas ſententias conatus eſt conciliare *Abbas in dicto cap. At ſi clerici nu. 16. & 17.* vbi
8 ita diſtinguit; *vel Confeſſio huiuſmodi facta fuit parte non præſente, & deficientibus alijs requiſitis ad confeſſionem faciendam in ciuilibus, vel confeſſio habuit omnia ſubſtantialia*, qua diſtinctione poſita reſpondet, *quod poſito primo membro diſtinctionis talis confeſſio non eſt ſufficiens, erit tamen ſufficiens poſito ſecundo diſtinctionis membro*. At iſta reſponſio *D. Canteræ q. Criminal. de indicijs ſuffic. ad torturam numer. 21.* non placet, quatenus licet quoad primum mẽbrum ſi intelligimus quod licet nõ faciat probationem, faciat indiciũ
9 ad torturam, benè eſſet vera opinio Abbatis; ſed quoad ſecundam partem diſtinctionis non poteſt ſic ſimpliciter ſuſtineri. Vnde ipſe D. Cantera ibidem affert aliam diſtinctionem, quæ omnino videtur amplectenda. Dupliciter enim ſe habere poteſt qui vtitur confeſſione extraiudiciali; vel enim intendit probare in iudicio adducens huiuſmodi confeſſionem extraiudicialem illud idem delictũ, quod per huiuſmodi confeſſionem quis manifeſtauit, & in tali caſu reſpondet
10 D. Cantera quod etiam probata per duos teſtes (quod neceſſario requiritur) dicta confeſſione extraiudiciali, non tamen remanet probatum delictum; ſed eſt probatũ quod dam indicium, vel ſemiplena probatio; ſi vero adducatur in iudicio iſta confeſſio extraiudicialis non ſolum ad probandum delictum; verum etiam vt nouum delictum, & tunc talis confeſſio facit plenam probationem contra ipſum confitẽtẽ, & punitur ipſe confitens; ponit autem exẽplũ Cantera tali pacto: ſi quis extraiudicialiter fateatur, ſe cõmiſiſſe homicidiũ, tũc ipſa cõfeſſio extraiudicialis adducta in iudicio, & probata, nõ probat homicidium, ſed plenè probatur ipſa confeſſio, & gloriatio.

Hoc autem quia aliqua indiget explicatione apud D. Cãterã ita mihi videor explicare poſſe, vt ſcilicet ex tali probatione extraiudiciali nõ probetur delictũ ipſum, cuius eſt confeſſio, ſed probetur gloriatio de delicto ipſo; quę gloriario eſt nouũ delictũ; qui enim peccato cõmiſſo glo
11 riatur, de nouo peccat ex eo quod peccatum factũ approbet; id quod ex Theologis debet intelligi; dũmodo gloriatio cadat ſupra malitiã illius facti; nam ſi tãtum gloriatio cadat ſupra dexteritatẽ, vel aliquid ſimile præſcindens à malitia; tunc ſaltem peccatum mortale nõ eſſet, nã ſi quis verbi gratia aliquẽ enſe in ſingulari certamine ob peritiã in degladiando occiderit, tunc ſi iſte talis tantum ſua illa peritia, quam habuit in tali degladiatione delectetur; nõ peccabit mortaliter, ita etiã
12 ſi quis arguto dicto aliquem in fama læſerit; ſi tantum delectetur argutia, non autem offenſione, non peccabit mortaliter. Contra autem ſi peccato ipſo delectetur, & glorietur, mortaliter peccabit, vt

videre est *in Petro Nauarra lib. 2. de restit. cap. 4. par. 2. dub. 1. numer. 121 & 122. Couarr. variar. lib. 1. capitul. 2. n. octauo, quos refert, & sequitur Sayr. in claui Reg. lib. 3. capit. 4. n. 34.*

Vnde sequitur quod talis Confessio, & gloriatio plenè in Iudicio probata, tanquam nouum delictū puniri possit, præsertim si talis gloriatio tendat in infamiam alterius: pœna tamen extraordinaria, & Iudicis arbitrio, vt benè notat *Au-*
14 *gustinus Barbosa in dicto cap. quam sit graue* ibi *non erubuit confiteri*, vbi citat *Hippol. in l. dè minore in princip. numero 51. ff. de quæst. & in l. eos uumero 21. ff. de falsis Bernard. reg. 225. limitat. 6. Anton. Gomez. tom. 3. variar. capit. 13. numer. 8. in fine Mascard. de probat. concluſ. 350. numero 36. cum sequen. & concluſ. 497. numero 15. Ioseph. Ludou. Lucan, deciſ. 32. numero 13. cum sequent. Farinac. in praxi criminal. par. 3. quæst. 82. numer. 22.* Et bene aduertit d. Barbosa in præsenti, quod ille qui se facilitèr, & per lubricum linguæ iactat, non debet ad pœnam trahi
15 vt per *Bonacos. commun. criminal. par. 1. verb. iactans fol. 81. Mascard. de probat. concluſ. 781. num. 7.*

Eandem doctrinam, quod talis gloriatio tanquam nouum delictū puniri possit, amplectitur nouissimè *Hector de Guido par. 2. cap. 4. nu. 28. & 29. de confess. Iudic. & extraiudic.* vbi ait *limitatur sexto, cum huiusmodi extra iudicialis confessio transit in specificum nomen delicti; nempe si quis extra iudicium gloriatur de crimine, namque tunc potest puniri non tanquam eius delicti confessi, sed tanquam malè gloriator*, & refert *Abbat. Colum. numer. 9. de rescrip. & ibi etiam Felin. nu. 7. & iterum Abb. in dicto cap. At si clerici nu. 16. de Iudic. & in c. debet nu. 7. de Simo. & in dicto cap. quam sit graue nu. 2. de excess. Prælat.* Addit tamen dictus Guido quod debet puniri extra ordinem, & Iudicis arbitrio, pro quo adducit *Marsil. de minore num. 32. ff. de quæst. Menocch. de arbitr. Iud. casu 331. Baiar. ad Clarū q. 55. n. 3. in fin.*

Ex dictis sequitur quod punitio illa supra enarrata ex *dicto cap. quam sit graue* clerici suspensi ab officio, & beneficio ob gloriationem defloratæ Virginis non sit pœna ordinaria, sed extraordinaria talis glo-
16 riationis clerici, qui vt antea florē virginitatis, ita per gloriationem famam illius mulieris læserat. Et ita benè asseritur in *Repertorio Inquisitorum verb. Confessio §. An Confessio extra iudic. probet in delict.* vbi habetur quod Confessio extraiudicialis plenè non probat quoad effectum pœnæ ordinariæ infligendæ. Id quod probatur *ex dicto cap. quam sit graue.* Nam ibi Præsbyter beneficiatus confessus se crimen adulterij commisisse, non deponitur, sed beneficio priuatur, & referuntur *Hostien. & Innoc.* ibidem.

Possent supradicta sufficere tum ad propositam difficultatem explanandam, & Auctores conciliandos tum ad quandam Regulam generalem fundandam de viribus extraiudicialis confessionis; sed quia non semper talis confessio coniungitur cum gloriatione; posset enim quis potius ad sui demissionem commissa delicta enarrare, vel incidenter, ex eo quod alius similia enarrauit, sine gloriatione tamen, vel vt ostēdat quā laboriosā vitā retro acto tēpore duxerit: ideo vniuersaliorē, & ampliorē regulā opus est adducere.

17 Quare mihi alia distinctio ponēda videtur, quæ optimè facit tū ad præsentem tractationē de Bigamia tū etiā vniuersaliter ad delicta pertinentia ad Tribunal Sancti officij, & ad alia omnia crimina. Videntur ergo vniuersaliter delicta distingui posse in ea, quæ habent

cor-

corpus delicti, vt criminaliſtæ loquuntur, & in ea, quæ non habent, vt ſunt delicta purè interna pertinentia ad hæreſim formalem, quam diſtinctionem amplectitur *Albertinus ad noſtrum propoſitum in tract. de agnoſc. aſſert. quæſtione* 25. *numero.* 3. Hac poſita diſtinctione ita videmur poſſe ratiocinari: ſi delicta ſunt purè interna, & pertinent ad hæreſim formalem, in tali caſu mihi dicendum videtur quod ſi confeſſio extraiudicialis talium delictorum habita fuit coram teſtibus omni exceptione maioribus, præſertim vero ſi aliqua interueniant adminicula, puta quod iſte talis confeſſus, ſit ex radice hæreſis, vel Iudaiſmo, vel Mahometis erroribus infecta, vel quod tales Regiones hæreticorum, &c. pererrauerit, & talis confeſſio fuerit geminata, & hæreſis prolata conſonet eius ſectæ, vt ſi deſcendēs ex Hebræis dixiſſet quod Meſſias nondum venit, & deſcendens à Ma
18 hometanis dicat quod Chriſtus fuit purus homo æqualis cuin Mahometo, vel Britānus, vel Sueuus affirmet credidiſſe quod in Euchariſtia non adeſt verè, & realiter Chriſti corpus; quod vtique talis cōfeſſio extraiudicialis in Iudicio dictę Inquiſitionis adducta, & probata per dictos teſtes omni exceptione maiores, & qui habeant omnia requiſita plenè probat etiam quoad pœnam ordinariam, quæ imponi ſolet hæreticis, quæ ſententia an rigoroſa ſit, aliorum remitto iudicio.

19 Ducor quia, cum hoc delictum ex eo quod ſit internum, maiorem probationem, quam propriam oris confeſſionem habere non poſſit, & alioqui alia adminicula illam confirmantia reperiantur; quod talis confeſſio quamuis extraiudicialis, eſt omnino ſufficiens ad plenam probationem. Adde quod ſi intrinſeca principia indagemus (quod valde notatu dignum eſt) quare confeſſio extraiudicialis plenam non efficiat probationem: Ratio ea mihi videtur eſſe (cum alioqui nulla detur maior probatio, quam propria oris confeſſio) vt bene no-
20 tatur *in lucerna Inquiſitorum in annotatione verbo confeſſio*, vbi dicitur neque enim vlla clarior, aut efficacior probatio inuenitur, vt *per Pennam* ibi, quia ſcilicet in alijs præter hæreſim delictis poteſt reperiri aliqua iactātia, qua moueatur aliquis ad ſua crimina pandenda: atque adeo non ita eueniſſe in rei veritate vt ille ſe iactat, vt ſexcentis exēplis probari poſſet: in delicto vero hæreſis nulla mihi videtur huiuſmodi ratio aſſignari poſſe; quandoquidem nulla huiuſmodi iactantia, aut ſimilis ratio afferri poteſt quare ſaltem apud Catholicos quis ſe iactet in hæreſi aliquando fuiſſe; & dico apud Catholicos appoſitè; nā
21 ſi talis cōfeſſio accideret apud Hęreticos, vtique poſſet vel ſupradictam exceptionem, vel aliquam aliam ſimilem pati; niſi id efficiat ad alliciendos alios ad ſimilem hęreſim, quod præter hæreſim pertinaciam, & quod velit magiſter errorum euadere, oſtenderet; vnde non eſt quare huiuſmodi confeſſio plena probatio non debeat exiſtimari. Et confirmatur hæc doctrina. nam non videtur adduci poſſe diſparitas inter hos duos caſus; nēpe ſi quis ante duos, vel tres teſtes
22 diceret ſe non credere quod ſub ſpeciebus panis, & vini conſecratis ſit vera, & realis præſentia Chriſti Domini, vel diceret quod anno præterito non credebat quod ſub talibus ſpeciebus eſſet vera, & realis Chriſti Domini præſentia, niſi quod in primo caſu oſtendit perſeuerantiam, & pertinaciam in ſtatu præſenti, quam non oſtendit in ſecundo: quod non tollit plenam probatio-

bationem. Aduertendum tamen quod non loquimur de hæreſi pure mentali; ſed de ea quæ in actum externum ſufficienter exierit.

Et confirmat manifeſtè *Albertinus* hanc noſtram doctrinam *in trac. de agnoſc. aſſer. q. 25. nu. 10.* vbi poſtquam oſtendit quod Confeſſio iudicialis abſque alijs teſtibus, & alijs
23 operibus externis in delicto hæreſis ſufficiat ad pœnam, ſubdit: *Et quod dixi vt dicta confeſſio ſit Iudicialis ad hoc vt noceat, vt ex illa poſſit damnari. Idem intelligo in confeſſione extraiudiciali, puta quia confitens dixit ſe credere legi Moyſi, vel non credere legi Euangelicæ, vel credere quod verbum Diuinum non fuit Incarnatum, & huiuſmodi, & hoc teſtibus ipſo negante: talis confeſſio extraiudicialis eorum, quæ conſiſtunt in animo, facit plenam probationem: animus enim probatur quia dixit aliquibus, vt eſt gloſſ. in l. fulcimus §. quid ſit latitare in verb. animus ff. ex quibus cauſis in poſſe. eatur, vt dictus Ang. in l. prima ff. de confeſſis, refert Franc. Ben. in tract. Iudiciorum fol. 3. col. 1. gloſ. in cap. tua nos de ſponſa.* Huc vſque Albertinus: qui quãuis magis videatur loqui in primo caſu quando nimirum de præſenti dicit ſe non credere; tamen eius doctrina debet etiam valere in ſecundo caſu; cum vt diximus non poſſit aſſignari diſparitas, quæ plenam probationem impediat. Plura circa hanc rem vide apud ipſum *loco citat.* vſque *ad num.* 18.

24 Si vero delicta non ſunt pure interna, ſed requirunt ad perfectum delictum actum exteriorem vt in homicidio, adulterio, furto, & ſimilibus; vtique in his caſibus puto dicendum quod confeſsio extraiudicialis etiam plenè probata non faciat plenam probationem; ſed ſolum indicium ad torturam, præſertim vero ſi aliunde conſtet de corpore delicti eo modo, quo iuxta varia delictorum genera de corpore delicti conſtare poteſt, quod ſi nullatenus de corpore delicti conſtaret, nec vllum indicium talis corporis delicti appareret, ægrè deuenirem ad torturam etiam data tali extraiudiciali confeſſione; quare in hoc caſu videtur habere locum quod ſupra ex *Innocẽtio* attuli quod confeſsio extraiudicialis nec ſemiplenè videtur probare, vt ſi quis verbi gratia diceret hominem quẽ-
25 dam occidiſſe; nulla autem Indicia talis occiſionis appareant, ad fatuã iactantiam potius, quam ad caſum torturę reducerem.

Ex dictis regulam generalem habemus pro omnibus delictis, quæ data ſemiplena probatione per torturam plenè probatur, atque adeo hinc infertur deſcendendo ad materiam Bigamiæ, quam præ manibus habemus in Inquiſitione Romana vbi Bigami torquentur ſuper intentione, quod vtique talis confeſsio extraiudicialis ſufficiens eſſet ad torturam.

Sed non mediocris hinc exoritur difficultas ex eo quod diximus quod aliunde conſtare debeat de
27 corpore delicti; nam hoc ipſo quod de corpore delicti conſtat in materia bigamiæ, videtur dari plena probatio; atque adeo videtur caſus fruſtra poni; non enim aliter conſtare poteſt quod ſit commiſſa bigamia; niſi ſimul conſtet quiſnam fuerit qui contraxerit duplex matrimonium; atque adeo non poteſt dari caſus, in quo confeſsio extraiudicialis de bigamia ſit ſufficiens ad torturam in Inquiſitione Romana Regulariter, & in noſtra Inquiſitione quãdo eſſet reiterata bigamia ſed etiam in hoc caſu videtur dicẽdũ quod ſatis eſſet ſi aliquo modo conſtaret, quod illa eadem fęmina; quam confitens extraiudicialiter

dicit

dicit ſibi ſecundo copulaſſe, dicatur ab alijs deluſa, ex eo quod vir repertus ſit cum alia prius contraxiſſe abſque quod deueniatur, ad perfectam cognitionem huiuſmodi iuris,& quod in tali caſu poſſet in dicta Inquiſitione Romana deueniri ad torturam.

Quid autem faciendum ſit in noſtra Inquiſitione, in qua regulariter ad probandam Bigamiam non ſole mus deuenire ad torturam, ſi delictum non plenè probari poſſit vel ex defectu probationum vel quia ita in diſtante regione cõmiſſum fuit; vt veritas haberi non poſsit. in tali caſu puto dicendum quod imponi poſſit ex tali extraiudiciali confeſſione, quæ ad plenam delicti proba tionem reduci non poſsit (quamuis ipſa plene ſit probata) aliqua leuior pœna, illa, quæ imponi ſolet ſimilibus delictis plenè probatis; quod etiam valet in caſu ſollicitationis.

28 Ducor ex ſuprapoſita doctrina *dicto cap. quam ſit graue*, per quam diximus confitentem clericum, ſe vel ſtupraſſe virginem, vel adulterium commiſiſſe, pœna extraordinaria punitum fuiſſe priuationis beneficij.

Patitur etiam hæc doctrina de confeſsione extraiudiciali ſuam exceptionem in Strigimagis, in quibus per difficilis eſt probatio corporis delicti, ſæpe enim deluduntur,& per ſomnia ariete vin detur ſibi equitare, & ad Beneuenti nucem, & ad

29 ſimilia turpiſſima loca delatæ eſſe; quare vt ſibi ſomnia fingunt,ita mirum non eſt quod ſe de talibus iactent, quæ reuera nunquam effecerunt,Et quamuis talis iactantia grauiter punibilis eſſet eo quod eſſet de tam enormibus delictis; tamen ſuas patitur exceptiones, vel quod Dęmonis opera; ſicut eſſe cum alijs magiſtrigis apparent; ita etiam poſſent deluſorie apparere quod ſe iactent; vel ſaltem quod reuera non poſsit conſtare de corpore delicti; quandoquidem per huiuſmodi teſtes a dæmonibus frequenter deluſos facilè elici veritas non poteſt; quia difficillimum eſt probare,cum quis teſtificatus eſt fuiſſe in comitijs, ſeu quod vernaculo idiomate dicimus, *Aquelarre*, tali nocte,ſi ipſa nocte probat ſe fuiſse domi cum familia, &c. quia ſi fiſcalis dicat quod ille,qui comparuit in comitijs erat verus N.& ille qui viſus eadem hora fuit domi erat ſpectrum, quod Diabolus ad decipiendum, & veritatem occultandam ſuppoſuit,tunc retorquet Reus in ſui fauorẽ, quod ille, qui vt probãt teſtes erat domi, fuit verus N. & ille qui comparuit in tali loco, de quo teſtes deponũt erat ſpectrum à Dœmone patre mendacij ad denigrandam famam

30 illius ex aere formatum, & ita reddi tur ambigua probatio, vt in dubio præcisè reus veniat liberandus iuxta diſpoſitum *in l. duo ſunt Titij ff. de teſtament. tutela.* quod adſtrigarum materiam valdè notandum eſt.

Cæterum illa propoſitio vniuerſalis,quatenus diximus quod extraiudicialis confeſsio non facit plenam probationem ſuas habet limitationes ex communi DD. conſenſu. Et prima limitatio eſt vt ſupra innuimus,niſi dicta confeſsio fuerit geminata, vel pluries facta extra iu-

31 dicium,quod habetur *ex cap. ſi cautio de fide inſtru.* & per *Abb. in cap. veniens el ſecundo de Teſtibus*, quod plenè etiam probat quamuis non geminata ſi ſit iurata, eſt dictum Abbatis *in cap. cum contingat extra de Iureiurando.* Et notatur *in Repertorio Inquiſitorum dicto verbo cõfeſ-*

32 *ſio*, quod confeſsio extra Iudicium geminata præiudicat, & etiam ſi non ſit geminata, quando iurat extra iudicium tale eſse verum,vel iurat tali debere centum, quos duos

caſus

caſus *ponit Bart. in l. cum ſcimus C. de agr. & cenſi. lib. 11. & Abbas in cap. ſi cautio de fide inſtrum. à ſimili ibi de non num. pec.*

Secunda limitatio ſit quod quoties talis extraiudicialis Confeſsio fuerit coram aliqua perſona publica; quæ poſset nomine fiſci acceptare confeſsionem. nam in tali caſu 33 plenam redderet probationem. ita *Butrius in cap. Inquiſitionem nu. 28. de elect. Felin. in cap. olim num 6. de reſcript.* vbi etiam addit quod eodē pacto faceret plenam fidem ſi talis confeſsio fieret coram magna quātitate perſonarum; tranſit enim in notorium, 34 ducitur autem auctoritate *Butrij dicto cap. per Inquiſitionem, & in cap. veſtra col. 43. de cohabit. cler. & mulier.* Et idem dicitur ſi confeſsio fieret corā Sacerdote, & aliquibus alijs teſtibus, nam talis confitēs haberetur publicus Reus confeſsi criminis. 35 ita *Abbas conſ. 2. numero 2. volum. 2. Souſa conſ. 127. numer. 23. volumin. 3. Viu. deciſ. 149. Baiard. ad Clarum quæſtione 55. numero. 3.* Et ſi confeſsio fiat in ſupplicatione porrecta Principi etiam abſente parte, plenè probat, etiamſi ſit extraiudicialis 36 *ex dicto cap. per Inquiſitionem* & ibi *Io. Andreas, Innoc. & Abb. de elect. & in cap. fin. de confeſſ. Iaſon in l. cum te tranſegiſſe num. 12. ff. de tranſact. Cacher. deciſ. Pedem. 138. & hoc per text. l. cum precum C. de liber. cau. & l. 2. vbi DD. Cod. de Inſtit. & ſubſt.*

37 Sit tertia limitatio quod ſi talis extraiudicialis confeſsio ſit veriſimilitudinibus fulcita, faciat plenā probationem, non ſolum indicium ad torturam, ita *Tiraquell. in l. ſi vnquam num. 14. C. de reuocand. donat. Carr. in l. obſeruare num. 165. Marſil. l. de minore num. 52. ff. de quæſt. & in conſ. 116. nu. 13.*

Plures limitationes, ampliationes, & explicationes vide apud citatos Auctores præſertim vero apud *Albertinum dicta quæſtion. 25. Repertorium Inquiſitorum dicto. ver. cōfeſſio, & Hectorem Guidum dicto cap. 4. par. 2. de confeſſ. extraiud. & D. Canteram loco citato.*

QVAESTIO DECIMA-SEXTA.

Citatus ab Epiſcopo, & Inquiſitore eodem tempore in hoc delicto, & alijs in cauſis fidei coram quo comparere tenetur, & de obligatione quam habēt Iudices ſæculares concedendi reos in brachijs curę detētos ad requiſitionem Inquiſitorum.

SVMMARIVM.

1 *MVnus creandi Inquiſitores in Regnis Hiſpaniarum pertinent a D. Inquiſitorem generalem ex conceſſione Summorum Pontificum.*

2 *Inquiſitores a Summo Pontifice poteſtatem accipiunt.*

3 *Pontifex quamuis a Cardinalibus eligatur non eorum vices ſed Chriſti gerit.*

4 *Iudices delegati ſunt maiores quocumque ordinario.*

5 *Capti per alios Iudices ſi de Hereſi ſint delati debēt Inquiſitoribus remitti.*

6 *Hæreſis crimen grauius eſt ratione obiecti.*

7 *Pontifex maior eſt omnibus Principibus.*

8 *Expenditur l. contra §. is qui ff. de re iud.*

9 *Non ſolum executio ſed proceſſus ſuſpendendus eſt.*

10 *Expenditur l. ſi cui §. cum ſacrilegium ff. de accuſator.*

11 *Leges ciuiles Romanorum in negotijs fidei non debent in conſequentiam trahi.*

12 *In Hiſpania, & Sicilia reus pro cauſis fidei poſtulatus ab Inquiſ. a Iudicib. ſæcularibus remittitur incontinenti.*

13 *Literæ Regiæ hoc idem præcipiunt.*

14 *Si Iudices renuiſſent reos Inquiſitoribus exhibere incurrerent pœnas C. ſtatutum de Her. in 6.*

15 *Decretum Sanctiſſimi Pij V. in hac materia refertur.*

16 *Capitulum concordiæ inter Inquiſitores, & Iudices regios in hac materia diſponens antequam in lucem prodierit correctum fuit.*

1 QVamuis creandi, ſeu aſſumẽdi Inquiſitores prouinciales munus. Per conceſſionem a *Sixto v. Iulio iij. Clemente vij. & Paulo iij.* factam ad inſtantiam Catholici Monarchæ, Domino Inquiſitori Generali competat in Regnis, & Dominijs Hiſpaniarum auctoritatem tamen ius dicendi in iſtis hæreſis cauſis à Summo Pontifice, cuius delegati ſunt habent, ſicut ipſemet Vicarius Chriſti, erſi à
2 Cardinalibus eligatur, qui Eccleſię militantis in hoc perſonam agunt, non gerit Cardinalium nec Eccleſiæ vicem, quaſi ab illa auctoritatẽ nactus, ſed quaſi Chriſti Vicarius, cuius vice fungitur; cum igitur Inquiſitores Apoſtolici delegati ſint,
3 quod dicit *cap. ne aliqui c. accuſatus §. ſanè, c. vt officium c. per hoc de hæret. in 6.* ſi contingat, quem ſimul ab eis, & ab Epiſcopo citari prius coram Inquiſitoribus vt maioribus Iudicibus ſui copiam facere debet. ita
4 *Aeymenicus in directo. Inquiſito. in 3. part. quæſt. 5. Specula. in tit. de citatio. §. 1. nu. 13. verſic. Item quod vocatus Soci. de citatio. art. 5. nu. 31. 32. & Latius art. 21. nu. 7. Guid. Papa in deciſ. 444. Abb. in rep. §. quia vero C. extirpande de præben. nu. 6. Bald. Alex. & Iaſ. in l. 2. §. 1. ff. ſiquis cautio. Roma. conſ. 47. Alciat. lib. 2. Parado. cap. 12. & eſt pro eis l. contra pupillum §. 1. ff. de re iud.* Et eriã tenuerunt *D. Simãcas Paramus, & Azorius Citati à Diana tract. 8. de offit. & Poteſt. Inquiſit. Reſ. 47.* qui etiam citat *Rojas* contrarium in merito tenentem, & Molinam in ambiguam partem claudicantem. eã melius omnibus tractat quæſtionem *Zanardus in director. Theol. p. 2. cap. 1. q. 13.* ab ipſo Diana ad longum ibi relatus. ſed quamuis hi auctores de Hereſi in generali loquantur de Bigamiæ delicto à fortiori intelligendum eſt, quia quamuis ſit mixti fori cum alij Eccleſiaſticis Iudicibus. Inquiſitores in his cauſis ſunt maiores quocunque ordinario iuxta vulgata Iura a nobis ſupra tradita, & ita bene vt ſui moris eſt, aduertit *Souſa in aphoriſmis Inquiſit. f. 1. cap. 2. num. 15.* Hinc infertur ratio ad ordinariam quæſtionem an capti per alios Iudices ex
5 alio crimine, ſi de hęreſi ſint delati, debeant ſtatim Inquiſitoribus eos poſtulantibus remitti, in qua duo conſtituo membra primo an executio ratione aliorum criminum ſit ſuſpendenda quouſque de hæreſis crimine cognoſcatur, & ex ſupradictis dicendum eſt quod cum hæreſis cri
6 men grauius ſit ratione obiecti quibuſcunque alijs etiam læſæ Maieſtatis, cum grauius ſit Diuinam, quam humanam lædere Maieſtatem, & Inquiſitores Summi Pontificis perſonam gerant, cuius tribunal omnia alia præcedit, cum ipſe ſit Chriſti Vicarius, & ſic omnibus Principi-
7 bus maior *c. ſolitè de maior. & obed. c. 2. de re. iud. in 6. c. duo ſunt 96. diſtinc.* cauſa coram eis prius agenda eſt, quã executio fiat per alios Iudices ex alijs criminibus quod videtur de mente *l. contra §. is qui ff. de re iudic.* inquit enim Paulus Iuriſconſultus
8 *is qui ad maius auditorium vocatus eſt, ſi litem inchoatam deſeruit, contumax non videtur*, & ibi hoc firmant *Bart. Bald. & Paul. de Caſtro, Aber.*

Ang. & Roma. latè in l. non exigimus §. si quis municipalis ff. si quis caut. Bar. in l. siquis seruus §. qui exhibendi nu. 2. ff. de cusio. reo. Innoc. Hosti. & Abb. num. 8. Deci. eodem nu. 8. in cap. cum parati de appell. & quod cum hæresis crimen inter grauissima primum obtineat locum, inferiorum executionem impediet notat *Bart. in d. §. qui exhibendi num. 5.* quem refert, & sequitur *Feli. in c. quærenti num. 6. de off. deleg.* Secundum membrum est an non solum executio, sed & processus sint suspendendi, parte negatiuam videtur probare *l. sicui*
9 *§. cum sacrilegium ff. de accusat.* ibi *cum sacrilegium admissum esset in aliqua prouincia, deinde in alia minus crimen. Diuus Pius Pontio proconsuli rescripsit posiquam cognouerit de crimine in sua prouincia admisso vt reum in eam prouinciam remitteret, vbi sacrilegium admisit*, ex quibus verbis satis constat Iudicem debere prius suum expedire processum, quam reum etiam pro maiori crimine ad Iudicem alterum remittere; sed quamuis prædicta lex adsit non debet in his negotijs locum habere cum satis absurdum, & indecens fuisset, quo vel Vlpianus eiusdem legis auctor gentilis Fidei causis enormam preberet eo magis cum tam in primo, quam in secun-
12 do casu saltem in Hispania, & in hoc Siciliæ Regno deferendo Sancto Inquisitionis officio grauitatique criminis hæresis, statim quod delatus de hæresis crimine postulatur, suspensis cæteris causis, mittitur Inquisitoribus, quod pro causis Iamiarum Regijs litteris est præceptum datis Pinciæ calendis Octobris anni 1549. quas inuenies in
13 furo Cattaloniæ, si aliter fieret, Iudices non euaderent pœnas *C. statutum de hæret. in 6.* Sanctusque noster
14 *Papa Pius V.* volés vberius huic prouidere damno solemne edidit præceptum, cuius verba referam prout habentur in Codice litterarum constitutionum, & decretorum eiusdem Pontificis, quas in vnum volumen typis Romæ tradidit *Horatius Bladius anno Domini* 1572. estque mihi *pag.* 266. tenoris sequentis.

15 *Sanctissimus D. N. D. Pius diuina prouidentia Papa V. statuit, decreuit, & ordinauit, ac mandauit, vt negotia fidei omnibus, & singulis alijs præferantur, cum fides sit substantia, & fundamentum Christianæ Religionis; idcirco omnibus, & singulis almæ vrbis, eiusque districtus Gubernatori Senatori, Vicario, & Cameræ Apostolicæ Auditori, & quibuscumque alijs legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus Prouinciarum, & Terrarum suæ Sanctitatis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediatè, & immediatè subiectarum, ac eorum locum tenentibus officialibus Baricellis, & alijs ministris, nec non alijs locorum ordinarijs, cæteris que Magistratibus, & officialibus, ac cuiuscuis conditionis, & status hominibus in omnibus, & singulis terris, oppidis, & Ciuitatibus, ac in tota Rep. Christiana existentibus sub excommunicationis latæ sententiæ, ac indignationis suæ Sanctitatis, & alijs arbitrio Suæ Sanctitatis, & Illustrissimorum, ac Reuerendissimorũ DD. Cardinalitũ Inquisitorum Generalium imponendis & exequendis pœnis, vt eisdem Cardinalibus Inquisitoribus, ac eorum præceptis, & mandatis in quibuscumque Officium Sanctæ Inquisitionis huiusmodi concernentibus pareant, & obediant, Reges vero, Duces, Comites, Barones, & quosuis alios Principes sæculares in Dei nomine rogauit, vt eisdem Cardinalibus, Inquisitoribus, eorumque officialibus faueant, auxiliumque prebeant, & à suis Magistratibus subditis auxilium præberi faciant in negotijs ad dictum officium spectantibus; nec non carceratos quoscunque*

cunque pro quibuſuis delictis, & debitis etiam atrocibus apud dictum Inquiſitionis officium quomodolibet delatos, vel denunciatos, ſuſpenſa aliorum criminum inferiorum cognitione, ad eoſdem Cardinales, & Inquiſitionis carceres, ibidemque ad criminis hæreſis totaliter cognitionem, & expeditionem retinendos, & poſtea ad eoſdem Officiales pro aliorum criminũ expeditione remittendos ſine mora tranſmittat.

16 Placuit ad longum inſerere Sanctiſſimi Pontificis decretum, vt ſciant Iudices ſæculares non ex gratia, ſed ex iuſtitia noſtrum in hoc ius prouenire, & forte nouum, nouiſſimæ concordiæ anni 1635. caput minime in lucem proditum fuiſſet, ſi de hoc decreto meminiſſent, eo magis quia nondum publicatum, neceſſe fuit illud in parte ab ipſis Proceribus reformari, ſed quia de hac materia in præſenti mihi animus non eſt diſerere in opportunum tempus libenter omitto.

QVAESTIO DECIMA SEPTIMA.

Qualiter ſint ſuſpecti Clerici ſacris ordinibus initiati, & per vota Religioſa profeſſi, matrimoniom ineuntes.

SVMMARIVM.

1 *SAcerdos vel Religioſus contrahẽs matrimonium etiam cum vnica & virgine Bigamus eſt.*

2 *Incurritur in Bigamia ſimilitudinaria ob affectum ad dupplex matrimonium.*

3 *Etiam ſi cum vnica, & Virgine contrahatur.*

4 *Sacerdos aſſerens ſibi licere matrimonium, vel concubitum ex prætextu diuinæ reuelationis de Hæreſi luteranorum, & illuminatorum ſuſpectus eſt.*

5 *Referuntur caſus ſucceſſi in quibuſdã Hiſpaniæ ciuitatibus.*

6 *Aſſerere religioſum, vel Sacerdotem poſſe matrimonium contrahere eſt propoſitio hæretica.*

7 *Et qui de facto contraxit eſt ſuſpectus de Hæreſi.*

8 *Sententia D. Simancas affertur.*

9 *Decreta definientia, quod matrimonium ſubſequens poſt ſolemnem profeſſionem ſit irritum.*

10 *Sanctorum Patrum ſententiæ id confirmantes.*

11 *Sacros ordines ſuſcipiens tenetur in poſterum contineri.*

12 *Sacerdotes Græci poſſunt ad ſacros ordines poſt matrimonium aſcendere, & matrimonio antea celebrato vti.*

13 *Ordines Sacri matrimonium poſtea initum dirimunt.*

14 *Verius eſt nunquam licuiſſe, nec Græcis, nec latinis poſt ſacros ordines ad matrimonium aſcendere.*

15 *Aliqui ſenſerunt olim licuiſſe Græcis poſt ſacros ordines ſuſceptos ad matrimonium tranſire, ſed malè.*

16 *Factum Sancti Malchi refertur.*

17 *Reſoluitur quod nullum matrimoniũ interuenit inter virum, & fœminam illam.*

18 *Qualiter ſint ſuſpecti in fide Sacerdotes, vel religioſi ad nuptiam tranſeuntes.*

19 *Diſtinctio illa an publicè, vel ſecretò tales contrahant reijcienda eſt.*

20 *Referuntur auctores, qui tenent Inquiſitores poſſe contra tales procedere ſi publicè contrahant, & non aliter.*

21 *Referuntur qui contrarium, & melius tenent.*

22 *Religioſi Societatis Ieſu, qui matrimonium contrahunt in eadem ſuſpicione incurrunt.*

23 *Referuntur auctores contrarium tenentes.*

24 *Vota ſimplicia conſtituunt veros religioſos in ſocietate.*

25 *Quid ſufficiat ad conſtituendam verã religionem.*

26 *Obiectionibus auctorum qui tenent nõ eſſe veram religionem votis ſimplicibus ſtabilitam ſatisfit.*

27 *Auctoritatibus Sanchez, & Bellarmini confirmatur ſententia.*

28 *Mitius tractandum cum talibus religioſis vota ſolemnia non emittentibus.*

VT appareat quo pacto hæc quæſtio in noſtram tractationem cadat oportet recolore quæ ſupradiximus *in primo libro quæſt.* 3. adducentes tertiam ſpeciem bigamiæ ſimilitudinariæ; nempe quod huiuſmodi bigamiam ſimilitudinariam contrahit ille, qui ſacris initiatus, aut per vota religioſa profeſſus, matrimonium contrahit, & conſũmat etiam cum vnica, & virgine. idque probauimus quoad conſtitutũ in ſacris *ex cap.* 1. qui clerici, vel vouentes, & quoad profeſſum per vota Religioſa *ex cap. quotquot* 27. *qu.* 1. *quod eſt ex Synodo Ancyrana cap.* 18 ſecundum communem DD. intelligentiam.

1

Et Ratio eſt, ſatis ad rem noſtrã faciens, huius bigamiæ ſimilitudinariæ; quia nimirum tum in ſacris conſtitutus, tum per vota Religioſa profeſſi videntur ſimilitudinarium matrimonium inire cum Chriſto per votum ſolemne: quare ſi deinde

2

matrimonium carnale contrahant, opere ſubſecuto per copulam, omnino videntur bigamiam incurrere propter affectum ad duplex matrimonium. Et hanc rationem adducit *Sanchez lib.* 7. *de matrim. diſput.* 83. *num.* 5. vbi poſtquam numeris præcedentibus varias adducit ſententias quoad clericum contrahentem cum virgine an dici poſſit Biga-

3

mus; nam de contrahente cum vidua, & cum illa conſummante nulla eſt dubitatio; expreſsè enim decidi-

4

tur *cap. finali de bigamis.* tandem cõcludit, quod etiam contrahens cum virgine, & cum illa conſummans dicatur bigamus ſimilitudinarius propter rationem dictam.

Exordiar hãc Quęſtionẽ ab ea doctrina, quã ponit doctus, & nobilis amicus meus *Petrus Hurtadus de Mendoza Societatis Ieſu in primo volum. de fide diſp.* 81. *ſect.* 5. §. 32. vbi ait; *quod Sacerdos aſſerens ſibi licere matrimonium, vel pollutionem, aut concubitum cum muliere non ſua ex prætextu Diuinæ reuelationis, vehementer oſtendit ſe eſſe de hæreticis illuminatis, qui omnem libidinem ſibi aſſeruerunt eſſe præceptam, oſtendit ſe eſſe Lutheranum, rem conſtituens in proprio ſpiritu cuiuſq; Sapit aliorũ hæreſim, aſſerẽtiũ nullũ eſſe peccatũ.* Huc vſque Hurtadus: quam doctrinam videtur adduxiſſe ex eo quod accidit in quadam Ciuitate Hiſpaniæ: in qua quidam Religioſus cuiuſdã mulierculæ amore flagrans, cum ad ſuam libidinem eam pertrahere minimè potuiſſet (erat enim mulier tunc temporis timoratæ conſcientiæ) prætextu Diuinæ diſpenſationis; eam ſibi in vxorem concedentis; quod impudicis ſuaſionibus conſequi non valuit; fucata ſanctitatis ſimulatione, ab incauta fœmina obtinuit. Hinc Religioſus ille; cum ad Tribunal Sanctiſſimæ Inquiſitionis res deueniſſet; ſecretis ipſius Inquiſitionis carceribus incluſus fuit; in quibus cum in grauiſſimum morbum incidiſſet; cũ quaſi animam ageret; ſuæ Religionis domum perductus, euidentiſſimis ſuæ pœnitentiæ; & contritionis emiſſis ſignis exhalauit animã, quicquid in contrarium aliqui non benè affecti comminiſcantur, & in vulgo ſuſcitent. Sed ego ſapientibus loquor, & de certa ſcientia cõteſtor: alius caſus miſerandæ memoriæ euenit in Inquiſitione valli

5

ſole-

ſoletana anno 1624. cuiuſdam Sacerdotis, cui nomen erat Ioannes de Gauana, qui alterius mulierculę illecebris illuſus talia deliramenta ſibi perſuaſit vt in carceribus nihil perſonarum Religioſarum in eum conuertendum laboribus iuuantibus: in ſuo errore pertinax eſſ auerit animam. cuius oſſa in publico ſpectaculo relaxata fuerunt, & in puluerem redacta.

In quo facto ſupra enarrato, luthe ranam hæreſim eſt agnoſcere non ob eam ſolum rationem, quam ponit citatus Hurtadus in eo, quod rem conſtituit in proprio ſpiritu cuiuſque; ſed etiam ob illam aliam, quæ magis facit ad rem noſtram, quia Sacerdos, & Religioſus cum eſſet, noluit matrimonium celebra re; quod quia non benè ſonabat apud Catholicas aures; voluit illo Diuinæ diſpenſationis prætextu, conſonum, & conueniens monſtrare; In eo ergo quod Sacerdos cum eſſet; quantum eſt ex ſe matrimonium celebrauit abſque Diuina diſpẽſatione, quam adeſſe ſimulauit; videtur citra dubium facto ſuo; vitam Lutheranorum imitatus; qui concedunt poſſe Sacerdotem matrimonia inire; & quamuis ipſe non dixerit; quod poſſit Sacerdos matrimonia celebrare ita abſolutè; in quo hæreſis lutherana expreſſa fuiſſet; ſed cum illo addito, Diuinæ diſpenſationis; attamen quia reuera non fuit talis diſpenſatio, & de facto celebrauit matrimonium; & de facto induxit mulierem ad celebrandum; ſaltem quantum ex parte ſua factum poſuit a ſuſpicione luthe ranæ hæreſis non abſolutum.

Et quod talis clericus, vel Religioſus contrahens matrimonium; ſit ſuſpectus de hæreſi lutherana dicit *Cantera in quæſt. criminal. pagin.* 6 433. quod ipſe probat ex eo quod dicere Religioſum profeſſum, vel clericum in ſacris poſſe matrimonium contrahere, dicit hæreſim, & eſt propoſitio hæretica, vt definitur in *Concilio Trident. Seſſ. 24. in materia matrim. c. 9.* vnde rectè ipſe infert quod qui de facto cõtraxit, eſt 7 ſuſpectus de illa hæreſi, & refert *Alphonſum à Caſtro in tract. aduerſus omnes hæreſes, verbo monachatus* afferentem multa concilia eam hæreſim condemnantia. Et quod hoc delictum cognoſcatur in officio Sãctæ Inquiſitionis cõfirmat ex *Bald. in l. nemo C. de ſumma Trinit. & fide Cathol.* quando tractat de illa quæſtione quis peccet magis qui peccat clam, an qui peccat palam: & idem ipſe *Cantera* afferit ibidem paulo poſt, vbi referens *Albertinum in aſſert. Cathol. quæſt. 22. numer. 38.* dicentem quod eſſet hæreticus affirmans poſſe contrahere matrimonium: ſtatim addit hæc verba; *ſed hic non tractamus nisi quando quis contraxit, & ex contractu eſſet ſuſpectus de hæreſi.* Et confirmat *Simanchas de cath o. Inſtit. tit. 40. rubr. de matr. nu. 10.* vbi ait quod *Inquiſitores pote unt cognoſcere hoc delictum monachi etiam occultè contrahentis matrimonium · præſertim vero his tẽporibus, poſtquam impius, & impurus Lutherus palam docere nõ erubuit licere monachis omnibus etiam cum virginibus Deo dicatis liberè matrimonium contrahere, quod & ipſe apoſtata publicè perpetrauit: ſanctimoniali, quam miſeram ſecum traxit in perditionem, inceſta copulatus libidini, quem non puduit frequenter aſſerere æquè non eſſe arbitrij ſui, vt ſe ſeruaret ab vſu, & commiſtione fœminæ, quam non erat arbitrij ſui mas eſſet, an fœmina. Ex quo pari abſurditate colligere ſolebat votum caſtitatis eſſe impoſſibile.* Hæc eruditiſſimè Simancas.

8 Et quidem alia concilia præter Tridentinum iam citatum definiẽtia

tia, quod matrimonium ſubſequēs ſolemnem Religionis profeſſionem ſit irritum affert *Sanchez lib. 7. de*
9 *matrim. diſput. 26. numer. 1.* vbi ait quod ita definitum eſt *in Concilio Toletano 1. cap. 16. & Tolet. 4. Can. 51. Chalcedonenſi Can. 16.* vbi habetur, vt refert *Bellarm. lib. vnic. de matrim. cap. 21. virginem, quæ ſe Domino conſecrauit, ſimiliter, & monachum non licere nuptialia iura contrahere: quod ſi hoc inuenti fuerint perpetrantes, excommunicentur*; quod Concilium, vt idemmet Bellarminius animaduertit; celebratum fuit ante annos 1100. *Foroiulienſe can. 2. Turonic. 2. can. 16. Tribur. can. 23.* affert etiam Pontifices idem ſtatu-
10 entes, nempe *Siricium Epiſt. 1. ca. 6.* vbi vt ait *Bellarm. lib. vnic. de matr. cap. 5.* reprehendit Monachos, & Sacerdotes, qui illicitis nuptijs implicari volebant, quibus ex Apoſtolica doctrina coniugia interdicta eſſe noſcuntur; ac de ijs dicit, *qui in carne ſunt Deo placere non poſſunt. Innoc. I. epiſt. 2. ca. 12. & 13. Gelaſ. 1. epiſt. 1. cap. 22. & 23. Gregor. 1. lib. 1. epiſt. 40. Alex. 3.* & refertur *cap. meminimus, qui cler. vel vou. Innoc. 3.* & refertur *cap. fin. eodem tit. Bonif. 8.* & refertur *c. vnico de voto in 6.* & denique idem confirmat ex Patribus ſcilicet *ex D. Cypriano lib. 1. epiſtol. 11. ad Pomponium, D. Baſilio lib. de virginitate paulo vltra mediū, D. Ambroſio lib. ad Virginem lapſam ca. 6. D. Chryſoſt. epiſt. 6. ad Theodor. D. Hieronymo lib. 1. ad Iouinian. & denique ex Bellarm. in ſuis controuerſijs lib. 2. de monach. à ca. 22.* vbi latiſſimè inuehitur confutans eorum rationibus aduerſus hæreticos ſui temporis.

Et quod ſacros ordines quod ſcilicet ijs continentia ſit annexa; ita vt in illos ſponte ſuſcipiens, tene-
11 atur in poſterum continere, idque conuenientiſſimum eſſe, vt fides Catholica eſt, docet idem *Sanchez lib. 7. diſp. 27. num. 2.* vbi ait quod ita definitum eſt *ca. rurſus qui cler. vel vou. c. 2. de cler. coniug. clem. vnica de conſangu. cap. ſi quis eorum*, quod eſt *ex 6 ſynodo cap. 16. & cap. erubeſcāt*, quod eſt *ex D. Greg. ad Dominum Patriarcham diſt. 32.* & multis alijs textibus; quos *nu. ſequ.* adducit præter ſupra iam allatum ex Cantera. Dummodo hæc differentia ponatur inter Græcos, & Latinos ſacris ordinibus conſtitutos, vt illi poſſunt ad ſacros ordines poſt matrimonium aſcendere, & matrimonio
12 antea celebrato vti, dummodo ab actibus venereis eo tempore abſtineant, quo vel lege, vel conſuetudine debent altari deſeruire, quod Latinis non licet, & quod ordines
13 ſacri matrimonium poſtea initum, dirimant, docet de nouo item *Sanchez* quod ſit veritas catholica *diſp. 28. eiuſdem lib. 7. num. 2.* vbi alias affert auctoritates.

14 Quod ſi quæras an vnquam conceſſum fuerit, quod in ſacris ordinibus conſtituti, matrimonium celebrarent. Reſpondetur verius eſſe quod nunquam id licuerit neque Græcis, neque latinis. Et quoad Græcos habetur *ex c. ſi quis eorum diſt. 32. ex 6.* Synodo generali; vbi habetur, quod ſiquis eorum, qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari: hoc ante ordinationem ſubdiaconatus faciat. Et dixi verius quidem eſſe, quod
15 neque Græcis in ſacris conſtitutis licuerit, matrimonium celebrare. quia non deſunt qui exiſtiment, olim licuiſſe Græcis huiuſmodi poſt ſuſceptos ordines matrimonia inire. Et ita tenet *Anguſtinus Barboſa qui in cap. Diaconi diſt. 28.* ait, *ex hoc textu, conſtare, olim omnibus abſolutè apud Græcos in ordinatione datam optionem, an vellent profiteri caſtitatem, qua profeſſione emiſſa, prohi-*

hibebantur deinde, ne amplius coniugia celebrarent; neue celebratis vterẽtur: quod ſi nollent continentiam profiteri, poterant vxores ducere vel matrimonijs antea celebratis vti. quam ſententiam ipſe tenet communiorem, & receptiorem, & pro illa citat *Riccardum, Scotum, Paludanũ, Thomam de Argentin. Sotum, Caiet. Petrum Sotum, Quintanam.* Sed pro noſtra ſententia quam veriorem puto, vt dixi non deſunt auctores, *Sãchez de matr. lib. 7. diſput. 28. num. 7. verſ. ad quintum. Azor. inſt. moral. p. 1. lib. 13. cap. 12. quæſt. 4.* Qui reſpõdent ad hunc textum, eum intelligẽdum eſſe in eo caſu procedere; ſi proteſtati fuerint, ſe velle vxores habere ideſt, velle ſe vti vxoribus, quas ante ordines ſuſceptos duxerant, illa aut verba huius capitis: *Si poſtea ad nuptias venerint*: explicãt hoc pacto ideſt, ſi nuptijs ante cõtractis vti voluerint. Alias reſponſiones adhunc textum pro noſtra ſententia ex *Archid. Turrecrem. & Gemin.* in præſenti, *& Balſamon. in comment. ſuper Concilium Ancyranum* vide apud ipſum *Barboſam loco citato.* Quoad latinos vero conſtat *ex cap. ſunt quidam, & cap. Præſbyteris 27. qu. 1. & cap. decernimus diſt. 28. & cap. lectores diſt. 32.* nam id prohibitum fuit ab initio naſcentis Eccleſiæ, vt habetur *ex Can. 27. Apoſtol.* ibi. *qui ad clerum prouecti ſunt, præcipimus vt ſi voluerint vxores accipiant, ſed Lectores, & Cantores tantummodo.*

Obijcies cum aliquibus; quod benè videtur poſſe probari, quod poſſit monachus matrimonium celebrare ex facto Sancti Melchi, qui vt refert D. Hieronymus in eius vita; poſtea quam multos annos monachus fuerat, vxorem duxit, & cum ea vſque ad finem vitæ permanſit.
16 Nam reſpondetur ex *Bellarmin. lib. vnic. de matrim. cap. 21.* nullum coniugium interueniſſe inter S. Melchum, & eam fœminam, quam ille coactus finxit ſe in vxorem ducere: ſiquidem illa virum habebat viuentem, quando à Domino ſuo nubere Melcho cogebatur: ſolũ ergo quædam sãcta ſocietas inter eos fuit ſub
17 nomine nuptiarum: non vero coniugium.

Viſo iam quam multis Concilijs Pontificijs Conſtitutionibus, & Patribus damnata ſupradicta hæreſis fuerit, & ab ipſo initio naſcentis Eccleſiæ reprobata. Redeo nunc ad oſtendendam latius ex Auctoribus ſuſpicionem; quam incurrit huiuſmodi clericus in ſacris conſtitutus, vel profeſſus in Religione matrimonium contrahens, & ita habet *Ioan. Rojas ſingul. 98. num. 5.* loquens tantum de profeſſo, & ibidem *num. 6.* loquitur de clerico in ſacris conſtituto citans *Iacob. ſepti. in Inſtit. Cathol. cap. 40. num. 2.* & ita etiam *Souſa in aphoriſ. lib. 1. cap. 8. numero. 16.* ait *Religioſus. aut clericus ſiue dimiſſo*
18 *habitu, ſiue retento, qui vxorem ducit Apoſtata iudicatur, puniturque ab Inquiſitoribus, vt de fide ſuſpectus, ſiue publicè, ſiue ſecretè contraxerit,* & refert *Decianum erim. lib. 5. cap. 70. nu. 3. & cap. 71. num. 5. & Farinac. de hæreſi quæſt. 183. §. 6. à numero. 20.* Id quod *Penna in 2. part. Direct. ad qu. 49. com. 74.* pluribus auctoribus cõfirmat; nam loquens ibi de Apoſtatis à Religione, ait quod *non ſolum fiunt de hæreſi ſuſpecti poſtquam per annum in excommunicatione perſiterit, ſed etiam ante annum ſi relicta Religione, quam profeſſi ſunt, matrimonium cõtrahãt.* Pro quo citat *Loã. Anan. in cap. ad abolẽdam de hære. nu. 27. Calderinum cõſ. 5. tit. de hæret. Simãcas in Enchirid. tit. 12. nu. 1. Campegium in addit. ad Zãchinm cap. 35. verſ. idem quoque.*

Addit etiam prædictus *Pẽna ibidem* quod prædicta ſententia de

Re-

Religiosis suspectis ob matrimonij celebrationem locum habet in clericis, qui sacris Ordinibus sunt initiati; quod scilicet si matrimoniũ contrahant, suspecti in fide fiunt, & in eos possunt Inquisitores animad uertere, pro quo citat *Palac. Rub. in c. per vestras de donat. inter virum, & vxorem* §. 18. *numer.* 26. *vers. ex quo meo iudicio, Simãcas de Catho. instit. tit.* 40. *nu.* 12. *& Bernard. Diaz. in pract. crimi. cano. c.* 74. *vers. redditur præterea suspectus*: & seipsum refert copiosius differentem in *in lib. de priuileg. Inquisitorum.*

Illud autem prætereundum non est; quod peculiariter notat *idem Penna ibidem* scilicet quod illa distinctio, quam multi faciunt de hoc differentes, plurimum videlicet referre an contrahant publicè, vel clam, merito ab alijs reijcitur, vt supra etiam nos facimus *lib.* 2. agentes de sæcularibus, qui ad secunda vota transeunt. 19

Porrò Auctores pro vtraque sententia adducit *Farinac. loco cit. num.* 72. *&* 73. Et primo quidem asserentes quòd possint Inquisitores procedere contra Religiosos, & Clericos palam matrimonium contrahentes tanquam suspectos, non vero contra clam contrahentes huius modi sunt *D. Ioann. de Ananiu in d. c. ad abolendam nu.* 27. *extra de hæretic. post Bald.* quem allegat *in l. final. ante finem C. de summa Trinit. & fide Cathol. Repert. Inquisitor. in verb.* hæreticus *num.* 22. *& in verb.* professio, *& in verb.* religio *num.* 3. *& in verb.* suspicio *sub nu.* 27. *& in verb.* vxor *num.* 2. *Arnald. Albertinum in repet. rubr. pro hæret. quæst.* 13. *nume.* 37. *Alphons. de Castro de iusta Hæretic. punitione lib.* 1. *capit.* 1. *Conradl Brun. in tract. de hæret. lib.* 1. *c.* 2. *Squilacen. in tract. de fide Cathol. capit.* 15. *post num.* 2. *Carrer. in tract. de hæret. num.* 38. *Gundisalu. in eodem tract. de hæret. quæst.* 9. *numer.* 4. *& Decian. loco citato.* 20

Secundo vero loco adducit prædictus *Farinac.* alios Auctores asserentes, quod Religiosus, vel Clericus contrahens matrimonium sit in fide suspectus, & ab Inquisitoribus agnoscendus, siue publicè, siue secretò id efficiat: cum quibus ipse sentit. Hi vero sunt *Simancas cathol. instit. tit.* 40. *Rubr. de matrim. n.* 9. *& sequen. & in Enchirid. violat. relig. tit.* 12. *rubr. de Nefar. nupt. num.* 21 *Campeg. in addit. ad Zanchin. in trac. de hæret. cap.* 35. *versic. idem quoque dicitur de eo*, & denique prædictus *Penna* paulo a me citatus.

Merito *etiam Diana Resol. moral. par.* 4. *tract.* 7. *de pœnis delict. resol.* 5. postquam ibi iuxta doctrinam positam resoluit Clericos sacris ordinibus initiatos, & Religiosos matrimonium ineuntes non solum sacrilegium committere; verum etiam & de hæresi suspectos esse; pro quo alios etiam adducit Auctores *Mouram de incant. opusc.* 1. *sect.* 3. *capit.* 3. *num.* 9. *Sesse tom.* 4. *decis.* 449. *numer.* 3. *& 9. Payrinum in priuileg. minim. tom.* 2. *constit.* 9. *Pauli V.* §. 2. *num.* 20 *Leon. de potest. Confess. part.* 1. *recoll.* 22. *num.* 15. *cas.* 24. *Rodriqu. in qq. regul. tom.* 3. *quæst.* 1. *art.* 1. *Param. de orig. Inquisit. lib.* 3. *quæst.* 10. *num.* 75. *Hieron. Rodriquez in compend. qq. regular. resolut. quæst.* 3. *num.* 1. & alios penes ipsos. Addit quod sicut professi in alijs Religionibus, ita ij, qui in Societate Iesu vota biennij emiserunt, si matrimonium postea contraherent, præter quam quod matrimonium est irritum, subijciãtur pœnis debitis professis aliarum Religionum, & abiurant. 22

Et iure Iesuitæ; qui vota biennij emiserunt, ijs constitutionibus includuntur: nam vt ait *Sanchez de matrim. lib.* 7. *disput.* 25. *numer.* 15. postquam sibi obijcit quod vota

Bien-

Biennij ſunt vota ſimplicia, & vota ſimplicia differunt à ſolemnibus, quod ſolemnia contineant traditionem ipſius vouentis, & acceptationem Dei per miniſtros ab Eccleſia ad id deſtinatos; adhibitis alijs cæremonijs, & in circunſtantijs neceſſarijs ab Eccleſia præſcriptis: vota vero ſimplicia conſiſtunt in promiſſione retento dominio penes vouentem, & facultate validè
23 diſponendi contra votum, vt docent *Valentia* 2.2.*diſput.6.q.* 6. *pun.* 5.*col.*4.*& ſequen. Aragon.*2.2.*q.* 88. *art.*7.*Henriquez lib.*11.*de matr. c.* 5. *num.*3.*&* 4. *iuncto commento littera R.* vnde videtur ſequi quod prædicta Societas Ieſu vota biennij non conſtituant verè religioſum vt olim ſenſit *Nauar.C.non dicatis num.* 15. 12.*qu.* 1. & videntur ſenrire Doctores aſſerentes vota ſolemnia eſſe de Religionis eſſentia. Hi vero ſunt *Caiet.*2.2.*quæſt.*188.*art.*1. *circa ſolutionem ad* 4. *Angel. verb. Religioſus in initio Sylueſter religio.*1. *in princip. Armilla* 5.*Religio num.* 1. *& ibi Tabiena in initio, Sotus lib.*7.*de iuſt.qu.* 5.*artic.*1.*concluſ.*8.*& alij*, & per vltimam conſequentiam; quod non habeant talia vota emittentes impedimentum dirimens matrimonium, nec ſi contrahant prædictis bigamorum, ſeu Religioſorum contrahentium matrimonium conſtitutionibus,& pœnis ſubiaceant tãquam de fide ſuſpecti.

Nam vt ait, inquam, Sanchez loco citato reſpondens ad hanc obiectionem; Emittentes vo-
24 ta biennij in Societate Ieſu, ſunt verè propriè, & ſimpliciter Religioſi, quod definiuit *Gregorius XIII. in Bulla* incipienti. *Aſcendente Domino*. Et ad auctoritatem Nauarri reſpondet quod ipſemet *Nauarr.* cecinit palinodiam in editione recentiore *Commentario* 1. *de Regular. nu.* 19. *Corollario* 26. Vnde benè Inquiſitio valliſoletana olim ſeuerè animaduertit in quẽ dam Religioſum aſſerẽtem in quodam ſuo quodlibeto Societatem Ieſu non eſſe religionem, quia vota ſolemnia non emittunt niſi aliqui, quod abſurdius eſt. Ad alios ſupra adductos dicentes quod vota ſolẽnia ſunt de eſſentia Religionis; Reſpondet id minimè verum eſſe: ſed ſatis eſſe certam vitæ conditionem
25 qua viuitur in paupertate, caſtitate, & obedientia voto firmatis cum quadam immobilitate, & externa Cęremonia, per quam res Eccleſiæ ſit nota: ſub viuendi inſtituto approbato tãquam verè religioſo per Sedem Apoſtolicam. Et ſolum deſiderari vota ſolemnia ad ſummã, & perfectiſſimã ſtatus religioſi dignitatẽ, in quo ſtatu ſunt profeſſi Societatis Ieſu: & aliarũ Religionum profeſſi; ſecus tamen ad veram, propriam, & perfectã teligioſi ſtatus rationẽ, in qua ſunt alij è ſocietate ſolis votis ſimplicibus aſtricti, & ita ait *Valentia* 4.*par.diſp.*10.*q.*5.*de matr.pun.* 3. *& Henriquez lib.* 11.*de matrim. cap.* 5. *numer.* 3. *iuncto commento littera N.& n.*6. prædictos vero Auctores requirentes vota ſolemnia excuſat, quod locuti ſint prout de facto res tunc temporis accidebat.

Ad id vero, quod obijciebatur principaliter quod vota ſimplicia conſiſtunt in quadam promiſſione, retento dominio penes vouentem, & per conſequens non poſſe reperiri in ijs votis traditionem, quę ſola reperitur in voto ſolẽni reſpondet idẽmet *Sanch.cũ Valentia* paulo ante citato: id quidem verũ eſſe de voto ſimplici in cõmuni: at nõ de talibus votis ſimplicibus, nẽpe Societatis Ieſu, quæ quãdã cõtinẽt traditionem: non quidem illam perfectiſſimã, & ſolẽnẽ, quæ tradẽtẽ ſemet-

ipſum priuat totali corporis Dominiũ, & ex conſequenti per ſe, & ex ipſa rei natura inhabilem reddit ad transferendum Dominium ſui in alium; ſed aliam non ita perfectam, neque ſolemnem, quę nimirum reddit perſonam ſubiectam, ac mancipatam illi, cui traditur: at non priuat tradentem omnino dominio, nec incapacem reddit ex vi illius traditionis; qui validè (peccando tamen) tranſmittit ſui dominium in alium.

Ad vltimam conſequentiã, quod ſcilicet tales emittentes vota biennij non habeant impedimentum dirimens contrahendi matrimonii, reſponder prædictus *Sanchez loco cit. n.* 11. admittendo quidem: quod quantum eſt ex natura rei contrahere poſſunt validè matrimonium; ſicut capaces ſunt dominij acquirẽ-
27 di: ſed addit quod obſtat *Greg. xiij. conſtitutio*, quæ tale matrimonium poſt dicta vota contractum irritat. Et quamuis nihil aliud ibi dictus Sanchez addat: non tamen mihi videtur incongruum; quin immo valdè congruum dicere; quod Pontifex illud decretum proferens; huius religionis ſtatus decẽtiã, & prędictam traditionem; quæ efficitur votis biennij aliquo modo reſpexit nam quod licitè fieri non poterat, ad maiorem prædicti ſtatus immobilitatem voluit, vt neque validè fieri poſſit; quin immo plus aliquid videtur dicere *Bellarm. lib. vnic. de matr. cap.* 21. § *atque eœdem iſte*, vbi ait *vota ſimplicia Societatis Ieſu homi nem verè ac proprie religioſum conſtituunt, quæ ex conſtitutione Gregor. XIII. Summi Pontificis, quæ incipit, aſcendente Domino, declarantur ſubſtantialia religionis, & dirimentia matrimonium*. Hæc ille.

Quæ ideo adducere volui, vt clarius appareret, quo iure tales ligatos voto biennij, iis ſtatutis includeremus; quæ in reliquos religioſos contrahentes matrimonium
28 tanquam in ſuſpectos de fide animaduertunt; quare quæ de aliis religioſis, & Clericis dicemus; de iis etiam quo ad hoc debent intelligi; mitius tamen contra iſtos ſem per agendum puto; quia vt diximus huiuſmodi vota per ſe, & ex natura ſua non inualidant ſubſequens matrimonium.

§

29 *An Pontifex poſſit diſpenſare cum religioſis profeſſis, & ſacris ordinibus initiatis, vt matrimonium contrahant.*

30 *Pontifex poteſt diſpenſare vt monachus è monaſterio egrediatur, & vxorem ducat modo ex magna cauſa id faciat.*

31 *Quæ ſit iuſta cauſa diſpenſandi, remittitur arbitrio ipſius Pontificis.*

32 *Cum Rege D. Ramiro Aragoniæ diſpẽſatum fuit, vt matrimonium iniret quamuis fuiſſet monachus.*

33 *Celeſtinus III. diſpenſauit cum Conſtantia filia Rugeri Regis vtriuſque Siciliæ, vt cum fuiſſet monialis nuberet.*

34 *Alexander III. Diſpenſauit cum Nicolao Iuſtiniano.*

35 *Gregorius VIII. diſpenſauit cum quodam Fratre Cardinalis Ioyoſæ Sacerdote, & Religioſo capuccino.*

36 *Pontifex de plenitudine poteſtatis poteſt facere, quod matrimonium duret ad tempus in monacho, vel Sacerdote ſcilicet quoad torum.*

37 *Pontifex poteſt diſpenſare cum Sacerdote occidentali, vt contrahat matri-*

trimonium.

38 *Alexander VI. diſpenſauit cum Filio ſuo Cardinali Diacono vt vxorem duceret.*

39 *Reſpondetur Argumentis ſuprapoſitis, quod Pontifex non poſſit diſpenſare cum conſtitutis in ſacris, & ſtatuitur, quod poſſit in aliquo caſu ſpetiali non vero per legem generalem.*

40 *Ordini ſacro de iure diuino annexum eſt impedimentum dirimens ſubſequens matrimonium in ſententia aliquorum.*

41 *In ſacris ordinibus interuenire votum ſolemne caſtitatis ex cuius vi ſequitur impedimentum dirimens, qui teneant.*

42 *Non eſſe impedimentum de iure diuino, ſed eccleſiaſtico, qui doceant.*

43 *Sententia Bellarmini affertur ad elucidationem prædictorum.*

44 *Quod Pontifex non poſſit diſpenſare in voto ſolemni caſtitatis profeſſi, qui teneant.*

45 *Reſponſio Ferdinandi de Mendoza nō placet.*

46 *Pontifex non poteſt diſpenſare, vt monachus manens monachus matrimonium ducat, ſeu caſtitatem non ſeruet.*

47 *Auctores qui tenent, quod Pontifex poteſt diſpenſare cum monacho, & Sacerdote, vt vxoretur.*

48 *Religioſi, & in ſacris conſtituti matrimonium contrahentes qualiter ſint ſuſpecti.*

49 *Ex ſententia Canteræ colligitur, quod ſint ſuſpecti vehementer cum quadam limitatione.*

50 *Ex ſententia vero Simanchæ abſolutè vehementer ſuſpecti ſunt.*

51 *In Romana Inquiſitione de vehementi tales ſuſpecti ſunt.*

52 *Religioſi, & conſtituti in ſacris matrimonia celebrantes eadem pœna quæ Bigami puniuntur plectendi ſunt.*

53 *Ad inſtar aliorum Bigamorum iſti tractandi ſunt.*

54 *Si iſti fuiſſent ex natione infecta vtique de vehementi abiurarent in noſtra inquiſitione.*

55 *Perſona reditur ſuſpecta reſpectu ſuæ regionis.*

56 *Si Religioſi, & in ſacris conſtituti duo matrimonia inirent vehementer ſuſpecti ſunt ſicut qui tria matrimonia celebrat vibente priore coniuge.*

Reſtat nunc videre ad plenam huius rei cognitionem, an poſſit Pontifex quoad huiuſmodi Clericos in ſacris conſtitutos, & Religioſos diſpenſare, vt poſſint matrimonium contrahere ex vrgentiſſima cauſa. Et quidem quoad Religioſos reſoluit *Menocchius de arbit. Iudic. lib. 2. cent. 5. caſu. 421. num. 10.* quod diſpenſat aliquando Pontifex maximus, vt Monachus poſſit è monaſterio egredi, & ducere vxorem: modo ex magna, & vrgenti cauſa id faciat. Pro quo affertur *D. Tho. in 4. ſent. diſt. 34. quæſt. 1. art.*

30 *4. Angel. Clauaſ. in ſumma in verb. matrimonium, impedimento 18. nume. 2. Gloſ. & Docto. in capit. cum ad monaſter. de ſtatu monacho. Anchar. in conſil. 339. col. 2. Beleuſin. l. ſi tibi in fine ff. de adoptio. Socinus ſenior in conſil. in conſil. 28. colum. vlt. & in conſil. 92. colum. 2. lib. 1. Iaſ. in l. ſi arrogator numero quinto ff. de adoptio, & in l. vltim. numero ſecundo C. de tranſact. Decius in capitul. quæ in Eccleſiarum numer. 13. de conſtitut. Gozadi. in conſil. 51. numero 18. Rubeus in conſil. 147. numero octauo Pariſius in conſil. 68. numero 148. lib. 4. Ripa in capitul. cum M. Ferrarienſis numero 76. de conſtitutio. Et plures vide infra hac eadem quæſt. in reſponſione ad ſecundam obiectionem.*

31 Quæ autem ſit iuſta cauſa diſpēſandi remittitur arbitrio ipſius Pontificis, vt fatetur ipſe *Menocchius ibidem num. 11. Sylu. Prierius*

in ſumma in verb. diſpenſatio num 3. Iuſta autem cauſa videtur conſeruatio alicuius Regni, vt de facto diſpenſatum fuit cum Ramiro Aragoniæ Rege, vt refert ipſe *Menocchius ibidem numer. 13. ex Anchar. loco cit.*
32 *col. 3. & ex Volaterrano lib. 2. Geographiæ capit. vltimo*, de quo etiam meminit *Barboſa in collect. DD. in lib. 3. Decretal. c. cum ad monaſterium de ſtatu monachorum numer. 13.* vbi præter citatos affert *Lucium Marianum Siculum lib. 8. de memorab. Hiſpaniæ capit. vltim. Ioan. Vaſæ: in Chron. c. 18. Bartholom. à S. Fauſto in theſauro religioſ. lib. 3 quæſt. 36. nume. 6.* & addit idem *Barboſa* Cœleſtinũ tertium diſpenſaſſe cum Conſtan-
33 tia filia Rogerij, Regis Siciliæ, & Neapolis profeſſa in Monaſterio Panormitano, vt Religione relicta nuberet Henrico VI. Fiderici Imperatoris filio, vt referunt *Cened. Collect. 124. numer. 5. Pined in vita D. Ioannis Baptiſtæ lib. 1. art. 1. c. 6. in fine, Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. comp. 19. numer. 124.* & refert etiam Alexandrum tertium diſpen-
34 ſaſſe cum Nicolao Iuſtiniano Sacerdote Monacho in Monaſterio Sancti Nicolai Ordinis Sancti Benedicti ad inſtantiam Vitalis Venetorum Ducis, vt referunt *D. Barth. à S. Fauſto d. quæſt. 36. num. 5. Pineda in Monarch. Eccleſiaſt. part. 4. lib. 25. cap. 7. §. 1. pag. 84.* & Greg. XIII. diſpenſaſſe cum fratre Cardinalis Ioyoſæ Galli, Sacerdote profeſſo, & Prouinciali Ordinis Capuccinorũ,
35 vt refert prædictus *Bartbol. à S. Fauſto d. quæſt. 36. à numer. 8.* in quibus exemplis vt patet non ſemper affertur cauſa Regni.

Et latius affert hanc doctrinam *Albertinus in tract. de agnoſc. Catholicis aſſert quæſt. 23. num. 39.* vbi ſupradictum factum Aragoniæ Regis tacito nomine affert: & prædictam doctrinam ex pluribus Auctoribus confirmat, quos apud ipſum videre eſt, & peculiariter notat ex *Bald. in*
36 *l. ſi tibi filius de adoptio.* quod Papa de plenitudine poteſtatis poteſt facere quod matrimonium duret ad tempus, puta quod Monachus poſſit habere vxorem vſque ad procreationem prolis, ne fortè ſtirps nobilis deficiat ſine hærede. Id autem quod dicit, quod matrimonium duret ad tempus, intelligendum eſt quoad torum, & cohabitationẽ; nam vinculum matrimonij conſummati diſſolui non poteſt, vt benè declarat infra ipſemet *Albertinus* quãdo ait: *Si monachus, cum quo diſpẽſat, conſummato matrimonio rediret ad Religionem, viuente illa non poſſet Papa cum altera copulare obſtante ligamine matrimonij non autem voto.*

Et huius diſparitatis rationem, quod ſcilicet poſſit Pontifex diſpẽſare in voto ſolemni, non autem in matrimonio conſummato reddit ipſemet *Albertinus ex Petro de Palude in 4. diſt. 23 quæſt. 1.* quam non adduco; quia alijs nitor principijs, quæ ſupra adduxi *in primo lib.* quærens de poteſtate Pontificis circa diſpẽſationem ad bigamiã. Si vero loquamur de Clericis in ſacris conſtitutis facilior eſt reſolutio, quam adducit ipſemet *Albertin. loco cit. n. 41.* quod ſcilicet Papa poteſt ex cauſa publicæ vtilitatis, & etiam ſine tali cauſa diſpenſare cum Sacerdote Occidentali, vt contrahat matrimonium; vt concludit *Cardinal. Caietanus in ſuo quod lib. xij.* incipiente quæritur *vtrum Summus Pontifex, & Bald. in l. reſcripta col. 11. C. de præci. Imperat. offer.* ſolum fuit auſus dicere, quod Papa diſpenſat, quod Subdiaconus vxoretur, pro quo allegatur *C. de illo xxxij. diſt.* vbi hoc *gloſſ. tenet.* Et pro hoc affert factũ, quod eius tẽpore accidit

Ale-

Alexander Papa vj. diſpenſauit cum
38 filio ſuo Cæſare Diacono Cardinali, vt depoſito Cardinalis galero cõtraheret matrimonium cum filia Ducis Valentini, & de facto contraxit tale matrimonium, quod etiam affert *Barboſa loco citato*. Et huc etiam faciunt exempla, quæ ſupra attuli de Religioſis Sacerdotibus. Vide apud ipſum ibidẽ reſponſiones ad aliquas obiectiones in contrarium.

Obijcies primo contra poſitam doctrinam illud quod ſupra diximus ſcilicet verius eſſe nunquam conceſſum in ſacris ordinibus conſtitutis matrimonium contrahere neque Græcis, neque Latinis. At modo videtur, quod contrarium aſſeratur, dum dicimus Pontificem non ſolum poſſe diſpenſare cũ conſtitutis in ſacris ordinibus; ſed etiã cum profeſſis in Religione.

Reſpondeo primo nos ſupra minimè locutos ex Pontificia diſpenſatione; ſed ſolum de aliqua conſuetudine tum apud Græcos; tum etiã apud latinos. Reſpondeo ſecundo
39 neque locutos quando vrget aliqua grauiſſima cauſa Regni, vel magni momenti, vt in exemplis poſitis vidimus. Reſpondeo tertio nos modo loqui de diſpenſatione Pontificis in aliquo caſu ſpeciali; non autem per legem generalem, quod ſupra videbatur peti.

Quod an fieri poſſit ita per legẽ generalem à Pontifice: videtur petendum iuxta varias ſententias. Nã qui tenent ordini ſacro de Iure Diuino annexum eſſe impedimentum dirimens ſubſequens matrimoniũ, vt tenent *Maior 4. d. 24. tota quæſt.*
40 *2. Vualdenſis de Sacramẽtis cap. 128. nu. 5. & cap. 129. ſtatim in principio, & de Sacramentalibus cap. 66. num. 6 Franciſcus Forſenſis lib. 2. de dogmatibus characteribus fol. 85. col. 1. & fol. 88. col. 2. Cela 4. d. 37. qu. 1. in fine*, quorum ſententiam vocat probabilem *Azor. lib. 13. Inſtitut. moral. cap. 12. quæſtio. 1. §. quanquam autem*, & ſequuntur Alij. Vtique hi negabũt poſſe per legem Generalem diſpenſari. Et idem etiam inficiabuntur, qui tenent in ſacris ordinibus interuenire votum ſolemne caſtitatis, ex
41 cuius vi ſequatur ex Iure Diuino naturali impedimẽtum dirimens ſubſequentis matrimonij. Et ita tenent Aliqui, quos refert *Baſſolis 4. diſt. 37. q. 1. & Alij*, quos refert *Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 28. nu. 10.* Qui vero tenent non dari tale impedimentum dirimens ſubſequentis matrimonij de Iure Diuino, ſed ſolum Eccleſiaſtico: vt tenent *Sãchez*
42 *loco cit. num. 12. Couarr. de ſpõſal. p. 2. cap. 6. §. 3. num. 2. Cuch. lib. 5. Inſtitut. maior. tit. 12. nu. 210. D. Barboſa in rubr. ff. ſolut. matrim. part. 2. num. 89. Azor. Inſtitut. moral part. 1. lib. 13. c. 12. queſt. 1. Bellet. diſquiſit. cleric. par. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 15. numer. 61. Homobonus de Bonis de humanæ vitæ ſtatibus part. 1. cap. 19. propè finem verſ. quoad ſecũdum*, & Alij citati per *Auguſtinum Barboſam de officio, & poteſtate Epiſcopi parte. 2. allegat. 15. num. 3.* fortè non negabunt poſſe per legem generalem diſpenſari à Pontifice; præſertim accedente rationabili cauſa, vt olim conceſſum tenet Auguſtinus Barboſa Clericis Græcis, vt ſupra *hoc eodem cap. retulimus.*
43

Et dixi forte non negabunt; propter doctrinam *Bellarmini tomo. 2. controuerſiarum, cõtrouerſia 2. lib. 1. cap. 19.* vbi ait: *cõtra hos errores probãdum nobis eſt, votũ cõtinẽtiæ annexum eſſe ordinibus ſacris, ita vt nec ducere vxores, nec vxoribus antea ductis vti liceat poſt ordinationem: positiuo quidem iure, ſed antiquiſſimo, & æquiſſimo, & quod nullo modo expediat, vt*

hoc

hoc tempore relaxetur. Nec te moueat, quod Bellarminus dicat quod votum eſt annexum ordinibus ſacris: nam hoc etiam admittit *Sanchez diſput. 27. num. 10. & 28. nu. 12.* & tamen quamuis concedat matrimonium ſubſequens impediri iure diuino naturali ratione voti caſtitatis annexi; negat tamen iure diuino dirimi ſubſequens matrimonium; nec ratione talis voti; quod ipſe Sanchez ſolum vocat ſolemne per accidens: ſed ſolum præcepto Eccleſiaſtico dicit dirimi. Qui *Bellarminus dicto loco a cap. 18.* omnino legendus eſt.

Obijcies ſecundo dictum *caput cum ad monaſterium de ſtatu monachorum* ibi *ſicut, & cuſtodia caſtitatis, &c.* vbi notatur, vt prædictus *Barboſa ibidem* docet, quod Papa diſpenſare non poteſt in voto ſolẽni caſtitatis profeſſi, vt docent multi, 44 tuentur *Gloſſ. hic verb. abdicatio, & cap. ſunt quidam verbo Apoſtoli 25 qu. 1. S. Tho. 2. 2. qu. 88. art. 11. Syluеſter verb. votum 4. qu. 5. Abulenſ. cap. 30. Numer. q. 109. Aragon. 2. 2. q. 88. artic. 11. col. 9. verſ. propter hæc argumenta, Sotus de Iuſt. lib. 7. q. 4. art. 2. & in 4. diſt. 38. q. 2. ari. 2. Mandoſ. de ſignatura Gratiæ verbo voti commutatio col. penul. verſ. verum opinio negatiua, Barth. a Ledeſma de matrim. dub. 33. in fine Petrus de Ledeſma in ſumma part. 2. tract. 10. cap. 8. pagin. 549. cum ſequen.*

Reſpondet primo ad hanc obiectionem *Ferdinandus de Mendoza lib. 2. de confirmando Concilio Iliberitano cap.* 30. in hoc textu nomine 45 Summi Pontificis venire Epiſcopũ; ita enim ſolebant olim in Europa, & Aſia Epiſcopos nominare; vel Summos Sacerdotes, vt refert *Iſid. lib. 7. Etymolog. cap. 12.* quare mirum non eſt ſi in hoc negent Canones poſſe Epiſcopum in votis ſolemnibus diſpenſare. Sed hæc Reſponſio communiter non placet.

46 Quare Reſpondetur Secundo. Ex hoc textu nihil aliud haberi, niſi quod Pontifex diſpenſare non poteſt, vt monachus manens monachus proprium retineat, & matrimonium ducat, ſeu caſtitatem non ſeruet. Et ita Reſpondent *Palud. in 4. diſt. 38. quæſt. 4. art. 3. concluſ. 11. Leſſius lib. 1. de Iuſtitia capit. 40. dub. 19. Fr. Baſilius Ponti. de impediment. matri. capit. 1. §. 3. verſu ſed quamois Nicol. Garz. de benef. par. 7. cap. 10. n. 92. & 93. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 18. nu. 398. verſ. neque Sanchez in præcepta Decalogi to. 2. lib. 5. cap. 1. num. 16. Barthol. à S. Fauſto dicta quæſtion. 36. num. 12. & lib. 7. quæſt. 48.*

Vnde mirum non eſt ſi hanc ſententiam amplectantur Alij quam- 47 plures Auctores præter ſupra allatos: & ita amplectuntur in hoc *cap. cum ad monaſterium Innocent. nume. 1. & 4. Ioan. Andreas num. vlt. Hoſtienſis num. 30. cum ſequ. Butrius nu. 28. Abbas num. 21. Zabarel. num. vltimo, Henric. num. 9. & 10. Couarr. in cap. 2. num. 10. & 1. de teſtam. Gregor. l. 4, verbo Caſtidad tit. 8. p. 1. Nauar. in Man. cap. 12. num. 77. in fine, & in commento 2. de regular. num. 57. & de redditibus Eccleſiaſt. qu. 1. monitu 55. num. 9. & ſub titulo de conuerſ. coniug. conſ. 1. num. 3. in antiquis aliàs conſ. 2. num. 3. in nouis, & ſub tit. de ſponſal. conſ. 3. num. 8. in antiquis aliàs conſ. 12. num. 8. in nouis. Anton. Gomez l. 40. Tauri num. 66. Tiraquel. de pœnis temper. in præfat. num. 46. & de nobilit. cap. 20. num. 186. Menocch. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 3. nu. 303. Mozz. de contractibus tit. de matrimon. §. fin. num. 12. Bonacoſ. commun. criminal. part. 3. verbo Papa fol. 58. Cott. in memorab. verbo filius 7. Matienc. l. 1. gloſ. 1. num. 20. tit. 7. lib. 5. nouæ recop.*

Mich.

Mich. Medina de ſacrorum hominum continentia lib. 5. cap. 7. cum ſequent. Henriquez in ſumma lib. 11. cap. 8. §. 11. & lib. 12. cap. 5. §. 3. Guttierr. Canon. lib. 1. cap. 17. num. 5. & de matr. cap. 23. à princ. Bronor. à Sole in locis communibus verbo Papa diſpenſare cum monacho Cabed. de Vaſconcellos diuerſ. Iuris arg. lib. 3. capit. 5. Ceuall. comm. contra commun. q. 343. Nicol. Garc. de benef. d. part. 7. cap. 10. num. 83. Anton. Gomez in expoſit. Cruciatæ clauſ. 10. à num. 105. Spin. in ſpeculo teſtam. gloſſ. 2. princ. num. 62. & gloſſ. 12 num. 7. Iacob de Graffis in aureis deciſ. part. 1. lib. 2. cap 31. numer. 22. & 23. Gam. Luſit. deciſ. 379. num. 1. Ioa. Ramirez de confirmat. Ordinis D. Iacobi cap. 5. nu. 25. Motta eodem tract. lib. 2. cap. 1. § 12. à num. 7. & cap. 2. §. 7. à nu. 7. & plures alij, quos refert, & ſequitur dictus *Barboſa dicto cap. cum ad monaſterium num. 13.*

48 Vidimus huc vſque; quo pacto vota religioſa etiam biennij in Societate Ieſu, & Sacri Ordines habeant impedimentum dirimēs ſubſequens matrimonium, conciliaq; & Pontifices id conſtituentes enumerauimus, (quamuis in aliquo peculiari caſu ex vrgētiſſima cauſa poſſe ad id Pontificem diſpenſare oſtenderimus.) Vnde huiuſmodi Religioſos,& Clericos matrimoniū contrahentes, ſuſpectos in fide diximus,& præcipuè Lutherana hæreſi; quia ipſe Lutherus hanc hæreſim nouiſſimis temporibus opere, & ſermone docuit. Reliquum modo eſt videamus : quo pacto huiuſmodi Religioſi,& clerici matrimonia cōtrahentes ſint ſuſpecti de vehemēti, an de leui.

Circa quod *Cantera*, qui fuit Inquiſitor Murciæ *in d. quæſt. crimin. cap. 1. de hæret. num. 71.* videtur in-
49 clinare quod huiuſmodi ſint ſuſpecti de vehementi ; in eo quod ait, quod certè credit , quod propter ſuſpicionem fieret inſtantia , & poneretur ad torturam ; etſi vinceret, & remaneret probatio aliqua, abiuraret de leui , & deportaretur ad arbitrium Iudicis , & ſi colligeretur maxima malitia , & ſuſpicio in fide, abiuraret de vehementi,& ait quod ita practicaret ipſe. Et plus dicit *Simanchas in Enchirid. tit. 12. num. 1.*
50 vbi ait Religioſum contrahentem nuptias ſiue publicè , ſiue priuatè eſſe ſuſpectum de vehementi. Sed in hoc Simancas (nam Cantera videtur ſequi medium quid) potius videtur ſequi ſtylum Romanæ Inquiſitionis , quam noſtræ Hiſpani-
51 cæ. De qua Romana teſtatur *Farinac. de hæreſi quæſt. 183. §. 6. num. 71.* vbi ait *talem clericum, ſeu Religioſum ſic nubentem propter hæreſis ſuſpicionē eſſe torquendum, niſi hanc ſuſpitionem contrarijs cōiecturis, & probationibus ſubſtulerit* : & addit quod ſi *ſubſtinuerit, debere adhuc abiurare de vehementi. ſicut in Inquiſitione Romana paſſim ſeruatur.*

Vnde merito noſter *Diana d. p. 4. de pœnis delict. Reſol. 5.* ait quod ſtylus noſtræ Inquiſitionis Hiſpanicæ eſt, ſupradictos non torquere ; ſed illos punit eadem pęna, qua puniū-
52 tur contrahentes binas nuptias, & grauiori ob ſuſpicionem grauiorem lutheranæ hæreſis. Pro quo refert *Caſtrum Palaum tom. 1. tract. 4. diſp. 8. pun. 16. §. 8. num. 4.* qui tamen refert dictum Canteram pro hac ſententia. Vnde ipſe Diana putat quod huiuſmodi regulariter deberēt abiurare de leui. Cuius Dianę ſententia omnino mihi videtur ſequenda, non enim alijs principijs in hoc caſu horum Religioſorum,& Clericorum mihi videtur procedendum,ac
53 proceſſimus in caſu aliorum Bigamorum ; ſicut ergo illi ſunt ſuſpecti de leui ob duplex matrimonium ;

niſi

niſi aliqua alia adſit circunſtantia aggrauans, vt ſæpè diximus: ita iſti; niſi aliunde oſtendunt maiorem ſuſpicionem lutheranæ hæreſis; ſolum debent reputari vt ſuſpecti de leui; quæ ſuſpicio oritur ex facto ipſo hæreticorum vitam imitante, vt ſupra etiam in hoc Secundo libro ratiocinati ſumus.

54 Augeretur autē iſtorum Religioſorum, & Clericorum ſuſpicio; ſi ij eſſent ex prouincia infecta lutherana hæreſi, vel ſi ex talibus hæreticis originem traherent; vel ſi duplex matrimonium contraherent; in tali enim caſu deberent hi torqueri ſuper intentione, & ita ſeruatur apud Tribunal noſtræ Inquiſitionis Hiſpanicæ. Et hanc doctrinam; quod ſcilicet ſi huiuſmodi eſſent ex prouincia infecta lutherana hæreſi, deberent torqueri, & eſſent ſuſpecti de vehementi confirmat *Diana loco paulo ante citato*, ait enim quod perſona redditur ſuſpecta reſpectu ſuæ
55 regionis, vt optimè obſeruat *Seſſe in deciſ. Regni Arag. tom. 4. deciſ. 452. num. 4. & Alij.*

Quod autem dicimus, quod eſſent ſuſpecti etiam de vehementi, & torquerentur ſi matrimonium duplicarent. Probatur ex paritate rationis, nam ſi bigami, vt ſupra *in Secundo libro diximus*; tertium matrimonium celebrarent, eſſent ſuſpecti de vehementi, & torquerentur ſuper intentione: eodem pacto iſti Religioſi, & clerici, qui propter primum matrimonium carnale contractum æquiparantur bigamis: quinimmo aliquo pacto exiſtimantur magis ſuſpecti ob contemptum Sacramenti matrimonij, & ordinis,
56 vel Religionis; debent per tranſitum ad ſecundum matrimonium carnale æquiparari polygamis, ſeu ijs, qui tranſeunt ad tertium matrimonium: atque adeo debent torqueri ſuper intentione vt ſuſpecti de vehementi. Id quod magis confirmatur ex praxi noſtrorum Tribunalium. Et tanto magis in Clericis, & Religioſis augetur ſuſpicio; quanto magis tenentur legem Domini inquirere, & ſeruare.

Finis Libri Secundi.

LIBER

LIBER TERTIVS

DE PROBATIONIBVS, & Pęnis Bigamiæ, & Biuiriæ.

QVAESTIO PRIMA.

Ad quem Iudicem ſpectet cognoſcere, & punire contrahentes binas Nuptias.

SVMMARIVM.

1 DE Iure communi Punitio Bigamiæ ad vtrumque Iudicem Eccleſiaſt. & ſæcularem ſpectabat.
2 Hodie ad ſolos Iudices Eccleſiaſticos pertinet.
3 Extat Luſitaniæ, declaratio Summi Pontificis in hac materia.
4 Reijcitur ſentẽtia M. A. Genuenſis.
5 Bullæ Pontificiæ directæ vni inquiſitioni omnibus alijs normam præbent.
6 Bigamus etſi familiaris Sancti Officij ſit, & ſi aleuoſiam committat tamen ab Inquiſitoribus punitur quia ſunt priuatiui Iudices in hoc delicto quoad ſæculares.
7 Sententia Narbonæ expenditur.
8 Opinio Canterę affertur ſententiam confirmans.
9 In aliquibus Hiſpanię Prouincij Iudices ſæculares adhuc de Bigamiæ delicto cognoſcunt, ſed perperam.
10 Ratio quare tales ſæculare Iudices de tali delicto cognoſcere non debent.
11 Iudices Eccleſiaſtici deberent æque ferre vt ſoli Inquiſitores de tali delicto cognoſcerent.
12 In hoc Siciliæ Regno religioſe in hoc facto Iudices ſæculares ſe gerunt.
13 Melius eſt præſeruare quam curare.
14 Abiurationis ſaluberrimus vſus vnde originem ſumpſit.
15 Quam vtilis, & neceſſaria ſit in crimine hæreſis.
16 Multa generalia concilia abiurationis vſum inſtituerunt.
17 Abiurationis definitio.
18 Abiuratio eſt remedium præſeruatiuum.
19 Diuiditur abiuratio in quatuor ſpecies.
20 Ratio quare Iudices ab huiuſmodi cognitionis ſe abſtinere debent.
21 Sententia Albertini improbatur.
22 Pœnæ quibus Inquisitores bigamiam puniunt ſunt congruæ tali delicto.

23 *Pœnâ capitalis in delicto Bigamiæ ab vſu receſſit.*

1 ETſi ſtando in Iure communi culpa contrahentium binas nuptias, vt aduertit *Souſa in Aphoriſm.lib.1.cap.35.nu.* 18. ad vtrumque Iudicem Eccleſiaſticum ſcilicet,& ſæcularem ſpectabat,nunc autem ad ſolos Inquiſitores: ita etiã *Albertinus de agnoſc.qu.23.num.76.* à Souſa vt puto malè relatus, vt patebit infra, *Farinac de delict. q.* 140. *part.1.nu.1. Scaccia de Iudic. cauſar. &c.lib.1.cap.12.num.55.* vbi probat hoc delictum ab Inquiſitoribus cognoſci priuatiuè quoad Iudices laicos; quinimmo, vt addit *Souſa loco citato* extat declaratio Summi Pon-
3 tificis ad Inquiſitorem Luſitaniæ, quem refert *Diona tract.7. de pœnis delict.p.4.reſol.4.§.1.*

Id autem quod aſſerit *M. Antonius Genuenſis in praxi Archiepiſcop. cap.68. num.13. relatus à Diana loco cit.* vbi ait *quod ſi Bigamus eſt præuen-*
4 *tus à curia ſæculari debet remitti ad Curiam Eccleſiaſticam (Inquiſitorem videlicet) qui torquet ipſum ſuper intentione, & abiurare facit, quod deinde ipſa Curia Eccleſiaſtica tenetur illum remitte ad Curiam ſæcularem, quæ ipſum punit pro Bigamia; quando vero eſt præuentus à Curia Eccleſiaſtica in totum punitur ab ipſa, & non poteſt amplius curia ſæcularis ſe intromittere, vt habetur ex litteris congregationis Sancti Officij, quæ conſeruantur in Curia.* huc vſque Genuenſis. Id inquam quod aſſerit Genuensis quoad remiſſionem ad Curiam Eccleſiaſticam nullo pacto ſeruatur in praxi. Quinimmo nec debet ſeruari, vt benè colligitur ex ſupradicta declaratione Pontificis ad Inquiſitores Luſitaniæ; quæ quamuis Inquiſitoribus dicta directa fuit, omnibus normam præbet iuxta tradita à *Penna ad calcem Director. In-*
5 *quiſ. de auctoritate extrauagantium n.14.* quod ſcilicet hoc delictum priuatiue ſpectat ad Inquiſitores quoad Iudices ſæculares, ſi ergo priuatiue ſpectat ad Inquiſitores, male dicit Genuenſis quod detur præuẽtio apud Iudices ſæculares. Et quod magis maior eſt quod oculatiſſimus Diana illum referat: nec tamen de ea re ſuum Iudicium ferat, nec illũ notet, contentus notare *Simancham tit.40.num.3.& 4.* quem Simanchã ſupra notauimus *lib.2.q.2. §. Habet ergo ipſe.*

Vnde bene *Narbona lib.4.p.1.tit. 1.lib.20.gloſſ.12.n.66.* vbi poſtquam
6 numeris præcedentibus quærit an ſit diecndus Aleuoſus; qui duplex ſimul contrahit matrimonium, & an à Iudicibus ſæcularibus iudicandus. Reſpondet in hunc modum. *Sed ſanè licet caſus iſte aleuoſiam contineat; non tamen ideo familiaris ſæcularibus Iudicibus remittendus eſt* (loquitur enim de cõcordia vtriuſque Caſtellæ) *quia hodie de huiuſmodi crimine à quocunque fuerit cõmiſſum, Inquiſitores cognoſcunt, ac delinquentes debitis pœnis afficiunt. Nam qui cum duabus vxoribus ſimul matrimonium contraxit, ſeu eodem tempore eas retinet de hæreſi ſuſpectus eſt, cum malè de Sacramento matrimonij ſentire videatur; quare de eo Inquiſitores ſolummodo cognitionem habẽt, vt poſt alios tradunt Palat. Rubeus in repet. cap.per veſtras §.18.num.25. de donat. inter*, vbi etiam addictionator alios recenſet littera M. *Couarr. de ſponſal.2.part.cap.7.§.3.n.6. Didacus Per.in l.3.tit.1.lib.5. ordinam. pagin. 44.in fin. Menocch.de Arbitr. caſ.420 nu.114. Nauar.conſ.2. de hæret.num. 8. Henriq.in ſumma lib.11.cap.2.nu. 3.& lib.12.cap.6.num.4. Azeued. in l.5.nu.3.tit.primo lib.5.recopil. Ioan. Guttier.practicar.lib.2.qu.8.num.1. Farinac.in praxi crimin.qu.140.num. 24. Alfax.de offic.Fiſcal.gl.20.n.396.*

Vbi

Vbi aduertendum quod etsi prędictus Narbona casum ponat circa familiares; tamen illum casum prędicto modo resoluit non ex eo quod sint familiares; sed ex eo quod iste casus, seu delictum Bigamiæ ad Inquisitores priuatiuè spectat; nam alioqui ex eo quod aleuosiam contineat, ad Iudices sæculares spectaret; quare eius doctrina valet de quocunque committente tale delictum siue familiaris sit, siue non; vt ipsemet declarat ibi a quocunque fuerit commissum Inquisitores cognoscunt.

Et confirmatur *ex Cantera quæst. criminal.de Adulterio nu.* 29. vbi ait *Sed quid si vtrunque matrimonium*
8 *non valeret, fortassis quia erat consanguineus cum vna, & affinis cum alia, videtur quod etiam de Iure puniretur pœna ordinaria, quia iam fecit quod in eo fuit argumento textus in cap. Nuper de bigamis. Sed certè de hoc dubito, & hoc casu possent saluari Iudices sæculares cognoscentes de binis nuptijs; quamuis ego semper tenui contrarium scilicet quod Iudices sæculares non possunt cognoscere de illo, qui bis contraxit matrimonium; nam semper debent cognoscere ad punitionem an bis contraxerit, vel non, & sic incidenter deberent tractare de matrimonio, licet non tractent de vinculo matrimonij, quod totum prohibitum est laicis.*

Vnde satis mirari non possum quod in aliquibus nostræ Hispaniæ præsertim Castellæ Curijs hic vsus,
9 seu potius abusus inualueri t, vt Iudices sæculares sese immisceant adhuc ad cognoscendum, & puniendum hoc Bigamiæ delictum; quod etsi Bigamia esset, attento Iure communi, delictum mixti fori, facere non deberent, præsertim cum priuatiuè quoad Iudices sęculares hodiè pertineat ad ipsos Inquisitores. videntur autem Iudices sæculares Castellę hodie adhuc retinere hunc abusum, quia prosequuntur antiqua Iura tum commune, tum ipsius Castellæ, quibus concedebatur Bigamos punire, quæ congerit *Cantera d. quæst. criminal. de adulterio*, & nos infra afferemus, cum de pœnis bigamorum. Ratio autem quare etiamsi hoc delictum esset mixti fori, adhuc tamen non debetent sese immiscere in his causis Iudices sæculares, quæ maxime perpendenda est, & maximè debet mouere reli-
10 gionem apud dictos Iudiees, qui quantunuis pœnas multiplicent huiusmodi Iudices, adhuc tamen remedium salutare adhibere non possunt animabus huiusmodi delinquentium, quod quasi remedium præueniens præstetur, vt iterum ne labantur.

11 Id quod à fortiori valet in sæcularibus, nam si cæteri Iudices Ecclesiastici deberent æquo animo ferre quod huiusmodi delinquentes puniantur potius ab Inquisitoribus propter dictum animarum remedium saluberrimum, quod Inquisitores exhibent singulariter, abiurationis inquam; quanto magis debent hoc efficere ipsi Iudices sæculares. Id quod religiosissime hic in Sicilia obseruant, vbi Iudices sæculares quamuis antea has causas iudicarent, & punirent, multis tamen
12 ab hinc annis solent se ijs expedire, & Ecclesiasticis Iudicibus omnino relinquere ducti vel iã allata ratione remedij abiurationis, quæ me maximè mouet, vel aliqua alia ratione non dissimili. Et certè quam optimi Principis interfit, & cuiusque benè instructæ Reipub. præseruare magis ne subditi Populi in peccata labantur, quam postquã lapsi sint, eos punire ex excellentia Diuini beneficij in eos, qui nunquã peccaue-
13 re, collati; satis superq; intelligi potest, & Iura ipsa à tot prudentissimis

viris condita clariſſimè oſtendunt, quæ primarium finem, præſeruationem à peccatis habent. In caſu autem noſtro, & ſimilibus nullum remedium reperiri poteſt, quod cum abiuratione componi poſſit quoad præſeruationem à relabendo.

Nam vt ait *Pegna ad Eymericum tertia parte Direct. comm. 40. fol. 488. litera C.* fuit olim ſalubriter inſtitutus abiurationis vſus ob continuas
14 frequenteſque hæreticorum fraudes, & intercadentias, vt abiurationis robore adacti, & quaſi vinculo conſtricti, & alligati cogerentur in Catholicæ Eccleſiæ vnitate permanere, ne liberum eis eſſet impune quoties vellent recedere, ac Eccleſiæ deludere, vt grauiter, & vere conſtituit *Leo Primus epiſt. 49.* cuius initium eſt *Relatione Sancti Fratris*, & refert *Conradus Brunus lib. 3. de hær. c. 6.* Iamquidem quid continere debeat abiuratio, luculenter preſcripſit olim idem *Leo* eius nominis Papa Primus *in Epiſtola 84. ad Nicætam Aquileienſem Epiſcopum*, cuius verba vide apud *Pennam loco cit.*

Et in eandem ſententia docet *Io. Rojas in ſingul. in fau. fid. ſing. primo num. 1. & 2.* quod abiuratio ſit frequens, & vſitata in crimine tantum hæreſis, vt potè quæ in tam graui crimine vtilis, & neceſſaria
15 *ex cap. ad abolendam §. illos quoque de hæreticis, cap. ſuper eo, & cap. accuſatus eo titul. lib. 6. & in cap. inter ſollicitudines noſtras de purga. cano. text. ſing. in hac materia in cap. Ego Berengarius de conſecrat. diſput. 2. & in cap. primo, & cap ſiquis voluerit, & in cap. ſiquis Epiſcopus 1. quæſt. 7.* & huiuſmodi abiurationis vſus in multis ſanè Concilijs receptus fuit, vt in *prima Nicena Synodo capit. octauo*, & in *Epheſina Synodo ſub Cæleſtino Primo celebrata, & in Synodo Laodicena ſub liberio Papa capitulo ſeptimo, & in*
16 *Concilio Conſtantienſi de abiuratione Hieronymi de Praga, & in 8. Synodo generali de abiuratione Berengarij* habetur tranſumptiue in dicto *cap. Ego Berengarius de conſecr. diſtinct. 2.* & *Leo Papa* ſcribens Ianuario Epiſcopo Aquilenſi, inquit *nullum hæreticum ad vnitatem Eccleſiæ eſſe recipiendum, niſi ad arbitrium ſui Epiſcopi, vel Inquiſitoris fidei abiurata, & anathematizata hæreſi*, & habetur *in cap. ſaluberrimum, & in cap. donatum 1. qu. 7.*

17 Vnde merito ipſe paulo poſt *num. 4.* definitionem eiuſdem abiurationis adducit in hunc modum. *Eſt ſolemnis quædam hæreſum deteſtatio cum aſſertione Catholicæ veritatis, & obligatione iuramento, & pœna vallata permanendi in fide Chriſtiana*; cuius definitionis explicationem apud ipſum vide; illud tamen notare non prætermittam ſcilicet, quod ſit *Deteſtatio cum obligatione iuramento, & pœna vallata permanendi in fide Chriſtiana.* In quo clariſſimè oſtenditur remedium exhibitum ipſis delinquentibus iã conuerſis amplius non labendi, & quod iſta abiuratio ſit tanquam remedium præſeruatiuum ad amplius non labendum. Vnde benè *Baryola in flor. Direct. Inquiſit. 3. part. excom.* 11. ait in proprijs terminis. *quoniam*
18 *quæ redeuntibus imponuntur pœnitentiæ haud propriæ ſunt pœnæ, ſed medicinæ ſalutares.* Medicinæ inquam non ſolum ad priſtinam ſalutem reuocantes, ſed à morbis, in quos poſſunt incurrere, præſeruantes.

Diuiditur autem hæc abiuratio per *Pennam loco citato* quadrupliciter, aut enim eſt de leui, aut de vehementi, aut de violenta ſuſpicione, aut denique de hæreſi formali:
19 quãuis autẽ propriè cœteris tribus abiurationibus præter leuẽ abiurationẽ cõueniat quod ſint aptius remediũ preſeruatiuũ, nã abiurãtes de vehemẽti ſi relabãtur i hæreſim, re-

lapſorũ

pęna puniuntur: Attamen ſuo modo etiam competit abiurationi de leui quod ſit etiam remedium præſeruatiuum. Id quod benè habetur ex eodem *Penna loco citato* ait enim quod iſtæ quatuor abiurationes ratione finis non differunt; cum in id potiſſimum referantur, vt abiurantes virtute earum adacti, in Catholica vnitate contineantur.

Ex dictis iam benè patet; quam proficuè ab Inquiſitoribus Bigami recognoſcantur, præmuniantur, & puniantur; non eſt ergo cum ampliùs audeant ſeſe in his cauſis im-
20 miſcere Iudices ſæculares, hoc negotium Inquiſitoribus relinquentes; quibus cordi eſt hæreſes ipſas Deo fauente, & hæreſum ſuſpiciones extirpare; & eo magis debent libenter ſeſe hac nõ ſua iuriſdictione abſoluere ſæculares Iudices, quo ſciunt apud Romanam Inquiſitionem huiuſmodi bigamos grauius puniri, & quod ſoleant huiuſmodi abiurare de vehementi. Ex quo argumentum ducitur, quod cum in noſtro Tribunali abiurent de leui; & alibi de vehementi; quod ſit potius delictum, cui debeat adhiberi remedium præſeruatiuum, quam Iudicibus ſæcularibus remitti, qui tale remedium præſtare non poſſunt.

Vnde audiendus non eſt *Albertinus* vir alioqui Doctiſſimus *dicta q.*
21 23. *nu.* 26. vbi habet *quod ex eo quod à Iudicibus ſæcularibus acrius ſoleant huiuſmodi Bigami puniri, & fortè pęna capitis in ſententia aliquorum, & cum ex alia parte malitia ſui temporis valdè inualeſceret in frequentatione horum delictorum quibus deceptæ remanerent non paucæ mulieres, & inter has virgines, puellæque, quod valdè expediens eſſet, quod tales deceptores ſub prætextu Sacramenti Matrimonij capite plecterentur potius, quam vt leuibus pęnis Inquiſitorum, aliorumque Eccleſiaſticorum Iudicum vt potè carceris, exilij, verberum de honeſtatis ſcalæ præ foribus Eccleſiæ, vel mitræ punirentur; quæ pœnæ ita leues ipſis delinquentibus videbantur, vt fere inde riſum abirent. Vnde addit ipſe quod ſi Iudex Eccleſiaſticus fuiſſet, nunquam huiuſmodi delinquentes à Iudicibus ſecularibus ad ſuum forum reuocaret, niſi ipſi euidenter cõ ſtaret, illos malè de Sacramentis Eccleſiæ ſentire.* Non eſt inquam audiendus Albertinus primo quia per hæc vltima verba ſcilicet (*quod non reuocaret bigamos à foro ſæculari ad ſuum, niſi ipſi conſtaret quod huiuſmodi malefactores malè ſentirent de Sacramentis*) incidit in eamdem notam; qua ſupra *lib.* 2. *cap.* 2. notauimus *Simancham*: vbi oſtendimus Inquiſitores abſolutè cognoſcere huiuſmodi Bigamos. Secundo quia non benè videtur perpendere naturam abiurationis ſuſpectis adhibendæ; quam nos meritò tanti facimus: cum abſque multiplicatione tot pœnarum præſeruentur à ſceleribus, à quibus meritò tam abhorret Albertinus: Tertio non ita leues ſunt, vt infra videbimus, nec ita in deriſum abierunt pœnæ quę à Tribunali huiuſmodi ſceleſtis
22 viris infliguntur, vt experientia ipſa teſtatur; quandoquidem maioribus criminibus ab ipſo Tribunali ſimiles imponuntur, plus, minuſue iuxta grauitatem delicti; quæ pœnæ iunctæ cum abiuratione quam plurimos coercuerunt, ne ad ſemel abiurata flagitia redirent; maxime
23 cum pœna capitis in hoc delicto, quaſi in omnibus Europæ Prouincijs iamiam indeſſuetudinem abijt, & tales delinquentes æquè à Iudicibus Eccleſiaſticis, & ſæcularibus pęnis ſcilicet corporalibus plectuntur, & ab Inquiſitoribus abiuratio, & pęnæ ſalutares præter dictas corporales iniunguntur; immeritò ergo

go tam debita Iuriſdictione Tribunal, ſeu Iudices Eccleſiaſticos ſpoliaret Albertinus.

QVAESTIO SECVNDA.

Ceſſante conceſſione cognitionis delicti Bigamiæ facta Inquiſitoribus à Sede Apoſtolica, an poſſint ij ſe intromittere ob generalem rationem de iniuria facta Sacramento, & obiter quæritur de abuſu aliorum Sacrameutorum, de quibus non eſt facta ſpecialis conceſſio Inquiſitoribus.

SVMMARIVM.

1 *ANnte Sixti V. tempora delicta debebant ſapere hæreſim manifeſtè, vt Inquiſitores in eorum cognitione ſe intromitterent.*

2 *Acunna inſtituit quæſtionem; an bulla de ſollicitatione mulierum in Sacramento confeſſionis extendatur ad ſollicitantes in alijs Sacramentis.*

3 *Rationes pro parte affirmatiua.*

4 *Rationes pro parte negatiua.*

5 *Qui in peccato mortali ſuſcipiunt Sanctiſſimum Chriſti Domini corpus: proditores vocantur à Sanctis Patribus.*

6 *Fractio ſigilli confeſſionis vulgo putatur quid pertinens ad Tribunal Sācti Officij.*

7 *Propria iuriſdictio ex officij natura Inquiſitoribus conueniens, eſt quod habeant, & cognoſcant vniuerſitatem cauſarum fidei. Pro quo citatur Cutellius in Cod. legum Siculorum.*

8 *Inquiſitorum Iuriſdictio habet commoda delegatæ iuriſdictionis: ad ordinariam tamen accedit.*

9 *Cuius rei affertur ratio ex Auguſtino Barboſa.*

10 *Ex dictis colligitur, quod ſuſpicio leuis in fide pertinet ad Inquiſitores, & quid veniat nomine ſuſpicionis leuis.*

11 *Merito poſt Sixti V. tempora extenſa eſt Iuriſdictio Inquiſitorum ad ea, quæ quoquomodo ſaperent hæreſim. Etiam ſi non manifeſtè.*

12 *Quicunque Iudex poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio in caſu, de quo agitur, quando adeſt dubiū, an ad ipſum pertineat.*

13 *Abuſio Sacramentorum videtur pertinere ad ordinariam Inquiſitorum Iuriſdictionem.*

14 *Bernard. Comenſ. Sententia quod præbent ſuſpicionem de hæreſi non ſolū, qui corpore, & ſanguine Chriſti Domini; ſed qui alijs abutuntur Sacramentis.*

15 *Videtur ex dictis deduci, quod videantur etiam ſuſpecti, qui quolibet modo abutuntur Sacramentis.*

16 *Quid ex dictis videatur ſequi abſurdi.*

17 *Primus modus abutendi Sacramentis ex quadam generali abuſione ex eo quod ſuſcipiens, vel conficiens, & cet. habeat affectum ad peccatum mortale.*

18 *Sententia Vaſquez de miniſtrante Euchariſtiam.*

19 *In peccato mortali reperitur auerſio à Deo, & conuerſio ad creaturā.*

20 *Non omnis peccator male ſentit in fide: nec omne peccatum mortale opponitur fidei.*

21 *Secundus modus abutendi Sacramentis, non ſolùm ex peruerſione voluntatis; ſed etiam ex peculiari de ordinatione mentis.*

22 *Sollicitans videtur ſuſpectus ex eo quod eliciat actum, quo putet Sacramentum confeſſionis eſſe aptum medium ad ſuas explendas concupiſcentias.*

23 *Quæ excuſatio poſſet adduci a ſuſpicione pro ſollicitante.*

24 *Sollicitatio eſt apta inducere in ſuſpicionem.*

25 *Cuius rei affertur ratio ex Souſa.*

Peſſi-

26 *Peſſimus ſollicitantis in confeſſione diſcurſus aſſertur.*

27 *Sollicitantes in confeſſione ideo præcipuè ſuſpecti: quia peruertunt vſum confeſſionis directè.*

28 *Doctrina generalis aſſertur de ijs, qui directè peruertunt vſum Sacramentorum.*

29 *Quare animaduertunt Inquiſitores in Sacerdotes, qui in miniſtrando Sacramento Euchariſtiæ ſingulis plures exhibent formulas.*

30 *Aſſertur aptiſſima doctrina Dianæ ad hoc propoſitum.*

GRauiſſima eſt hæc quæſtio, & quæ magnum faceſſit negotium; præfinit enim terminos Iuriſdictionis Inquiſitornm; eaque eo gratior eſſe debet; quominus reperitur ſaltē ita vniuerſaliter apud alios Auctores, quos viderim tractata. Videtur autem termini intra quos ſpatiari hæc Iuriſdictio poſſit ex vna parte omnia crimina quoquomodo hæreſim ſapientia ſaltē

1 poſt Sixti V. tempora; nam antea debebant ſapere manifeſtam hæreſim, vt habetur ex *Gloſſa capit. accuſatus* §. *ſanè verb. manifeſtè de hæreticis lib. 6.* quamuis neque ex dicto cap. excluderentur leuiter ſuſpecti de hæreſi, vt benè aduertit *Acunna quæſt. 5. de confeſſarijs ſollicitantibus à* §. 43. vbi diligenter elucidat hunc textum; ex alia vero parte alia crimina dictam hęreſim nō ſapientia, vt nimirum non immittant Inquiſitores falcem in meſſem alienam, neque leuibus occupati, grauia fidei negotia relinquant.

Proponit quidem *Acunna quæſt.*

2 *16. de confeſſarijs ſollic.* ſimilem huic quęſtioni, ſed non ita vniuerſaliter ſolum enim quęrit an Bulla de ſollicitatione mulierum in Sacramento confeſſionis extendatur ad ſollicitantes in alijs Sacramentis, ita vt ſollicitantes mulieres in alijs Sacramentis ſubiaceant eiſdem pœnis, & cognitioni Inquiſitorum; quibus ſubiacent ſollicitantes in

3 confeſſione. Adducit autem ipſe in principio rationes fauentes parti affirmatiuę, quod ſcilicet extenda tur. Maximam autem vim facit in verbis prædictæ Bullæ; in qua Pontifex ait. *Nos in animum inducere nequeuntes, quod qui de fide rectè ſentiunt, Sacramentis à Chriſto Domino inſtitutis abutantur*, quibus verbis Pontifex videtur innuere: quod ſolum qui non benè ſentiunt non ſolum in Sacramento Confeſſionis, ſed etiam in alijs Sacramentis ijs abutuntur; vnde videtur Ratio generalis deſumi poſſe quod qui Sacramentis quoquomodo abutuntur, male ſentiant in fide; atque adeo de fide ſint ſuſpecti.

Ex alia vero parte pro negatiua

4 vrget validiſſima Ratio; quia nimirum ſi hoc verum eſſet: quod qui Sacramētis quomodolibet abutuntur ſint ſuſpecti de hæreſi, trahe rentur ad Tribunal Sancti Officij, quicunque in peccato mortali, vel miniſtrant, vel ſuſcipiunt Sacramēta; præſertim vero qui in peccato mortali reciperēt Sanctiſſimū Cor-

5 pus Domini quod delictū à Sanctis Patribus quædā proditio sāctiſſimi Corporis Domini vocatur, & qui malè ſuſcipiunt Iudæ proditori aſſimilatur. Vnde talēs malè ſentire in fide, & in materia Sacramentorum videntur. Fractio etiam ſigilli

6 Sacramenti Confeſſionis quaſi vulgo putatur quid pertinens ad Tribunal Sancti Officij, propter grauē iniuriam effectam illi Sacramento per fractionem ſigilli; & tamen nullū ex his delictis, ſi præcisè ſiſtamus in hoc, ad Inquiſitores pertinet.

Vt autem ad deciſionem propoſitæ quæſtionis deueniamus, oportet altiora principia petere: nempe perſcrutando circa quæ Inquiſitorum iuriſdictio verſetur, vt inde colli-

colligamus, an' ſe extendere poſſit ad alios caſus præſertim propoſitos circa abuſionem Sacramentorum.

Et quidem propria Iuriſdictio ex
7 officij natura Inquiſitoribus conueniens eſt, quod habeant & cognoſcant viuerſitatem cauſarum fidei, vt ipſemet *Cutellius* volens, nolens cogitur fateri in *Cod. legum Sicularum ad leges Martini cap.* 21. *de Iuriſd. Inqniſit. Conceſſa cap.* 1. vbi id libentiſſimè quis non legat? vnde eorum iuriſdictioni ſubiecta materia hæreſis eſt *ex cap. accuſatus* ibi *ſanè cum negotium fidei, & cap. ne aliqui* ibi *an officium Inquiſitionis hæreticæ prauitatis de hæretic. lib.* 6. *gloſſ.* 1. *& Archid. in Clem. multorum eodem tit. Cardinalis in eodem Archid. in dicto cap. ne aliqui eadem tit. in* 6. *Torreblanca de Magia fol.* 3. *cap.* 5. *de iuriſdictione Inquiſit.* ſcribentes omnes *in cap. per hoc de hæret. lib.* 6. *Abbas in cap. cauſam numer.* 7. *de offic. delegat. Villadiego de hæret. quæſt.* 7. *nume.* 9. *& quæſt.* 23. *num.* 6. *Decian. reſp.* 94. *lib.* 2. *num.* 2. *Param. de origine Inquiſitorum lib.* 3. *quæſt.* 2, *numer.* 90. *D. Hieronymus leo. deciſ.* 2.

Cõtrouertitur autẽ an hæc iuriſdictio ſit delegata, an ordinaria. Et quidem ſatis elegãter expedit *Diana* hanc quæſtionem *tract.* 8. 4. *par. Reſol. moral. reſol.* 1. vbi poſt quam refert Auctores tenentes hanc Iuriſdictionem eſſe delegatam, nempè *Narbonam*, *Zanardum*, *Moſcouium Butrium*, & alios in contrarium tenentes eſſe ordinariam, *Paramum*, *Cãteram*, præcipuè vero *D. Ioannẽ Dionyſium*, *Portocarrero* modo benemerentiſſimum Epiſcopum Tudetenſem; & olim à Concilijs ſupremi Senatus Inquiſitionis in alleg. *Sobre la competencia de Iuriſdicion entre la Inquiſicion y miniſtros reales nu.* 48. vbi aſſerit loquens de alijs Inquiſitoribus (*En ninguna de las dichas calidades ſe diferencian del Señor Inquiſidor General cuya Iuriſdicion es ſin duda ordinaria*) concludit dicens quod ipſe vtranque ſententiam amplectitur; quod nimirum à principio delegata ſit hæc iuriſdictio, & quod habeat omnes excellentias delegatæ Iuriſdictionis; ad ordinariam tamen valdè accedat, ita vt careat imperfectionibus delegatæ. Id quod benè confirmatur *ex Auguſtino Barboſa in collect. DD. in lib. V. ſexti decretal. tit.* 2. *cap.* 17. vbi rationem affert quare à prin
9 cipio hęc Iuriſdictio aſſimilata ſit Iuriſdictioni delegatę, quia ſcilicet à principio quidam deſtinabantur ad certas perſonas; Alij ad certas cauſas, & nonnunquam ad certas Prouincias, prout neceſſitas exigebat, ac Summo Pontifici neceſſarium videbatur; nec officium eorũ perpetuò erat ſtabilitum, affert etiã rationẽ quare modo ad ordinariam accedat, quia ſcilicet firmata videtur hęc Iuriſdictio, & perpetuò ſtabilitum Inquiſitorum officium in Regnis Caſtellę, Lusitanię, Sicilię, & alijs locis ita requirente neceſſitate conſeruandi fidem Catholicam in ſua puritate, & ſyncerita-te, vt probat latiſſimè Paramus, ex quo idem Barboſa accepit.

10 Ex dictis aliqua colligi poſſunt, quæ preſſius faciunt ad noſtram queſtionem; quare ſi ad Inquiſitores pertinet vniuerſitas cauſarũ fidei; & per conſequens omnis hęreſis fidei contraria pertinet etiam omnis ſuſpicio in fide etiam ſi leuis ſit. Voco autem ſuſpicionem leuẽ reſpectu vehementis; non quia friuola, & nullius momenti ſint eius inditia, ſed quia non ſunt ita grauia, vel ita vehementia, ſicut illa, quæ vehementem conſtituunt ſuſpicionem, nam in ſe notabilis eſſe debet iſta ſuſpicio Iudicis arbitrio *gloſſ.* 1. *in cap. excommunicamus* 1. §. *qui autem de hæret. Hoſtienſis in ſumma*

ma tit. de hære. §. qualiter n. 4. ver. ſin autẽ, & ita intelligẽdi sũt Squillac. *de fide c. 36. Boſſius in pra. ti. de hæret. n. 6. Simãc. de Cath. c. 50. n. 27. Rojas de hære. 2. par. n. 20. & n. 180. Arelat. de hæret. notab. 27. Farin. de hæreſibus q. 187. à num. 23.* dum tradunt in hoc crimine poſſe procedi contra quoſcunque pro quauis etiam leui ſuſpicione. Id quod etiam patet ex dictis, pro quo ſupra citauimus Acunnam *qu. 5. de Confeſſ. ſollicit.* Illud etiam videtur poſſe colligi, quod ſupra innuimus, quod ſcilicet poſt tempora Sixti V. & eius conceſſionem merito ſit extenſa Iuriſdictio Inquiſitorum ad ea, quæ quoquo modo ſaperent hæreſim etiamſi nõ manifeſtam; nam cum hæc Iuriſdictio vt ſupra diximus accedat ad ordinariam videtur ad eandem iuriſdictionẽ pertinere hæreſis manifeſta, & non manifeſta, vel dubia etiã ante bullam Sixti V. (modo. n. non eſt cõtrouerſia,) ad ſuam Iuriſdictionem fundandam quicunque enim Iudex poteſt cognoſcere an ſua ſit Iuriſdictio in caſu, de quo agitur quando adeſt dubium an in ea ſpecie ad ipſum pertineat cognitio ex *reg. l. ſiquis ex aliena ff. de Iudicijs*, quæ ſi æquè procedit in Iudice delegato *cap. ſuper literis ad finem*, vbi *Felin. à nu. 18. de Reſcrip. l. Præſcript. C. ſi contra Ius Grat. reg. Iuris 123. à princip.* quanto magis in Iudice ordinario, vel quaſi, debet valere.

11

12

13 Magis autem deueniendo ad caſum prædictũ de abuſione in ſacramentis videtur etiam ex dictis colligi quod cum abuſio ſacramentorum videatur ſapere aliquo modo, hæreſim quod pertineat ad hãc quaſi ordinariam Inquiſitorum cognitionem, eam abuſionem recognoſcere, & punire. Et confirmatur hęc ratio ex eo quod ſupra diximus ex verbis Bullæ contra ſollicitantes. Cõfirmatur ſecundo ex ijs, quæ ad ducit *Acunna quæſt. 16. cit. de confeſſ. ſollic. num. 2.* vbi ait quod ſententia quod Bulla ſollicitationis extendatur ad alia Sacramenta præter confeſſionem firmatur *ex gloſſ. in cap. accuſatus §. ſanè de hæret. in 6. verb. ſaperẽt*, vbi diuinationes referẽdo, ac ſortilegia hæreſim ſapiẽtia, inquit *vel faciunt prædicta cum corpore, & ſanguine Chriſti, &c. & his ſimilibus*. Addit etiã, quod his verbis ductus *Ber. comen. in lucerna Inquiſitor. verbo ſacramentis abuti.* ibique *Pegn.* tenent firmiter de hæreſi præbere ſuſpicionem non ſolum qui corpore, & ſanguine Chriſti Domini, ſed qui alijs vtuntur, imo abutuntur Sacramẽtis; vnde colligit ex probabili diſcurſu prædictus *Acunna* quod voluerit Pontifex Inquiſitoribus cognitionem tradere non ſolum in ſollicitantes in confeſſ. ſed in quorum libet aliorum Sacramentorum actu quam ſententiam videtur ipſe probabilem exiſtimare.

14

15 Hinc deduci poſſe videtur, quod ſimili pacto qui quolibet modo abutuntur ſacramentis, ſint in fide ſuſpecti, & ab Inquiſitoribus cognoſcendi, ſed vt ſupra innui hinc videtur ſequi incõueniens; quod quodcunque ſacrilegiũ in materia Sacramentorum ſaperet hęreſim, & deberet ſubijci Tribunali, quod nimis aſperum, & durum eſt; nec veritatẽ habet, ſiſtendo in hoc, quod nimirum aliunde nõ colligeretur depraua ta mens huiuſmodi ſacrilegi.

16

Vt ergo neq; ad dexterã inclinemus; neq; ad ſiniſtrã, ita mihi videtur hic Gordianus nodus explicari poſſe vt ſcilicet cõſiderem⁹ duplicè modũ, qui interuenire põt in hac abuſione ſacramẽtorũ; nã primo modo poteſt quis abuti Sacramẽtis ex quadam generali abuſione, nimirũ ex eo quod ſit indiſpoſitus ad illa, vẽl cõficiẽda, & miniſtrãda, vel ſuſcipienda ex eo quod habeat effe-

ctum ad peccatum mortale, & poteſt vocari genesalis abuſio ex eo quod peccatum mortale ſit generale impedimentum ad quodcunque Sacramentum conficiendum, vel ſuſcipiendum, vel miniſtrandũ; quod vltimum in ſententia aliquorum nõ requirit neceſſario talem diſpoſitionẽ; putat enim Vaſquez quod
18 Sacerdos tantum miniſtrans Sacramentum Euchariſtiæ etiam ſi ſit in peccato, quod non peccet mortaliter ex eo ſolum quod miniſtret; peccet autem ſi conficiat, quod apud omnes indubitatum eſt.

Ex hac ergò generali indiſpoſitione potius colligitur affectus ad peccatum ex praua voluntate quã malè ſentire in materia Sacramenti, & quamuis tractare Sacramenta indiſpoſite cum conſcientia peccati mortalis, inuoluat implicitè aliquem Sacramenti contemptum: at
19 hoc reperitur generaliter in omni peccato mortali ex eo ſcilicet, quod qui ſe conuertit per inordinatum affectum ad creaturam contra diuinum præceptum, per conſequens auertitur à Deo, non quod ſentiat creaturam eſſe ſummum bonum, & Deum relinquendum; ſed quia quamuis ſpeculatiuè ſentiat Deum eſſe ſummum bonum, & verè amplectendum: creaturam autẽ bonum caducum, & temporale, & tantum delectabile, vel vtile, nõ honeſtum, attamen hic, & nunc per iudicium practicum putat allectæ vo
20 luntati indulgendum; vnde non oritur quod omnis peccator malè ſentiat in fide; quin immo hæreticus eſſet, & malè ſentiret in fide, qui putaret omne mortale peccatum opponi fidei, & eſſe incompoſſibile cũ fide, ſicut eſt incompoſſibile cum gratia habituali, ſeu ſanctificante. Eodem pacto, qui eſt indiſpoſitus ad recipienda Sacramenta quãuis ſpeculatiuè ſentiat ſanctè tractãda; at propter affectum ad creaturã practicè hic & nũc putat accedẽdũ ad Sacramentum nil ſpeciale, vel explicitum enuncians circa tale, vel tale Sacramentum.

21 Secundo poteſt quis abuti Sacramentis non ſolũ ex peruerſione voluntatis, & ex inordinato affectu ad creaturam, ſed etiã ex peculiari deordinatione mentis ex eo quod ſicilicet exiſtimet Sacramenta cõferre ad talẽ peruerſũ vſum verbi gratia in materia magiæ, atque adeò qui Sacramẽtis, vel ſacramẽtalibus abutitur, in tali vſu malè sẽtit de Sacramẽtis; tribuit enim fontibus ſanctitatis ſortilegũ effectũ, qui omnino pugnat cũ illis; eodẽ pacto videtur dici poſſe quod ſollicitans in Sacramẽto cõfeſſionis quaſi eliciat actũ quod cũ in ſacramẽto confeſſionis
22 aperiãtur peccata; vnde colligi poteſt an talis, & talis mulier verbi gratia ſoleat peccata cõmittere; aptũ ſit, & cõmodum huiuſmodi Sacramentum ad ſuas complendas cõcupiſcentias. Et quãuis poſſet dici ad excuſationem mentis huius ſacrile
23 gi, quod ipſe non putet quod ſacramentum ſit ad hunc peruerſum effectum deſtinatũ, ſed quod vtatur illa occaſione cognitionis peccatũ alioqui aptiſſimæ, ad hoc vt ſatisfaciat ſuę libidini; in quo non intellectũ, ſed volũtatẽ deprauatã oſtendit Attamẽ ſi admittatur hæc excuſatio, plura huiuſmodi, vt ſupra ſecũdo libro oſtẽdimus, excuſari poſſẽt: ſed contrariũ debet dici, nã factũ ipſum ex natura ſua eſt aptum inducere in hanc ſuſpicionem, vt benè notat *Souſa in opuſc. de confeſſ. ſolic. tra. 1. c. 5. in reſponſ. ad primum argumentum*, vbi ait ad primum dicendũ eſt non cõſtare an ſollicitatores habeant errorem in intellectu, an ſolum procedant ex prauo voluntatis affectu, atque ex inclinatione ad libidinem, & hinc eſt quod ſtante externo actu certo, per quem talis iniuria infertur Sacramento, nõ poſſit

non

non aliqualis cõtra fidem ſuſpicio coniectari; iudicium enim humanũ per externa ſigna procedit; vnde qui Sacramẽto cõfeſſionis ſolicitãs abutitur, aptiſſimam præbet occaſionem ſuſpicandi quod exiſtimet, quod Sacramẽtum Confeſſionis ſit aptæ inuẽtio pro Sacerdotibus (vt ſolent Hęretici deblaterare) ad ſuas explendas libidines. Et negari non 29 poteſt, quod hunc diſcurſum ſacrilegus, & ſollicitans in confeſſione Sacerdos efficiat: quam bonam natus ſum occaſionem explendi mea deſideria: veniſti bona mulier ad tua explicanda peccata; at implicabo te maioribus peccatis. Videtur ergo ſuo facto Hæreticorum, non dico peruerſa facta, ſed hæreticales blaſphemias approbare, & ipſorum calumnias confirmare.

Quod cum præcipuè, vel frequẽtius ex dicta occaſione cognitionis 30 peccatorum accidat in Sacramento Confeſſionis; & cum hoc Sacramentum medicina ſalutaris ſit animarum, à morte peccati eas ad vitam reuocãs; hinc merito fit, vt qui hoc Antidoto abutitur, & in venenum conuertit præcipuè videatur malè ſentire in hoc ſacramento; ita vt mirum non ſit (niſi velimus ſequi ſupradictam ſententiam *Bernard. Comenſ. in lucerna Inquiſitorum*) quam ſolum ſolicitantes in hoc Sacramento Confeſſionis Inquiſitoribus tan quam ſuſpecti de fide ſubijciantur 27 ex eo ſcilicet quod ſpecialiter fini huius Sacramenti huiuſmodi ſacrilegi opponantur, & directè ipſius vſum peruertãt, quod nõ accidit in ſollicitatione in alijs Sacramẽtis.

Cæterum non nego quod ſi quis 28 aliquid efficeret quod directè oppo neretur primario fini cæterorum Sacramentorum, & ſpiritualem eius vſum ad temporalem peruerteret; quod eodem pacto ex facto ſuo ſuſpicionem de hæreſi ab Inquiſitoribus plectendam exhiberet, vt ſi quis vergi gratia Euchariſtiæ Sacramentum, quod in modum cibi & potus ad refectionem, & nutritionem animarum exhibeatur, quæ nutritio eſt Euchariſtiæ præcipuus finis vt docet *Cõcilium Trident. ſeſſ. 13. c. 2. & 7. & can. 5. & 11.* ad corporalem ſatietatem adhiberet, & fortè etiam ab hoc debent animaduertere Inquiſitores contra exhibẽtes in miniſtrando Euchãriſtiæ Sacramento plures formulas communicantibus; quaſi vero refectionem animæ attendãt penes quantitatẽ ſenſibilium accidentium, non vero penes ſacramentum ipſum, & Chriſtum Dominum omnis ſatietatis fõtem in quolibet fragmento conſecratæ hoſtiæ contẽtum; vnde benè ait *Diana tract. 6. Miſcell. 3. par.* Euchariſtiam non cauſare gratiam toto tempore, quo eſt in ſthomaco, ſicut nec toto tempore manducationis; alias eſſes melioris conditionis cõmunicando te ſub multis hoſtijs quod falſum eſt, & puniuntur vt ſuſpicioſi per Inquiſitores qui ſunt multò ſoliciti ſe communicare ſub multis hoſtijs vt diutius duret corpus Chriſti in ſthomaco; nec eſt idẽ de cibo corporeo, cũ iſte operetur per conuerſionem ſui in ſubſtantiã aliti, quãuis *Suares* dicat quod quia huiuſmodi exhibentes plures formulas nouũ vſum in Eccleſia Dei inducunt, ideo debent eos Inquiſitores cognoſcere, & ſimiles caſus poſſent in materia aliorum Sacramentorum adduci. Et in eodem Sacramento Confeſſionis fractio figilli videtur propter rationem adductam ad Inquiſitores pertinere.

§

31 *Alia ratio: quare ſollicitãtes ſubijciãtur Inquiſitoribus, poteſt eſſe; quia tribuũt occaſionẽ hæreticis blaſphemã*

di catholicæ fidei sanctissima instituta

32 Vel quia maius periculum in sollicitatione, in confessione; quam in sollicitatione in cæteris Sacramentis.

33 Sollicitantes in cæteris Sacramentis nō comprehenduntur ex sententia Trimarchi.

34 Ex Sousa sollicitatio in confessione suspicionem includit, & eius ratio.

35 Bullæ Pontificiæ emanatæ de sollicitatione potius videntur excitatiuæ antiquæ Iurisdictionis Inquisitorū, quam de nouo facultatem concedētes.

36 Ex verbis bullæ contra sollicitantes colligitur, quod possint Inquisitores contra quos libet de præterito diffamatos procedere.

37 Sed pœnæ non debent imponi; nisi quæ solebant, ante nouas constitutiones.

38 Qua doctrina posita non est opus recurrere ad hoc, quod hæ constitutiones non sint leges, sed commissiones.

39 Totum sousæ negotium versatur in reddenda ratione: quare sollicitantes in confessione sint in fide suspecti.

40 Non ex quauis iniuria facta Sacramēto suspicio oritur; sed ex illa, quæ fit Sacramento ex ipsius Sacramenti substantia.

41 Est suspectus sollicitans in confessione ad venerem, quia necessariam peccati detestationem penitus aufert, quæ ad Sacramenti integritatem necessario exigitur.

42 Affertur ratio à Sousa; cur magis sollicitatio ad venerem, quam ad alia peccata, inducat suspicionem.

43 Ratio Sousæ non videtur vera.

44 Non est casus Inquisitionis: si confessarius extra confessionem, & post longum tempus, & extra locum confessionis sollicitet filiam spiritualem, vel eam carnaliter cognoscat.

45 Mulier sollicitans confessarium an sit suspecta in fide declarandum à Pontifice secundum Sousam.

46 Aliud est inquirere an Confessarij sollicitantes ad alia peccata sint suspecti in fide: aliud vero an predictis pœnis constitutionis contra sollicitantes subiaceant.

47 Ratio quare emissum sit decretum contra sollicitantes ad venerem, non est; quia sollicitationes ad alia peccata in confessione non sint suspectæ, sed quia sollicitatio ad Venerem est maximi momenti.

48 Habet mulier si velit sollicitare Confessarium aliud tempus, & alium locum præter confessionis opportunitatem, at infer confessarium non nisi confessionis tempus, vel locum.

49 Sollicitantes pueros includuntur per nouam constitutionem.

50 Est maxima differentia inter confessarium, & mulierem sollicitantē.

51 Præcipua iniuria, quæ attenditur est sollicitatio facta in actu confessionis.

52 Probatur, quod sollicitatio ad alia crimina, & sollicitatio à fœmina proueniens includant suspicionem in fide.

53 Ex Paramo habetur; quod mulier solicitans pœne Inquisitoribus subijcitur, vt Confessarius.

54 Alphonsus à Leone ad triginta quatuor casus qui expressè continentur in Edictis Iuquisitorum; addit alios, qui non ita expressè continentur. Inter quos est fractio sigilli cō fessionis.

55 Alius casus est missas plures absque legitima causa, & approbata, vel vnam tantum postquam comederit celebrans, & enumerantur alij tres casus.

56 Enumerantur quinque capita, ad quæ reducuntur casus inquisitionis.

57 Ratio quare sollicitatio ad alia peccata subijciatur Inquisitoribus, est quia peruertit principale confessionis institutum.

58 Non ita suspectus est in fide, qui sollicitat in alijs Sacramentis.

Sa-

59 *Sacramentum baptiſmi, & Sacramentum pœnitentiæ ſunt inſtituta ad conferendam primam gratiam, reliqua ad augendam gratiam.*

60 *An abuſio quæcunque Sacramentorum per ſollicitationem, vel quid ſimile inducat hæreſis ſuſpicionem aliorũ iudicio remittitur.*

61 *Etiam ceſſante ſpeciali conceſſione cognitionis circa delictum bigamiæ facta Inquiſitoribus adhuc poſſent procedere ex generali ratione contra ſuſpicionem de hæreſi.*

62 *Bigamia videtur peruertere primariũ finem Sacramenti matrimonij, vt Sacramentum eſt.*

Poſſet ideo etiam dici quod ſolicitantes in Sacramẽto Confeſſio-
31 nis ſpecialiter ſubijciantur alia ratione, quia ſcilicet videtur ad Inquiſitores fidei hoc negotium pertinere; nam ad quos hæreſum extirpatio pertinet; ad eos etiam videtur pertinere ſolicitatio in Sacramento Confeſſionis; quæ tribuit occaſionem hæreticis ad blaſphemanda Catholicę fidei Sanctiſſima Inſtituta, & Sacramenta ipſa, quę à Chriſto Domino inſtituta tam piè, religioſeque Catholica Eccleſia amplectitur; vel quia vt aſſerit *Trimarchi de confeſſ. abutente diſp. 3 ſect. 7. nu. 66.* vbi tenet quod ſollicitatio in alijs Sacramentis non ſit ſubiecta ijſdem pœnis ſollicitantium in Sacramento confeſſionis. Maius periculum imminet in ſollicitatione in confeſ-
32 ſione, quam in cæteris Sacramẽtis, nam cum confitentes mulieres crimina, & malos animi, & corporis ſui motus, & affectus ſecreto confiteantur, malus, & vafer confeſſarius inde non difficulter occaſionem arripere poſſet ſollicitandi confitẽtem adinhoneſta committenda, niſi propter metum denunciationis, & grauibus pœnis coerceatur: quam occaſionem arripere nequeunt Cõfeſſarij in adminiſtratione aliorum Sacramentorum. pro qua ratione citat ipſe *Trimarchi, Acunnam, Sanctarellum, & Bonacinam.* Reſpondet tamen ad obiectionem ex ſupradictis verbis Bullæ contra ſollicitantes in Sacramento Confeſſionis *nu.* 68. vbi ait. (quod licet Romani Põtifices loquuti fuerint in plurali nu-
33 mero; non tamen id voluerunt vt cœtera Sacramenta compræhendi poſſent, vt ſeruant Rhetoricorum præcepta: vnde non eſt probabile intendiſſe Summos Pontifices ijſdem conſtitutionum ſupra relatarũ pœnis punire illos, qui alijs abutũtur Sacramentis ſollicitãdo, & prouocando mulieres ad inhoneſta committenda, de quibus nulla proponebatur controuerſia) Huc vſque Trimarchi: ipſe tamen quod legerim, non affert, rationem propter quam ſollicitatio ſuſpicionem includat vnde ad Inquiſitores pertineat.

Hanc tamen quæſtionem acutiſſimè meo iudicio pertractat *Souſa in opuſc. de Confeſſarijs in confeſſione ſollicitantibus tract. primo c. 5. per tot.* vbi quærit an ſollicitatio fœminarum in confeſſione inducat ſuſpicionem hæreſis, & adductis argumentis in contrarium quod ſcilicet non inducat ſuſpicionem in fide. Con-
34 cludit tandem *num.* 3. quod omnino negari non poteſt, quod huiuſmodi ſollicitatio ſuſpicionem inducat, & confeſſarios ſolicitantes eſſe de fide ſuſpectos, præſertim poſt Summi Pontificis decretum; præcipuè vero ex ijs verbis à nobis ſupra citatis. *Nos in animum inducere nequeuntes, &c.* & alijs eiuſdem decreti verbis infra. *Tam ſuper præmiſſis, quam ſuper fide catholica, & quicquid de ea ſentiãt diligenter inquiras.* quibus in locis Pontifex (vt idemmet Souſa aſſerit) non ſolum dicit ſolicitantes eſſe de fide ſuſpectos, ſed

etiam

etiam iubet ipſos de fide examinari; quod niſi eſſent verè ſuſpecti, nequaquam præciperet, citatq; Souſa pro hac ſententia *Salſedo in practica criminali Canon. cap.* 82. *verbo deponantur, Penna in 2. part. Director. Inquiſit. comment.* 81. *verſ. ille quoque, Petrum Ledeſma de matrim. q.* 56. *ar.* 2. *Eman. Rode. in ſumma tom.* 1. *cap.* 207. *Lud. à Paramo lib.* 3. *de Orig. Inquiſit. qu.* 10. *à nu.* 90. *Emman. de valle de Incant. ſect.* 3. *cap.* 2. *a nu.* 6. *Farinac. in praxi criminali de delicto carnis q.* 137. *nu.* 28. & adducit praxim vtriuſque Inquiſitionis Luſitanæ ſcilicet, & generalis Hiſpanicæ.

35 Et confirmatur hæc doctrina quia hæ Bullæ Pontificiæ de ſollicitatione emanatæ potius videntur excitatiuæ antiquæ Iuriſdictionis Inquiſitorum, vti refert *Moura opuſc.* 1. *de iucant. ſection.* 3. *cap.* 3. vbi loquẽns de Bulla in ſollicitantes ait ex mente Acunnæ quod noua conſtitutio eſt tantum excitatiua Iuriſdictionis Inquiſitorum, ac declaratiua Iuris communis: quam de nouo facultatem concedens, & latæ ſunt, vt normam præberent potius, quam vt Iuriſdictionem committerent. Id quod colligitur ex verbis ip

36 ſis bullarum. *De præmiſſis quomodolibet diffamatos.* Ex quibus verbis id mihi recta ratione colligi poſſe videtur, quod ſcilicet quamuis hæ bullę de nouo ſint conditæ contra ſolicitantes Confeſſarios; quod tamen poſſint Inquiſitores contra quoslibet etiam de præterito diffamatos procedere; quia ſcilicet propter ſuſpicionem in fide, ad Inquiſitores pertinet de ordinario hæc cognitio; quamuis quoad pœnas non eaſdem debent præteritis delictis ante prædictas conſtitutiones imponere, ſed quas ſolebant iuxta

37 ſuſpicionem; quæ vero in his nouis conſtitutionibus ſtabiliuntur nonniſi delictis, quæ poſt dictas bullas perpetratis ſunt, imponi debent. quam diſtinctionem ſi aduertiſſet Trimarchi non opus habuiſſet illa doctrina, vt ſcilicet has conſtitutiones vocet non leges, ſed commiſſiones, vt extendere poſſet ad præterita delicta. Id quod ipſe facit *diſputatione* 14. *ſection.* 5. *num.* 32. nam leges in præterita delicta non

38 conduntur; neque contra ea de nouo pœne conſtituuntur, quod probatur *ex cap. cognoſcentes cap. fin. de conſtitutionibus cap.* 1. *de poſtulat. Prælat. in* 6. *& l. leges* C. *de legibus*, vbi dicitur *Conſtitutiones futuris certum eſt dare formam negotijs non ad facta præterita reuocari.* Idem dicitur *in Authentica de nuptijs* §. *duo igitur ad finem, Authentica de hered. ab inteſtat. coll.* 9. & docent *Tuſcus pract. concluſ. verb. lex, concluſ.* 264. *num.* 1. 6. 7. 8. 18. *Andr. Gayl. lib.* 2. *pract. obſeruat. obſeruatione* 9. *num.* 3. *Capra concluſ.* 6. *per totum.* Malè autem Trimarchi ſpoliat prędictas conſtitutiones auctoritate legis, vnde omnino placet ſententia *Fagundez præcepto* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 31. & Aliorum, qui tenẽt prædictas bullas non extẽdi ad prę-terita delicta; ſi tamen quoad pœnas hic contentas tantum loquantur Fagundez, & alij.

39 Totum autem Souſæ negotium tum *dicto cap.* 5 *tum cap.* 7. vbi quærit an mulier ſolicitans in Sacramẽto confeſſionis ſuum confeſſarium conpræhendatur decreto contra confeſſarios ſolicitantes, tum etiam *cap.* 13. vbi quærit an confeſſarius ſolicitans pœnitentem ad alia à libidine flagitia, ſit reus prædicti decreti; totum inquam eius negotium verſatur in reddenda ratione, quare confeſſarius ſolicitans in confeſſione ad res venereas ſit ſuſpectus in fide, & Inquiſitoribus ſubijciatur. Id quod ingenioſiſſimè pertractat vſque ad prima principia deueniendo, & argumenta in contrarium

con-

contendens ſoluere.

Affert autem talem rationem *dicto cap. 3. nu. 4.* his verbis, quæ vt iacent refero, vt eius doctrina magis appareat, & in quo etiam a nobis differat, & in quo noſtram doctrinam confirmat magis dignoſcatur; ait ergo dicendum igitur eſt ſuſpicionem hanc ex iniuria Sacramento illata ortum habere: non tamē ex quauis iniuria hoc dignoſci, ſed ex illa, quæ fit Sacramento ex
40 ipſius Sacramenti ſubſtantia, qualis eſt quæ materiam, ſeu formam Sacramenti, aut ad illud ex parte pœnitentis neceſſariam diſpoſitionem tollit; per hoc enim Sacramenti ſubſtantia euertitur. Vnde non eſt ſuſpectus qui pœnitentię Sacramentum in peccato ſcandaloſo exiſtens miniſtrat; cum adhuc eſſentialis, ſubſtantialiſq; Sacramenti materia
41 integra maneat; erit autem ſuſpectus ſollicitans in confeſsione ad venerem; quia neceſſariam peccati deteſtationem penitus aufert, quæ ad Sacramenti integritatem neceſſario exigitur. Huc vſque Souſa. Quia tamē adhuc ex hac reſponſione videbat ſe vrgeri maxima difficultate, quod ſcilicet eodem pacto qui ſollicitat ad alia peccata in eodem Sacramento confeſſionis debeat ſubiacere eidem decreto ex eo quod tollit diſpoſitionem pœnitētis ad Sacramentum pœnitentiæ dum pœnitentem ad alia peccata mortalia ſollicitat. Ideo ibidem ſubiungit hæc verba ad aſſignandam
42 diſparitatem. Cur autem hæc ſuſpicio oriatur ex ſolicitatione ad venerem rectè præfati Auctores exponunt oriri ſcilicet ex ſpeciali deformitate, quæ inter libidinem, & hoc Sacramentum reperitur, quam licet ipſi non explicent, in eo poſitam eſſe exiſtimo, quod aduerſetur fœderi, atque vinculo per Sacramēti pœnitentiæ miniſtrationem contracto; efficitur enim confeſsarius, ſicuti *cap. 3.* explicuimus, tanquam pater pœnitentis, cui carnalis commiſtio maximè repugnat, vt patet per analogiam de patre carnali; quę repugnantia, & deformitas in prouocatione ad alia peccata non inuenitur. Huc vſque ratio Souſæ.

43 Sed pace tanti viri non videtur vera hæc eius ratio, nec nodum explicare: non videtur vera quia ſuſpicionem fidei reducit ad ſpiritualem paternitatem; quæ nec vera datur, ſed aliqualis, quia per hoc Sacramentum non contrahitur iſta ſpiritualis affinitas, ſicut per baptiſmum, vel confirmationem, & dato quod contrahatur, non tamen eſt
44 caſus Inquiſitionis ſi confeſſarius extra confeſſionem, & poſt longum tempus, & extra locum confeſſionis ſollicitet filiam ſpiritualem, vel eam carnaliter cognoſcat, vt eſt cōmunis DD. ſententia, & ita aſſerūt *Nauarrus tom. 2. Conſilior. tit. de hæret. conſ. 1. num. 8. & lib. 5. conſ. 2. nu. 1. Graff prima parte lib. 2. cap. 48. nu. 16. Scortia in ſelectis Bul. Epiſtol. 77. theorem. 196. verſ. non eſt tamen, Acūna qu. 5. & ibidem Freitas nu. 51. vbi citat Azeued, & Aegidiū P. de Peyrinis tom. 2. Priuileg. conſt. 4. Greg. 15. §. 5. num. 31. Sanctarellus de hæreſi cap. 44 num. 15. Rodriquez tom. 2. qq. regul. q. 27. art. 2. & alij*; quare non videtur Souſa obtinere intentum, non enim benè ex hoc cap. fundat ſuſpicionē in hæreſi, nec nodum explicat: nam propter eandem rationem filia ſpiritualis ſollicitans confeſſarium, deberet ſuſpecta eſſe in fide, & Inquiſitoribus ſubijci ex vi decreti ſupradicti contra ſollicitantes. nam eadē omnino ſaltem in hoc caſu vrget ratio. Sed hoc *Souſa negat cap. 7. tra. 1.* vbi poſtquam fatetur magnam eſſe difficultatem, an ſit ſuſpecta de fide, nec ne; concludit ſuſpectam
45 non eſſe; ſed ob dubietatem expectandam

ctandam à Summo Pontifice reſpõſionem. facilius ergo, vt puto, ſeſe expediret Souſa, ſi primo diſcurſui firmius hæreret, & noſtro modo explicandi vteretur. Suſpectus enim in fide de facili videtur qui finem Sacramenti alicuius contrario vſu peruerteret. Id quod efficit qui ſollicitat in Sacramento Confeſſionis, cuius primarium, & principale Inſtitutum eſt peccata delere eis, qui poſt baptiſmum naufragium fecere. Id quod in primis non euenit in ſollicitatione in alijs Sacramentis, quod ſiquis vrgeat quod hinc ſequeretur quod quicunque in hoc Sacramento confeſſionis ad alia peccata ſolicitaret, vtique ſuſpectus eſſet in fide, & idem deberet dici de fœmina ſollicitante confeſsarium in actu confeſſionis.

46 Ad hanc inſtantiam Reſpondeo quod aliud hic eſt quærere an ſollicitantes Confeſſarij in Sacramento Confeſſionis ad alia peccata ſint ſuſpecti de fide ex eo quod efficiant iniuriam Sacramento, & per conſequens eorum cognitio pertineat ad Inquiſitores, quod nos hic controuertimus, & aliud eſt an incurrant pœnas bullæ contra Confeſſarios ſolicitãtes ad res venereas. Id quod etiam dici poteſt de fœmina ſollicitante confeſſarium in actu Confeſſionis. Nam vltro concedimus nonniſi ſollicitantes confeſſarios ad venerem in illo decreto contineri (nomine enim actuum inhoneſtorum, ad quos ſollicitantes intelliguntur, nonniſi res venereæ ex communi DD. ſenſu debent intelligi; & ex ipſa etiam bulla patet nonniſi confeſſarios, non autem pœnitentes includi, vt benè probat *Souſa prædictis capitibus nempe* 13. quoad ſolicitantem ad alia peccata, *& cap.* 7. quoad mulierem, quę confeſſarium ſollicitat.

47 Ratio autem quare Pontifex voluerit hoc decretum contra ſollicitantes confeſſarios ad res venereas emittere in promptu eſt Et quidem non eſt quia in alijs caſibus ſupradictis ſollicitationis ad alia ſcelera, vel ſollicitantis mulieris, non detur ſuſpectio, vt videbimus; ſed quia inter hæc crimina de fide ſuſpecta, hæc ſolicitatio ad venerem, quam efficit confeſſarius in confeſſione eſt maximi momenti; & valde periculoſa, & quæ vt plurimum accidere poterat, niſi paſtorali vigilantia pœnis prædicto decreto contentis eis obuiam iretur. Nam vt conſideranti patet cætera crimina poſſunt commodè alibi tractari quam in confeſſione, nec vt plurimum opę fœminea indigent, vt experientia ipſa demonſtrat; ipſa etiam fœmina ſi velit ſollicitare Confeſſarium mille tenet modos extra cnnfeſſionem, &

48 locum confeſſionis; nec ſi tale aliquid proponat Confeſſario: vbicũque id efficiat, timet aliquid à confeſſario; quin immo aptiorẽ locum quam confeſſioni deputatum mulier reperire poteſt. Vafer autem Confeſſarius non niſi confeſſionis tempus, & locum apta reperit ad ſuam inſinuandam prauam libidinem; præſertim ſi aliquod venereum peccatum mulier confiteatur; vnde optimam, ſeu potius peſſimã captare poſſit occaſionem, quod alioqui commodè efficere non poſſet Confeſſarius ob viri vel parentum, vel conſanguineorum mulieris metum; ſi quid non talis farinæ fœminæ proponeret. Id quod etiã videtur colligi ex eo quod in alijs Bullis ante *Greg. XV.* ex probabili

49 ſententia non includebantur ſollicitantes pueros; quamuis modo ex communi ſententia includantur, vt omnino præcludatur ianua ſollicitationibus ad turpia, quam rationẽ partim attingit doctiſsimus *Diana tract.* 5. *par.* 4. *Reſol.* 16. qui tamen addit

addit *loco citat. Resol.* 33. *Paulum V. Die 6. Februarij anno* 1619. decreuisse expresè Confessarios sollicitantes pueros: inclusos esse in Bullis, & per consequens denunciandos; vnde modo non censet probabilem illam sententiam. quod alijs remitto.

50 Adde quod est maxima differentia inter mulierem, & Confessarium sollicitantem, nam fœmina accedens animo sollicitandi, non habet animum veræ Confessionis emittendæ; contrarium tamen accidit ex parte Confessarij ad vtrunque parati, nēpe ad absoluendū pœnitētem nisi iuxta desiderium accidat pœnitentis confessio, & illaqueandū magis si pœnitens peccatum aperiat; vnde arripere possit occasionem confessarius. Et quamuis post bullam *Gregorij XV.* includantur tum confessionarium, seu locus, in quo audiri solent Confessiones etiam non confessione sequuta, & tempus immediatè ante, vel post Confessionem adhoc, vt in prædi-

51 ctæ Bullæ pœnas incurratur. Attamen negari non potest, quod precipua iniuria, quæ attenditur est sollicitatio facta in actu Confessionis, quæ ab alijs Pontificibus ante *Gregorium XV.* considetata fuit. cæteræ vero circunstantiæ à Gregorio XV. additæ per respectum ad ipsum actum Confessionis Sacramentariæ sumunt suam malitiam, & suspicionem in fide maiorem, vel minorem; quo magis, vel minus attinent ad ipsam confessionem.

52 Quod autem tum sollicitatio ad alia crimina, quam posset efficere in Confessione Confessarius, tum sollicitatio à fœmina proueniens inducat suspicionem de hæresi, primum probatur ex *Penna in director. Inquisitor. parte secunda comment.* 81 *Lælio Zecchio in summa tomo primo tractat. de fide capit.* 11. *num.* 5. §. *tertia suspicio, & Moura opusc.* 1. *de de incantat. section.* 3. *cap.* 3. *num.* 17. vbi considerans, ponderansque verba bullæ *ad actus inhonestos, & illicitos.* subdit. *Ego rationabilius puto illicitos ampliare ad illicitos in omni materia*: sentit nimirum quod tum sollicitatio in Confessione ad Ve-

53 nerem, tum ad alia crimina sit subiecta his pœnis bullæ; vnde saltem colligitur quod à simili ratione suspicionem inducant in fide. secundum probatur ex *Paramo relato à prædicto Moura loco citato num.* 15. vbi ait quod Paramus tenet fœminam sollicitantem Confessorem incurrere suspicionem hæresis, eāque vt Confessarium ab Inquisitoribus penè subijciendam. Præterquam quod colligi optimè potest ex ijs, quæ nouissimè adducit *Alphonsus de Leone de officio, & potestate Confessarij recollect.* 22. vbi post enumeratos 34. casus, qui expresè continentur in Edictis Inquisitorum alios quinque addit, qui non ita expresse continentur. Quorum primus est Confessariorum reuelantium Confessiones, pro quo citat Praxim *Archiepiscop. Neapolit. cap.* 81. *Menocch. de Arb. lib.* 2. *centur.* 5. *casu* 414. *Hieronymum Campanilem in suo diuersorio Iuris Canon. Rubric.* 11. *c.* 32. *n.* 5. quæ doctrina è sententia accidit, nā cū paulo ante hac eadē Qu. hāc ego sententiā posuissē; tū supradicta ratione ductus, quia scili cet directè opponitur ipsi primario Sacramēti pœnitentiæ fini, in quo delentur, & tegūtur peccata iuxta illud *Psalmi, Beati quorū remissæ sunt iniquitatet, & quorum tecta sunt peccata, &c.* ipse peruersus Cōfessarius peruertit hunc finem, & in lucē prodit quę in eius foro nō sunt amplius peccata. tū etiā ob quotidiana scādala, quæ ex tali reuelatione oriuntur, & quia communis sensus fidelium est quod tale delictū Inqui-

ſitoribus ſubijciatur; vehementer placuit huius accuratiſſimi Auctoris confirmatio, vt ita tutius non meo ſolum fretus iudicio hanc doctrinam quantum in me erit ad praxim reducere valeam.

55 Secundus caſus eſt Miſſas plures abſque legitima cauſa, & approbata vel vnam tantum poſtquam comederit celebrantium. Tertius eſt aſſerentium confeſſionem poſſe fieri per nuntium, aut per litteras *Ex Clement. viij. Decreto.* quartus caſus eſt malè ſentientium de excommunicatione, vel Indulgẽtijs, aut poteſtate Sũmi Põtificis vt dicẽtiũ *Che ſcõmunicatè meglio eſſere ſcommunicato, che cõmunicato all infretta*, quod in Hiſpanico Idiomate eſt, *que deſcommunion mejor es ſer deſcomulgado que comulgado apriſſa, que indulgencias ò que Papa?* quod idem eſt, ac dicere melius eſt in ex ſcommunicationẽ incurrere, quam recipere viaticum cum feſtinatione. Quintus caſus confeſſarij, qui in confeſſione dixerat pœnitenti, vt ſibi reuelet complicem peccati, alias eum non poſſe, vel nolle abſoluere.

Et addit prædictus de Leone, quod licet omnes iſti caſus expreſſe in Edictis Inquiſitorum non mandantur denunciari; tamen implicitè mandantur omnes denunciari, quia omnes iſti, & alij ſimiles caſus reducuntur ad quinque Capita, quę
56 pertinent ad dictum Tribunal nempe ad hæreſim; ad ſuſpicionem hæteſis, ad maleficia, & Incantationes, ad blaſphemiam hæreticalem, ad impedimentum Officij Sanctæ Inquiſitionis; qui caſus ſolent regulariter exponi in dictis Edictis; ſufficit enim quod caſus pertineant ad Officium Sanctæ Inquiſitionis, vt ſit neceſſitas denunciandi eidem officio, quia aliàs non poſſet cognoſcere. Qui vero caſus expreſsè non continentur: ſatis tamen denotantur generalibus Edictorum verbis, & ptimo quidem ibi, vbi poſtquam ſpecialiter exprimuntur ſupradicti caſus ſubijciuntur hæc verba *ò otra qualquier coſa que ſea contra nueſtra Santa Fè Catholica, y lo que tiene predica, y enſenna nueſtra Santa Madre Igleſia Romana.*

Ex qua doctrina ita argumentor:
57 qcod ſi hi caſus à prædicto de Leone proximè relati quamuis expreſsè non contineantur in Edictis ſubijciuntur tamen Inquiſitorum cognitioni, & pęnis ex eo quod reducantur ad aliquod ex prædictis quinque Capitibus proximè relaris; eodem pacto cum ſollicitatio ad alia peccata in confeſſione pari ratione (quamuis non ita turpiter, nec ita frequenter accidat) Sacramenti Confeſſionis finem, & principale Inſtitutum peruertat; cum enim inſtitutum ſit ad delenda peccata, ſollicitans ad peccatum: conuertit ad multiplicanda peccata; debet Inquiſitorum Iuriſdictioni, & pęnis ſubiacere, & idem debet dici de muliere ſollicitante confeſſarium; quamuis putẽ probabilius, non cõtineri his *Pauli V. Pij IV. & Gregor. XV.* Conſtitutionibus contra ſollicitantes in Confeſſione; neque fœminam, quę ſollicitat Confeſſarium in Confeſſione; neque Confeſſarium, qui ſollicitat in Confeſſione ad alia crimina præter Venerem.

58 Ex doctrina poſita, & meis principijs ſequitur etiam quod non ita ſuſpectus ſit in fide ſiquis ſolliciter in alijs Sacramentis ex eo quod non videtur ita primarium aliorum Sacramentorum finem peruertere, ſi tamen excipiamus extremæ vnctionis Sacramentum, quod inſtitutum eſt ad delendas reliquias peccatorum, & Sacramentũ Baptiſmi etiã inſtitutum eſt ad delenda peccata actua-

actualia in homine adulto ante baptiſmum commiſſa; quod Sacramentum baptiſmi ſicut Sacramentum
59 pœnitentiæ ſunt inſtituta ad conferendam primam gratiam, ideſt eam quæ nullam aliam ſupponit in ſubiecto; nam reliqua Sacramenta inſtituta ſunt ad augendam gratiam, & ſupponunt ſuſcipientem conſtitutũ in gratia, nec conferunt primam gratiam primario, & perſe; circa quod (vt ſoluere poſſis obiectionem, quæ in alijs Sacramẽtis effici poſſit) nota quod docet *Bellarm. lib. 1. de Sacram. matr. t. 5. §. quod autẽ ad magiſtri ſententi.* vbi ait, etſi enim omnia Sacramenta gratiam gratum facientẽ cõferãt, & omnis gratia gratum faciẽs vim habeat peccata delendi, & auxilium ad bene viuendum tribuat; tamen quædam Sacramenta inſtituta ſunt principaliter ad adiuuandum in bono, vt Euchariſtia, confirmatio, & ordo; quædam ad peccata delenda, aut vitanda, vt pœnitẽtia, vnctio infirmorum, & matrimonium: quædã vtrumque effectum, vt Baptiſmus, qui cũ ſit noua generatio, includit
60 ſimul vitam gratiæ, & mortem vitiorum. Siquis autem exiſtimet quod quæcunque Sacramẽtorum abuſio per grauem iniuriam, nempe ſollicitationẽ, vel quid ſimile inducat ſuſpicionem in fide, & Inquiſitorum cognitioni ſubiacet: Id quãuis noſtræ ſupra poſitæ doctrinæ magis faueret; nõ tamẽ audeo aſſerere, nec reprobare, ſed Doctiorum Iudicio remitto.

His poſitis ad quæſtionem initio propoſitam reſpondeo quare ſit.

61 Noſtra Concluſio: etiamſi ceſſaret ſpecialis conceſſio de delicto bigamiæ facta Inquiſitoribus; adhuc ipſi procedere poſſent contra bigamos, vel Biuiras, vel ex generali ratione, quam proximè innui, quod ſcilicet quæcunque grauis iniuria facta Sacramento inducat ſuſpicionem in fide, ſi ita generaliter vera ſit hæc doctrina, nam in bigamia reperitur talis iniuria facta Sacramento, & ſub prætextu Sacramenti: vel ex ſpeciali ratione; quia vt ſupra diximus in ſecundo libro iam oſtendimus bigamiam continere factum ex natura ſua inducens ad ſuſpicionem de hæreſi; quandoquidem eſt factum imitans mores peſſimos Maumethanorum, Lutheranorum, & aliorum hæreticorum, vel denique ex ratione tacta in hac quæſtione à nobis, qua probauimus ſolicitationem in confeſſione peruertere primarium finẽ, qui eſt delere peccata, quia eodem modo videtur Bigamiã peruertere
62 primarium finem Sacramenti matrimonij, vt Sacramentum eſt, qui eſt ſignificatio vnionis vnius Chriſti cum vnica Eccleſia; quod apertè habetur ex *Bellarm. lib. 1. de matr. cap. 10.* vbi loquens de finibus matrimonij; addit, quartus denique finis nimirum Sacramentum ſine contro uerſia polygamiæ repugnat, & dico appoſitè matrimonij vt Sacramentum eſt; nam alioqui, vt ſupra diximus primarius finis matrimonij eſt ſuſceptio prolis, quod ſi cæteros fines Sacramenti matrimonij vt Sacramentum eſt attendamus, profectò clarè apparebit huiuſmodi bigamum eius vſum peruertere; nam quod ad vitanda peccata, & remedium concupiſcentiæ, & rectam Inſtuctionem prolis inſtitutum eſt, peruerteretur ad luxuriam explendam, & adulteria committenda, & ad maiora peccata perpetranda, & in detrimentum Inſtitutionis prolis; quæ omnia incommoda ſatis probauimus in primo libro, euenire in Bigamia; quæ omnia ſub prætextu Sacramenti committerentur.

(:) : (:)

QVAESTIO TERTIA.

Quæ probatio debet procedere adhoc, vt capiatur delinquens delicto Bigamiæ, & aliorum.

SVMMARIVM.

1 *REgulariter captura etiã ex cauſa ciuili irrogare ſolet infamiam.*

2 *Experientia fallere neſcit.*

3 *Maximam infamiam irrogat captura pro crimine hæreſis: quapropter Inquiſitores in hoc circunſpectè ſe habent.*

4 *Niſi res ſine dubio ſit, vel perſona vilis.*

5 *Affertur verus ſenſus l. 2. C. de hæret. ibi. leui argumento.*

6 *In alijs criminibus regulariter ad inquirendum debet præcedere delati infamia, ſed in crimine hæreſis ſola ſuſpicio ſufficit.*

7 *Quo pacto procedatur in aliquibus tribunalibus, ſi ſuſpicio ſit de re leui; ſufficienter tamen ad capturam probata.*

8 *Et quid in tali caſu cum religioſis viris.*

9 *Pauper è carcere relaxandus; niſi fide iuſſores præſtare poſſit; ſatis eſt, ſi iuratoriam cautionem præſtet.*

10 *Quæ probatio in hoc crimine requiratur.*

11 *Quot teſtibus crimen vel ſuſpicio probari debet, adhoc vt ſit capturæ locus.*

12 *In crimine hæreſis nunquam proceditur ad capturam, niſi ſint ſufficientia indicia ad torturam.*

13 *Id quod tamen à Iudicis arbitrio debet pendere attentis circunſtantijs, originis familiaritatis, & morum, & cet. tum delati, tum teſtium.*

14 *Extat decretum particulare, quod (carta cortada) vocatur pro Inquiſitionibus Hiſpaniæ.*

15 *In Inquiſitione Siciliæ relinquitur Inquiſitorum arbitrio: an debeat capi delatus dato teſte omni exceptione maiore, & concurrentibus alijs adminiculis.*

16 *Vnus teſtis integer, niſi conditio delati obſtet, ad torturam ſufficit. id quod piè limitat Caſtellæ lex.*

17 *A ſortiori vnus teſtis valebit ad capturam. quod tamen limitatur ex mẽte Baldi.*

18 *Nemo dicit quod vnus teſtis non idoneus ſufficiat ad capturam.*

19 *Si ad vnum teſtem non integrum accedat aliud indicium: is erit ſufficiens ad capturam, ſi conditio delati non obſtet.*

20 *Quid requiritur adhoc vt ſocius crimi nis contra ſocium faciat præſumptionem.*

21 *A captura incipere poteſt Iudex ſecundum aliquos, ſed hæc ſententia non recipitur.*

22 *In alijs delictis parũ refert, quod quis in carcerem deponatur: in hæreſi tamen multum.*

23 *Si depoſitio ſit de Indicijs, vnus teſtis non eſt ſufficiens, ſed duo requiruntur, & duo ſufficient etiam ſi indicium ſit aliquantulum remotum.*

1 SI regulariter captura etiã ex cauſa ciuili irrogare ſolet infamiam vt aduertunt *Bald. in l. ſi clericus C. de Epiſc. aud. & in l. 1. C. de integ. reſt. Alex. in l. 2. in princ. nu. 24. ff. ſol. matr. Iaſ. in l. 4. §. condemnatũ n. 31. ff. de re iud. Neuiz. conſ. 51. n. 3.* quãto magis in hoc hæreſis crimine, in quo experiẽtia, quæ fallere neſcit (vti Ariſtotelẽ reſpondiſſe Alexãdro fertur) & in Iudicialibus eſt optima Magiſtra, & rectè animos Iudicũ dirigit in ve-

2 ritatis ſemitã *tex. elegans in l. legatis 65. §. ornatricibus de leg. 3. c. quam ſit Eccleſiæ in princ. de elect. in 6. & gloſſ. verb. experientia in extrauag. ad conditorẽ Ioan. 22. de verb. ſignificat. Iaſ. in l. qui Romæ 121. n. 26. de verb. Menoch. de recup. rem. l. 22. num. 24. latè*

Au-

*Auguſtinus Barboſa Axio.*88.*num.* 1. *pag.*55.*& loco* 45.*numer.*1.*pag.*318. in quo, inquam, experientia compertum eſt maximam irrogare infamiam, & reſtantur id *Villadieg.de*
3 *hæreti.q.*11.*Simanchas in Enchiridiõ* *tit.*25.*num.* 3. quo fit vt Inquiſitores multum aduertant in examine, an probatio, quæ contra delatum adeſt, ſufficiat ad capturam, quod aduertit *cap.*3.*inſtruct. Abulenſ.& c.* 1.*&* 4.*Inſtruct.Hiſpalen.anni* 1500. *& cap,*3.*Inſtruct. Matriti cap.*73.*& eiuſdem inſtruct.* ſicque ſæpè viros litteris ornatos ad conſulendum in iſtis cauſis electos conſulunt; niſi
4 res ſine dubio ſit, vel perſona vilis, quod & Proceres decreuerunt, vt patet *in cap.* 4. *inſtruct. Matriti.* Ex quibus infertur intellectus *ad l.*2.*C.*
5 *de hæret.ibi leui argumento*, quod illa verba intelligenda ſunt quod ad ſuſpicionem criminis hæreſis leuiores ſufficiunt probationes, vt cautè perſonæ ſic ſuſpectæ viuendi modus, & mores perpendantur, non tamen ad condemnationem, nec ad capturam ſic ſuſpecti ſufficiant; immo quod cum cauſa grauis ſit, vberior, quam in alijs criminibus deſideretur probatio, ita illum textum intelligunt *gloſſ. in verb. vehementem in c. litteras de præſumpt. Innoc. in cap ſicut de ſimo. Ioan. Lopez in allegatio.hæreſ.*§.12.*Thom.Fram. in voto* 3.*num.*2. Confert quod in ſimili dicit *Decius conſ.*175.*in cauſa falſitatis*, vbi exponens ſententia *Domi.in cap. in memoriam* 19. *diſ.* dicentis ſolam ſuſpicionem falſitatis habere pro veritate, quod & tenet *Alex.conſ.*60.*in cauſa accuſat. in* 3. *vol.Lucas de Penna in l. fin.C.de bon. vacan.lib.*10. dicit id procedere, vt de ea inquiri poſſit, non tamen vt de falſitate quis vt conuictus damnari poſſit: aliter tamen *d.l.*2. intelligendam in illis verbis eſſe, curat *Ioan. Fantu.in c.qui de hæret.*24. *qu.* 3. *leui argumento* dicit ipſe, *hoc eſt probabili, & quod de facili apparet.* Alios intellectus refert. *Alberti. in* 6 *c.*1.*quæſt.* 13. *num.* 18. *cum ſequent. de hæret.in* 6. Habet tamen peculiare hoc crimen quod & ſi ad inquirendum ſit regula, quod debeat delati infamia procedere *ca. cum oporteat de accuſ.cap.*1.*eodem tit. in* 6. id in alijs criminibus procedit non in hæreſi, in qua ſola ſuſpicio ſufficit *cap.accuſatus de hæret.in* 6.*ibi; ſi autẽ leuis, & modica ſuſpicio*, & ita tenet ibi *Domi.nu.*2.*Anto.& Arieti.in dicto cap.cum oporteat de accuſat. Matth.de Afflict.in conſtit. Neapol. rubr.* 1.*num.* 58. & licet contrarium ſenſerint *Iulius Clarus, & alij*, quos refert *Diana de officio, & poteſtate Inquiſitorum tract.*8.*reſol.*4. veriſſima tamen eſt ſuprapoſita ſententia, & eam apud *ipſum Dianam* tenet *Sigiſmundus Scaccia de Iudicijs lib.*1.*cap.* 59.*num.*11.

7 Receptum tamen in aliquibus Tribunalibus eſt; quod ſi ſuſpicio eſt de re leui, tamen ſufficienter ad capturam probata; delatus vocatur ad Inquiſitorum Prætorinm. & examinatio præcipitur ei; vt certis diebus, & horis per Iudices ei aſſignatis in illo foro compareat. Et sic ſine graui delati diſpendio cauſa ordinatur, & decidit ur; & hoc cum Religioſis practicari ſolet. Aliquãdo etiam ſi cauſa eſt ad diffinitiuã ſententiam concluſa, & accuſatus non habet criminis ſocios, & integrè confeſſus eſt, nec de eius fuga eſt timor, ſolet datis fideiuſſoribus à carcere relaxari, Et cum religioſis hoc in ſimilibus obſeruatur, vt
8 exiſtentes in ſuo, vel (ſi negotium grauius eſt) in alio conuentu cauſa agitetur, & meritò quia ſic in cauſis leuibus, de quibus tractamus, ita honori ſuo, & Religioni conſulitur, quæ ab Inquiſitorum pendent arbitrio. Eſt tamen aduerten-

dum

dum, quod ſi quis à carcere relaxandus, paupertate oppreſſus, non
9 valeat præſtare fideiuſſores: ſi de fuga non eſt timor; ſufficit quod iuratoriam præſtet cautionem *argu. tex in §. ſed hodie inſtit. de ſatiſdatio. & in Auth. generaliter C. de Epiſcop. & Cleri. & in l. Sancimus C. de verb. ſignificat. & ibi Iaſ. gloſſ. in l. 1. qui ſatiſda. cogan. & ibi Paul. Alex. & Iaſ. & tenet Alber. in l. non eſt veriſimile ff. quod met. cauſa, & ita ſæpè factum eſſe ſcio.*

10 Quæ probatio ad capturam in hoc crimine requiratur, tractant *Ioannes Rojas de hæret. 2. par. num. 16. Villadiego de hæret quæſt. 11. Paramo de origine Officij Sanctæ Inquiſit. lib. 3. quæſt. 10. num. 123 pag. 865. Eymeric. in 3. parte directorij tit. de forma Examinat. teſtium numer. 73. & ibi Franc. Penna comment. 7. pag. 451. §. ergo in hoc articulo littera E. & §. hæc res pag. 452. Zanardus in directo theolo. par. 3. cap. 83. Scaccia de Iudicijs lib. 1. cap. 44. num. 4. & 5. Boerius deciſ. 215. num. 34. vide Acunnam de Confeſſ. ſollicit. quæſt. 4. numer. 27.* & quæ probatio ſufficiat decidere videtur *c. vt officium de hæret. in 6. ibi contra infamatos, vel ſuſpectos, & Clem. 1. §. verum eod. tit. ibi contra ſuſpectos, vel infamatos*, & ſic quod requiritur, quod delatus ſit infamatus, vel ſuſpectus de hæreſi, ita quod ſit talis ſuſpicio, quæ ſit infamiæ æquipollens, quia vna pars alternatiuè alteram declarat iuxta *l. 1. ff.*
11 *de verb. dub.* quod autem teſtibus crimen, vel ſuſpicio probari debeat vt ſit capturæ locus licet *ex c. accuſatio 2. quæſt. 7.* duo vel tres requiri videantur *& ex c. excommunicamus §. Adijcimus* tres vel plures boni teſtimonij viri; quia tamen illa Iura non ſic apertè noſtram decidunt quæſtionem *cum d. cap. accuſatio* de Præſbitero accuſato diſponat in quo ob dignitatem vberior deſideratur probatio, *& d. §. adijcimus* de Inquiſitione generali, & teſtibus Synodalibus loquitur; Mihi valdè placet ſententia *Didaci Cantera*, qui maturè, vt ſui moris eſt ita tenet *in qq. crimin. cap. de probat. per teſtes quæſt. 1. num. 60.* ibi (in crimine hæreſis nunquam proceditur ad capturam, niſi ſint ſufficientia indicia ad
12 torturam, & ſic ſeruatur in Inquiſitionibus Hiſpaniæ,) quod etiam obſeruat *M. Anto. Genuenſis in praxi Archiep. cap. 68. numer. 1.* quos refert, & ſequitur *P. Diana in 4. part. tract. 8. reſolut. 11. de officio, & poteſtat. Inquiſit.* ſed cum nun ſit regula generalis, quæ epicheiam non admittat, dicendum eſt, hoc ſicut plura alia à Iudicum arbitrio pen-
13 dere, qui perpenſis iuris metis deliberare debent, quæ probatio ſit ſufficiens, cum *vt l. 1. ff. de vſur.* ait *eas excedere non licet ijs, qui arbitrium à Iure habent.* In quare re delati origo, & familiaritas, habitatio, & mores; atque qualitas, ac etiam teſtium penſari, & examinari debent, & ſimilia, quæ ſuſpicionem augent, & minuunt *arg. l. fin. C. de accuſa.* & ibi *Salic. idem in l. 2. ff. de exhibi. rei 5. tex in Clem. 1. §. 1. de hæret. Boer. deciſ. 215. num. 34.* & pro nobis Hiſpanis eſt *c. 2. Inſtruct. antiqu. Hiſpal. & capi. 3. inſtruct. Abulenſ. & cap. 4 inſtruct. Matriti.* quod certum eſt, probatio quæ ad torturam eſt ſufficiens, erit ad capturam
14 In Inquiſitionibus noſtris Hiſpaniæ ob decretũ particulare, quod *Carta Cordada* vocatur non carceratur ex vno teſtimonio ſolo teſtis omni exceptione maioris etiam cõ currentibus adminiculis ſine ſummi Conſilij Inquiſitionis conſultatione, vbi attentis circamſtantijs ſi vel ne carcerari debeat delatus, ſtatuitur; in hac vero Inquiſi-
15 tione Siciliæ, vbi aditus ad ſummu Senatum ita difficilis eſt, abitrio

In-

Inquiſitorum relinquitur, qui ſeruatis ſeruandis, & penſatis penſandis adhibitis ſi cauſæ grauitas poſtulet conſultoribus, procedunt.

16 Vnde cum vnus teſtis integer, ni ſi conditio delati obſtat; vt quia egregia perſona ſit ad torturam ſufficiat, ſi apertè de crimine deponat, vt ſentiunt *Bart. in l. maritus num. 1. & in l. 1. §. Idem Cornelio eodem num. 1. ff de quæſt. Baldus in l. bonæ fidei C. de Iur. Iuran. & in l. fin. C. fami. hæreſis, & in conſ. 159. in 1. vol. & 276. vol. 2. & eſt gloſſ. in l. 3. C. ad l. Iul. Maieſ.* communiter recepta teſte *Carr. in pract. num.* 101. & ſentit idem, licet magis pie *Caſtellæ regia l. 3. tit. 30. par. 7. & l. 10. tit. 11. par. 3.* volens idem, ſi tamen delatus ſit vilis vel de crimine alias ſu-

17 ſpectus, vel infamatus. Si igitur regulariter vnus teſtis ſufficit ad torturam; fortius erit idem ad capturam, quod latè explicat *Ioan. à Rojas in tract. de hæreſi in ſecunda part. aſſer. 1. num. 22.* Limitanda eſt tamē hæc aſſertio; ſi aliquæ circumſtantiæ reſiſtant, quia tunc teſtis integer non ſufficit ex mente *Baldi in l. 2. C. quo app. citando Ioan. Andrea in c. cum in contempl. de reg. Iuris*, & ſic Modicus defectus impedit talē effectum; quod & aduertit *idem Baldus in c. Sacramentum de conſuet. rec. feud. Alex. conſ.* 11. *circa primum dubium in* 1. *vol.* & ita & ſi in hæreſis crimine admittantur teſtes minus idonei *C. in fidei fauorem c. accuſatus §. licet vero de hæret. in 6.* vt infra latius dicemus, tamen nullus dicet ad capturam vnum non idoneum ſufficere etiam contra infimū & vilem argumento rationis *gloſſ. in d. l. 3. & in l. etiam matris ff. de probat.* & quæ notant *Ang. in dicta l. 3. Alex. dicto conſ.* 11. *Pariſ. de Sind. in pact. anſtetur fol. mag.* 112. *numer.* 12. *& num. 1. fol.* 1182.

19 Et ſi vnus teſtis non integer ad capturam non probet ſufficienter; ſi vero cum eo aliud indicium, aliquodue adminiculum concurrat, eius fidem vim ſumit, vt ſufficiat, ſi delati conditio, vt quia egregia eſſet perſona non obſtaret, cum & ad torturam talis probatio ſufficiens cenſeatur, vt dicit *Glo. in c. nemini, & ibi Archidiaconus* 15. *quæſt.* 3. *& alia in l. ſi filium, & ibi Bald. C. de libe. cauſarum, Bart. in l.* 1. *§. ſi ſeruus & §. cum quis ff. de quæſt. Ang. & Sal. in l. fin. C. de accuſa. Alex. conſ.* 69. *viſa facti, & conſ.* 132. *in fine in* 2. *vol. & conſ.* 88. *viſo themate in tertio vol. & conſ.* 41. *vol.* 2. *& d. conſ.* 11. *volum.* 1. *& Iaſ. in l. ſi quis ex argentariis §.* 1. *ff. de edend. Idem Bald. apertè conſ.* 95. *in volum.* 1. *Rom. conſ.* 451. *Hippol. conſ.* 113. *num.* 34. *vnde eleganter Carol. Ruinus conſ.* 148. *volu.* 5. *col. penult.* dicens quod ad hoc,

20 vt in criminibus etiā exceptis ſocius contra ſocium criminis faciat præſumptionem requiritur, vt contra illum ſit, alias ſuſpicio aliqua eiuſdem criminis, citat ad id *gloſſ. in d. l. fin. C. de accuſat.* & idem ait *Hippol. conſ.* 22. *num.* 22. Nec obſtat prædictis quod in criminibus non priuilegiatis, in quibus teſtes integri ſolum admittuntur ad plenā probationem, vt dicit *C. forus de verb. ſignificat. l. ſciant cuncti C. de probatio. cum vulgatis*, ad inquirendum vnus teſtis non integer idoneus cenſetur, vt tenet *Bald. in l.* 1. *n.* 5. *C. de ſumma Trinit. & in l. ſeruos c. de teſti.* Alex. *in addit. ab Bart. in l. ſi maritus ff. de quæſt. Fel. in c. ſicut. nu.* 3. *de Simo. & in c. cum dilecti numer.* 14. *de accuſ.* imò & à captura poſſe Iudicem incipere volunt *Ang. in l.*

21 *item apud Iabeonem §. quæſtionem ff. de iniur. Bal. in l.* 2. *C. de ijs qui latro. & in l. conſentaneum num.* 14. *C. quomodo, & quando Iud.* quorum ſententia in hoc non recipitur ſine aliqua cognitione, niſi delictum eſſe

in

in conſpectu Iudicis, vel eius publici Miniſtri tunc factum (quod nos dicimus in fragranti) aſſerunt *Ioan. Andr. in §. ſi Clericus de ſententia excommunicationis in 6. Bal.* ſibi contrarius *in l. quod euitandi num. 2. C. de cond. ob turpem cauſam Feli. in ca. cum non ab homine num. 2. de Iud. Socin. in c. qualiter, & quando in 2. de accuſat. in 2. art. prin. 24. quæſt. & eſt tex. & ibi Bal. & Bart. in l. nullus in carcerem ff. de ex his reis & l. fin. eod. tit. & in l. fin. Cod. de excuſat. rei Iudi. & in l. nemo carcerem C. exacti tribut. lib. 10.* nam huic obiectioni reſpondendum eſt, quod in alijs delictis parum refert quod quis ex eis
22 in carcerem deponatur, in hæreſi tamen multum; cum maximam irroget infamiam ſola captura. Vnde maturius ſuper ea eſt deliberandũ, vberiorque probatio exigenda. Eſt que in eodem themate aduertendum, quod ſi non de ipſo crimine teſtis deponat, ſed de indicijs quod
23 vnus nõ cenſetur idoneus, ſed duo ſunt neceſſarij, qui quamuis indicium ſit aliquantulum remotum, ſufficient arg. eorum, quæ dixit in ſimili caſu *glo. in l. fin. C. fami. hæreſ.* & ibi *Bart. Socin. in conſ. 54. volu. 3. Carol. Ruin. conſ. 7. col. 1. volum. 1. & conſ. 137. eodem vol.* In delicto vero de quo agimus, nempe Bigamiæ ad capturam præcedere debet non ſolũ probatio teſtium duorum matrimoniorum, ſed fides Parochorũ; vt ſuo loco videbimus, & ita aduertit *Diana tract. 7. 4 part. §. nota primo reſolut. 4.*

(:):(:)

QVAESTIO QVARTA.

Quid faciendum quando per teſtes conſtat de duobus matrimonijs; fides vero Parochi deſideratur maximè quando Reus eſt negatiuus.

SVMMARIVM.

1 *QVid agi debet, quando amiſſus eſt liber, in quo adnotari debent matrimonia.*

2 *Parochorum fides plenam facit probationem.*

3 *Parochus tenetur ſub mortali tenere librum in quo adnotentur coniugia, teſtes & cæteræ circunſtantiæ.*

4 *Ad idem tenentur religioſi, qui munus parochi ex priuilegio exequuntur. Et qui de licentia parochi aſſiſtit matrimonio. debet eum admonere, vt adnotet.*

5 *Poteſt dari probatio æquiualens fidei, authenticæ parochi.*

6 *Duo teſtes (dummodo ſint omni exceptione maiores) qui teſtificentur, ſe interfuiſſe celebrationi matrimonij in tali loco: etiam ſi deſideretur fides parochi faciunt plenam probationem.*

7 *Cuius rei affertur ratio.*

8 *Duobus modis euenire poteſt, quod fides parochi deſideretur.*

9 *Etiam ſi fides parochi deſideretur ex eo quod non reperiatur adnotatum coniugium; ſi parochus non obſiſtat videtur poſſe dici; quod ſupradicti duo teſtes plenè probent; præſertim accedente aliqua fama.*

10 *Si teſtes teſtificentur tantum de cohabitatione modo maritali, maior eſt difficultas; quare aliunde requirũtur alia adminicula.*

11 *Si procedatur per probationem amiſſionis inſtrumenti: quid agendum?*

12 *In probatione inſtrumenti deperditi tenore, tria ſeruari debent.*

13 *Si per teſtes probetur amiſſio inſtrumenti:*

menti: ſufficit hoc, vt poſſit dari iuramentum in ſupplementum probationis.

14 *Eadem requiſita ponuntur à Maſcardo.*

15 *Per duos teſtes poteſt probari tenor inſtrumenti.*

16 *Teſtes qui debent deponere de tenore inſtrumenti debent eſſe periti.*

17 *Teſtis qui debet deponere de tenore fidei matrimonij non requiritur neceſſario tam peritus.*

18 *Valide controuertitur an amiſſio inſtrumenti probetur iuramẽto amittentis, & refertur ſententia affirmatiua.*

19 *De forma iuramenti ſeruanda remiſſiuè.*

20 *Alia ſententia, quod amiſſio inſtrumẽti non probetur iuramento amittẽtis.*

21 *Farinacius videtur pro parte negatiua: loquitur tamen cum diſtinctione.*

22 *Notarij procuratores adminiſtratores, & alij huiuſmodi manifeſtis probationibus probare debent amiſſionem inſtrumenti.*

23 *Videtur iuramentum Parochi non ſatis eſſe ad probanaam libri in quo ſolent adnotari coniugia, amiſſionem. Et multo magis ſi de tenore loquamur.*

24 *Et alioqui ad hoc vt probet iuramentũ amittentis, debet concurrere aliqua præſumptio puta combuſtionis alluuionis, &c.*

25 *Et quod agatur de modico præiudicio.*

26 *Auctores qui volunt poſſe probari amiſſionem inſtrumenti per iuramẽtum amittentis non poſſunt intelligi quod loquantur de tenore.*

27 *Fides parochi, & notarij ex ratione fundamentali perpenduntur.*

28 *Sola differentia lapſus memoriæ excogitari poſſet inter dictum, & ſcriptum.*

29 *Præſumptio pro notario prævalet dicto duorum teſtium etiam in cauſa criminali.*

30 *Quando teſtes excedunt numerum duorum, & concludenter deponunt: poteſt procedi contra notarium, & eſt locus Inquiſitioni.*

31 *A fortiori debet prævalere notarius, niſi adſint teſtes in contrarium.*

32 *Prædicta doctrina valet; quod notarius faciat plenam probationem: ſi tamen ſcriptura non ſit amiſſa, ſed exiſtat; contra cuius tenorem teſtes deponunt.*

33 *Iura fauent non ſoli notario, nec ſoli ſcripturæ: ſed ſcripturæ auctoritate notarij fulcitæ.*

34 *Inſtrumentum continet probationem probatam.*

35 *Solum dictum iuratum parochi non ſatis eſt ad faciendam plenam fidem de amiſſione, & tenore fidei matrimonij.*

36 *An iuramentum Parochi cum circumſtantia incendij, alluuionis, &c. valeat ad probationem amiſſionis inſtrumenti remittitur aliorum Iudicio.*

37 *Vltra parochum iurantem requiritur alius teſtis, vel publica fama, ad hoc vt contra bigamum procedi poſſit.*

38 *In cauſis leuibus etiam pœnalibus, ſufficit teſtimonium vnius fide digni: maxime vbi apparet ita expedire.*

39 *In cauſis grauioribus modo non agatur de vltimo ſupplicio, ſufficit vnus teſtis eximiæ auctoritatis, vt Imperator, Papa, Cardinalis.*

40 *Parochus vt Paſtor animarum eſt magnæ auctoritatis: vnde eſt teſtis dignior omni alia exceptione maior, cæteris paribus.*

41 *Commiſſarius fabricæ Sancti Petri ex eo quod habet notulam extractam legati dictæ fabricæ, plenam fidem facit de exiſtentia protocolli teſtamenti.*

42 *Vnius Epiſcopi teſtimonio creditur in foro ſæculari ex priuilegio Imperatoris.*

43 *Ex doctrina Eminentiſſimi Cardinalis Scagliæ colligitur non ſatis eſſe iuramentum parochi ad faciendam plenam probationem.*

44 *Quid agendum, quando delatus de bigamia pertinaciter negat, ſe eſſe illum talem, de quo agitur.*

45 *Reſpondetur argumentis contrarijs ſu prafactis.*

46 *Affertur ratio: quare requiratur etiã inſtrumentum, ad hoc vt plena fides habeatur.*

1 AD tituli explicationem pulchrè facere mihi videtur, quę accuratiſſimè inculcat in quibuſdã doctiſſimis manuſcriptis patrio ſermone editis de praxi ad procedendum in cauſis Sancti Offici *Eminentiſſimus Cardinalis Scaglia*, & benemerentiſſimus Romanæ Inquiſitionis Generalis Inquiſitor, in quibus ait. Accidit aliquando quod ex eo quod amiſſi ſint libri, in quibus ad notare ſolent Parochi matrimonia, haberi non poſſit fides prædicta auctoritate librorum fulcita primi matrimonij contracti ab ipſo reo. In quo caſu ait ipſe adhiberi debet diligentia examinando perſonas, quę interfuere Parochos ipſos; alioſq, teſtes, quibus accidit videre prædictum reum cum tali muliere cohabitare, ac ſi iſte vir, & illa vxor eſſet. Reducitur inſuper in actus, dotis inſtrumentum, & nullus non lapis mouetur, vt benè probetur primum matrimonium, quæ probatio huiuſmodi ſit, vt æquiualeat plenæ fidei, quæ deſideratur.

2 Ex qua Eminentiſſimi Cardinalis doctrina duo eliciuntur: primũ illud eſt, quod ſcilicet talis Parochorum fides plenam faciat probationem, vt benè habetur ex *Bergnin. Maſcard. Lancellotti Galia conſilio ſuo* 15. *numero* 13. vbi addit, quod hodie vanum ſit hoc diſputare, quod latius docet *dicto conſilio numero* 16. & 17. *cum ſequentibus Monald. Conſilio ſuo* 78. *numerr* 6. & 7. *in* 2. & *conſilio ſuo* 42. *numero* 20. & 68. *numero* 26. & 69. *numero* 9. *in* 1. *Viuio deciſ. ſua* 489. *num.* 9. *in* 3. & *Robuſter. in deciſ.* 340. *numer.* 1. *cum ſequenti inter deciſiones nouiſſimas diuerſorum volum.* 1. quos omnes refert, & ſequitur *Nicolaus Genua in tract. de ſcriptura priu. lib.* 5. *quæſt.* 6. quem citat, & ſequitur *Homobonus de bonis de humanæ vitæ ſtatibus part. prima de ſtatu Parochorum, & eorundem obligat fol.* 169. & *loco citato dictus Nicolaus Genua* bene aduertit, quod præceptum *Concilij Tridentini ſeſſ.* 24. *de reformat. matrimonij c.* 1. *ad finem* quod 3 Parochus teneatur habere librum, in quo Coniugia adnotet nomina teſtium; locum, & tempus, obliget ſub peccato mortali; quamuis id concilium non exprimat; & ratio eſt quia agitur de re graui nimirum ad lites vitandas, & vt conſtet Eccleſiæ de matrimonio, ad vitanda alia ſcandala, quæ toties enumerauimus ex duplicato matrimonio prouenientia:

Idem affirmat *Sanchez lib.* 3. *de matrimonio diſp.* 15. qui citat *Henriquez lib.* 11. *de matrimonio capit. ſeptimo numero quarto Manuel.* 1. *tomo ſummæ ſecunda edit. capit.* 217. *in fine*, *Bartholomæum à Ledeſma dub.* 21. *de matrimonio f. l.* 1331. §. *annotatio*, & ibi addit quod ad idem tenentur Religioſi, qui in nouo orbe, vel alibi ex priuilegio fungũtur munere proprij Parochi ex *Veracruce appendice ad ſpeculum dub.* 12. *concluſione* 3. & quod quando aliquis de licentia Ordinarij aſſiſtit matrimonio tenetur Parochum admonere vt ſcribat in libro, vt ſeruetur prædictum Tridentini decretũ. Secũdũ quod deducitur ex eadẽ doctrina Eminẽtiſſimi Cardin. Scaglię eſt; q̃ vtique poſſit dari probatio

batio æquiualens dictæ fidei authẽticæ Parochi, nempe per Teſtes, qui vel de contracto matrimonio teſtificentur eo quod interfuerunt prædicto matrimonio; vel qui de vita maritali habita inter huiuſmodi coniuges, teſtimonium reddant quare vt patet dupliciter ſe habere poſſunt hi teſtes.

Primo modo ſi dicant ſe interfuiſſe contracti matrimonij in tali Ciuitate, Parochia, &c. & in tali caſu nullum dubium videtur eſſe; quod ſi dentur duo teſtes omni exceptione maiores, præſertim vero ſi alter ſit proprius Parochus, quod etiã deſideretur talis fides è libris 6 reddita, ſit plena probatio prædicti matrimonij, & quod contra talem, ſi de ſecundo matrimonio cõſtet, vt contra Bigamum poſſit procedi.

7 Moueor autem, quod cum teſtificatio duorum teſtium, vel trium omni exceptione maiorum in omni grauiſſimo negotio ſit plena probatio, vt alibi probauimus; debet etiam in præſenti caſu eodem pacto haberi. Nec quicquam debet nos mouere quod dicta fides Parochi deſideretur. Nam duobus etiã modis id euenire poteſt, vel quod 8 deſideretur ex eo quod liber, in quo ſolent adnotari coniugia, amiſſus ſit, & in tali caſu nemo eſt, qui non videat quod talis carentia fidei nihil obſtat; nihil enim excipi poteſt ex hoc cap. contra tales teſtes; cum enim amiſſus ſit liber, in quo poteſt ſupponi adſcriptum fuiſſe dictum coniugium, & teſtes affirment tale coniugium contractũ 9 ſi alioqui teſtes ſint exceptione maiores; videtur eorum dicto ſtandũ; vel poteſt deſiderari fides non ex eo quod amiſſus ſit liber, ſed ſimpliciter ex eo quod non reperiatur adnotatum in libro tale coniugium & in hoc caſu audeo affirmare quod (quamuis aliqua adſit ratio dubitandi, præſertim in diligentiſſimo Parocho) niſi Parochus obſiſtat, & neque affirmet; neque neget, quod talis teſtificatio plenè probet vel ſaltem ſi addatur aliquid aliud Indicium iudicio prudentum æquiualens tali fidei carentiæ, vt poſſet eſſe aliqua fama, quod talis Reus cohabitauerit cum tali muliere ad inſtar coniugum.

10 Secundo modo teſtes omni exceptione maiores poſſent deponere de cohabitatione modo maritali, non autem quod interfuerint contracto matrimonio, & in tali caſu reuera maior eſt difficultas, præſertim ſi fides Parochi deſideretur modo prædicto. Et ideo Eminentiſſimus Scaglia aduertit vt omnis adhibeatur diligentia, vt ex omnibus Indicijs, & coniecturis talis probatio formetur, quæ fidei Parochi equiualeat. Id quod me mouet ad maiorem requirendam in hoc caſu probationem eſt, quia benè poſſet accidere quod data opera aliqui in ſtatu concubinatus viuentes, ſimularent vitam maritalem abſque eo quod verum interuenerit coniugiũ indicia autem, & coniecturæ, quæ confirmarent talem probationem: omnino debent prudentis Iudicis arbitrio remitti,

11 Poſſemus autem aliam inire viã probationis: ſi nimirum adhibeantur Teſtes ad amiſſionem inſtrumenti probandam; in quo ad communes regulas aliorum inſtrumentorũ recurrendum.

Poſſe autem inſtrumenti deperditi tenorem probari communiter tenent per teſtes tribus ſeruatis, vt 12 ſcilicet deponant Teſtes actum, ſeu inſtrumentum fuiſſe celebratum, ſcripturam inde confectã, & quod amiſſum fuerit tale inſtrumentum, ſeu tale actum, & ita voluerunt *Barthol. numero decimoquinto, & Caſtrus*

ſtrus num. 14. *in l. Teſtium C. de teſtibus Feli. in c. ſicut numer.* 2. *verſic. vbi ſit, & ſequen. de re iudic.* atque decidit *Oſaſch. in deciſ.* 69. *numer.* 1. Hoc idem tradit *Hippol. Marſil. in repet. rubr. C. de probat. numero* 54. *verſ. tertio limitat Felin. &* 355. *ver. circa ſecundum cum plur. ſequen. Gui. Pap. in conſ.* 75. *poſt num.* 2. *verſ. ideo in illa quæſtione Alba in conſil.* 101. *numero* 7. *Ceph.* 171. *numero* 47. *& in conſ.* 287. *numero* 46. *volum.* 2. *Rui. in conſ.* 178. *numero* 1. *volum.* 1. *Lanfran. de Oria. in tract. de fid. inſtrum. poſt numero* 47. *verſic. quæro vlterius qui ad hoc citat gloſſ. ſingul. in l. ſicut C. de fid. inſtrum.* in qua habetur,

13 quod ſi per teſtes probetur amiſſio inſtrumenti, quod iſtud ſufficiat ad hoc vt poſſit deferri iuramentum inſupplementum probationis, quos omnes citat, & ſequitur *Maſcard. de probat. volum.* 2. *concluſ.* 908. *nume.* 1. & idem aſſerit *Intrig. lib.* 1. *ſuper Bulla, & Prag. de cenſ. qu.* 88. *numero* 1. vbi & ſi loquatur de tenore inſtrumenti Bullaris deperditi; attamen in idem recidit, quod probat *ex tex. in cap. cum olim el primero extra de priuil.* & refert *Barth. in Authentica ſi quis in aliquo numero* 6. *vbi Cagnol. num.* 46. *C. de edend. Affict. deciſ.* 302. *numero* 3. *& deciſ.* 274. *num.* 1. *Baldus in l. ſicut iniquum C. de fid. inſtrument. Angel. in l.* 2. §. *Diuus numero* 1. *ff. de iure fiſci Abb. in capit. Albericus numero* 4. *extra de Teſtibus, & in capit.* 2. *numer.* 11. *verſ. in illis extra de probat. Bald. & Salic. in l.* 1. *C. de fide. Inſtrument. Angel. in l. teſtium in princip. C. de Teſtibus Alexand. conſil.* 596. *colum.* 2. *verſicul non obſtat, quod nonnulli teſtes volum.* 2. *Curt. Iun. Conſil.* 162. *colum. penult. verſicul. Et hic aduertendum cenſeo, Bart. in d. l.* 2. §. *Diuus numero* 4. *ff. de iure fiſci, & quã plures alios*; quos lege apud ipſum Intrigliolum, ſicut & tria requiſita ab Intrigliolo ibidem poſita, quæ in rei ſubſtãtia non differunt ab ijs, quę ponit *Maſcard. loco citato per totum*, quamuis in ordine differant. Nam ſub primo Requiſito Intriglio lus concludit dicta tria Maſcardi Requiſita; alia duo requiſita, quæ ponit Intrigliolus, ponuntur à Ma

14 ſcardo in limitationibus; quamuis diuerſo modo deſcribantur.

Secundum enim requiſitũ, quod ponit Intrigliolus eſt, quod eſt neceſſe probari totum tenorem inſtrumenti deperditi, & omnia requiſita neceſſaria ad perfectionem ipſius. Et tertium requiſitum eſt quod probetur auctoritas Inſtrumenti ſcilicet quod fuerit ſine aliquo vitio falſitatis; quæ duo requiſita ponũtur *à Maſcardo loco cit. in ſecunda limitatione num.* 9. 10. 11. *&* 12. apud quem ſicut apud Intrigliolum reperies cæteras limitationes, & ampliationes eiuſdem doctrinę, & plurimas Auctorum citationes.

Illud autem omitti non poteſt, quod præcisè facit ad rem noſtram ex doctrina *Maſcardi loco citato, & Viuij deciſio. lib.* 1. *deciſ.* 165. *& Mieres de maioratu tom.* 2. *part.* 4. *quæſt.* 20. *num.* 154. *& ſequen.* quod ſcilicet

15 per duos tantum teſtes poſſit probari tenor inſtrumenti iuxta communem ſcribentium traditionem *in Auth. ſi quis in aliquo documento C. de edendis.* quo reſpexit *Bald. in d. l. ſicut iniquum C. de fide inſtrum. Idem Bart. & Angelus in l.* 2. §. *Diuus ad fin. ff. de iur. fiſci, & in l.* 1. *numero* 27. *ff. ſi cert. pet.* & idem aſſerunt iuris Pontificij profeſſores *in d. c. cum olim el primero per illum tex. ex d. priuileg.* de quo etiam meminit *Iaſo. in conſil.* 42. *numer.* 1. *& poſt numer. ſecundum verſ. nam licet dubitatio ſit volum. primo, & Goza. in conſ.* 11. *verſic. quibus non obſtantibus nu.* 6. Totã ſupradictam doctrinã de probatione deperditi inſtrumenti eſt etiam

repe-

reperire apud *Surdum lib. 1. conſil. 109. à numer. 8. & lege Farinacium Prax.crim.par.3 fragment.criminal. par.1. à nu. 222.*

Illud autem obſeruo quaſi communiter apud citatos Auctores, præcipuè vero apud *Surdum loco citat.* 16 *num.13.* quod ſcilicet teſtes huiuſmodi qui debent de tenore amiſſi inſtrumenti deponere, debent eſſe periti, vt poſſint rectè deponere de tali inſtrumentorum veridico tenore, quales eſſent Notarij, vel Iuriſperiti, & huiuſmodi, & citat *Surdus, Barth.in Authentica ſi quis in aliquo nu.6.C.de edend. dicto cap.cum olim de priuileg. & ibi Deci. num.28.* & dicit *Curt. Iun. num. 24.* & citat alios, quos apud ipſum lege. Hoc 17 autem non nimis nos vrget, nam ad teſtificandum de nota coniugij in libro Parochi nulla alia peritia maior requiritur, quam vt teſtis ſciat rectè legere; quare ſi aliũde ſit idoneus, poterit quicunque, qui legere calleat, de tali amiſſione teſtificari.

Illud vero magis me mouet in præſenti caſu, an ſcilicet ſatis ſit iuramentum Parochi aſſerentis librũ, in quo ſolent adnotari coniugia, amiſsum eſse, & in illo libro tale coniugium adnotatũ fuiſse ad probandum primum matrimonium contractum. Ducor autem adhoc quærendum quia valdè controuertitur ex vtraque parte an amiſſio in 18 ſtrumenti, ſeu alterius ſcripturæ probetur iuramento amittentis. Et quidem *Farinacius loco citato* adducit primo pro ſententia affirmatiua magis communiter *Bart. in l. emancipatione num.5.C.de fide inſtrument. per tex.in l.fin.C.eodem, vbi Salyc.nu. 6.& Ioan.Sichard.nu.7.* aduerterunt formam iuramenti, de qua in eo text.eſse omnino ſeruandam quando probatur, ſcripturam quandoque fuiſse penes eum, qui dicit amiſiſſe *gloſſ. Cyn. Bald. & DD. in l. fin. C.de edendo. Ioannes de Selua in trac. de iureiurando p. 2. quæſtio. 1. num.6. Guid.Pap.deciſ.244. Baueria in tract. de virtute Iuramenti n.79 verſ.quinto principaliter. Paulus de Caſtro conſ. 360. lib. 1. Cepoll. cautel. 148. incip. regula eſt Diaz regula 345. in principio Plot.de in lit.iuran.§.16.num.15. alijs relatis per Maſcardum de probat. lib. 1.concluſ. 88. num. 1. & ſequent. & lib.2.concluſ.909.nu. 1. & nu. 14. Seraph.de priuileg.iurament.priuileg. 38.num.1. Vincentium Manc.in tract.de Iurament.part.4. effectu 120. num. 2.*

20 Ex alia vero parte pro ſententia negatiua, quod amiſsio inſtrumenti, ſeu alterius ſcripturæ non probatur iuramento amittentis, ſed debet probari per alias legitimas probationes citat *Felinum in capit. ſicut nobis nu.9. verſ.ſexta declaratio de re iudicata*, vbi dixit ita tenere *Bart. & omnes in d. l. ſi quis ex Argentarijs §.final. ff. de edendis, & benè aduertit Diaz dicta regula 345. verſ. limita tripliciter*, Alios refert *Mancin. in tract.de iuram.par.4. effectu 120.n.2 verſ. Regulariter autem.*

21 Propoſitis autem prædictis auctoritatibus pro vtraque parte: quo ad rem noſtram attinet, videtur ipſe Farinacius eſſe pro parte negatiua, nam loco citato poſtquam dixit *num.209.* quod amiſsio inſtrumẽti, ſeu alterius ſcripturę probatur iuramento amittentis, quando is, qui dicit ſe amiſiſſe, tenetur exhibere inſtrumentum, & ſcripturam ex Iudicis officio, & ex quadam æquitate. Pro qua re citat *Alex. in l.huiuſ modi § ſi ita ſub nu. 4. ff. de legatis 1. Cynum in l.fin.in 2.cppoſitione num.5. de fide inſtrum.* & alios, quos vide apud ipſum. Attamen *numer. 210.* addit quod ſecus exiſtimandum in eo qui inſtrumentum, ſeu ſcripturã exhibere tenetur iure actionis, puta man-

ta mandati, aut alterius obligationis, prout ſunt Notarij procuratores,
22 adminiſtratores, aut alij ſimiles qui ex debito eorum officij tenentur proprias, communes, ſeu alienas ſcripturas cuſtodire, quia tũc amiſſio non iuramento, ſed manifeſtis probationibus probari debet ex *Bart. in l. ſi quis ex argentarijs §. nec hæredi num. 3. verſic. ſi vero probatur, & ibi communiter alijs ſcribentibus ff. de edendo, eſt gloſſ. in l. fin. in verbo Sacramentum in verſic. ſecus in creditore & ibi Bald. num. 8. & Salycet. num. 6. Ioan. Sicherd. nu. 8. C. de fide inſtrum. Marſil. in rubric. de probat. num. 141. & ſequ. Iaſon in l. huiuſmodi §. ſi ita num. 11. in fine verſ. Item quando, & ibi Alex. num. 4. verſ. ſecundus Caſus ff. de legatis primo. Hercul. de negatiua num. 274. Plot. de inlit. iur. §. 26. num. 15. cum alijs pluribus relatis per Fuluium Pacian. de probat. lib. 1. cap. 45. num. 15. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 88. num. 7. & ſequent. & lib. 2. concluſ. 909. numer. 6. in fine, & ſub num. 8. verſ. in alijs, & num. 9. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 37. num. 3. & num. 8. in fine Manc. de Iuramento par. 4. effectu 120. numer. 4. faciunt quæ dixit ipſemet Farinac. ſupra in tit. de falſit. & ſimul quæſtione 154. num. 40. & ſequent.* vbi de notario dicente ſe amiſiſſe protocollum.

23 Ex qua ſententia tot Auctoribus confirmata videtur apertè deduci quod non ſatis ſit Iuramentum Parochi ad probandum libri, in quo ſolent adnotari coniugia, amiſsionem, præſertim vero ſi agamus de probatione tenoris illius notæ, quæ continet fidem primi matrimonij in caſu, in quo hucvſque loquuti ſumus, cum enim Parochus ſit perſona, ad quam ex debito eius officij pertineat cuſtodire huiuſmodi librum, non viderur ex dictis eius iuramentum facere fidem. Et notario in hoc ſimile facit Parochum *Gratianus loco infra citando nu. 41.*

Et confirmatur quia alioqui ad hoc vt ſit ſufficiens amittentis iuramentum ad probandum huiuſmodi amiſſionem inſtrumenti requiritur
24 quod cõcurrat aliqua præſumptio, vt puta combuſtio, Alluuio, Depopulatio, aut quid ſimile: ſecus eſt ſi nulla talis concurrat præſumptio *Bald. in l. fin. nu. 15. ff. de edend. Iaſon in l. huiuſmodi §. ſi ita num. 11. verſ. idem tenet Bald. ff. de legat. 1. Tiraqu. de reuocat. donat. in præfat. numer. 39. verſ. cui finitum eſt, & verſic. nec hic longe abeſt.* quare Iuramentum Parochi non valebit ſaltem in caſu, in quo talis præſumptio non daretur nempe Incendij, Alluuionis, &c.

25 Confirmatur Secundo quia tunc etiam valet iuramentum amittentis quando agitur de modico præiudicio: ſecus ſi de graui *ex Bald. in lege fin. colum final. C. de edendo, & in lege diſſolutè num. 3. C. de condict. ex lege.* In caſu vero noſtro agitur de grauiſsimo præiudicio; vt ex dictis huc vſque videri poteſt; Agitur enim de grauiſſima infamia illius, qui ex tali iuramento ſi valeret, exiſtimaretur bigamus, & vt bigamus puniretur.

26 Confirmatur tertio, quia etiam illi, quos ſupra retulimus dicentes quod valet iuramentum amittentis ad probandam amiſſionem inſtrumenti non videntur poſſe trahi ad hunc ſenſum, quod ſcilicet loquantur quod tale iuramentum ſatis ſit ad probationem tenoris ipſius inſtrumenti verbi gratia quod in inſtumento talis donationis cõtineatur donatio ducentorum aureorum rendalium quolibet anno; ſed ſolum quod valeat ad probandam puram ipſius inſtrumenti amiſſionem, vt ne verbi gratia obligetur exhibere. quare ſummum de obligabitur Parochus ab exhibendo libro ex iuramento quod amiſerit; nõ autem eius ſimplex iuramẽtum valebit

lebit ad probandum contractum matrimonium; quod magis arduum eſt.

27 Ex alia vero parte ſi ex natura ſua rem perpendamus, videtur aliqua poſſe adduci ratio in fauorem huius propoſitionis, quod ſcilicet ſtandum ſit Iuramento Parochi etiã quoad plenam probationem de tenore libri continente coniugium, de quo loquimur; ſicut enim iuramento notarij videtur ſtandum ſi dicat talem, & talem contractum celebratum, & adducat rationes, & veriſimilitudines illius contractus; teſtes etiam qui præſentes fuere tali contractui, nominet; quia tamẽ defuncti ſint, id teſtari non poſſint. Et Ratio videtur eſſe quia cum ſit perſona publica, cuius fidei tot grauiſſima negotia committuntur, nil intereſſe videtur inter eius ſcriptũ, & dictum: præſertim vero ſi veriſimilitudines adducat, & cõiecturas, itaut ex contrarijs coniecturis redargui de falſo non poſſit. nam ſi falſarius re vera eſſet, nonne quotidie huiuſmodi inſtrumenta intexere poſſet? ſicuti ergo eius ſcripto ſtan-

28 dum eſt; dummodo ex certa ratione, vel alijs coniecturis redargui nõ poſſit de falſo; ita etiã videtur eius dicto præſertim iurato ſtandum; ſi de tali, vel tali actu teſtificetur ſi ęedem concurrant circunſtantiæ, & ſola differentia lapſus memoriæ excogitari poſſet inter dictum; & ſcriptum; quod habere locum non videtur quando ita conſtanter notarius de tenore contractus deponeret. Eodem pacto à fortiori videtur ſtandũ dicto Parochi Iurato, qui tanquam Paſtor ſuæ Parochiæ poſitus eſt ad ſuum Gregem regendum, vt verbo, & exemplo præſit; quandoquidem valde alienum à tali Perſonas videtur, vt in re tam graui mentiatur; præſertim poſitis ijſdem circunſtantijs.

Et confirmatur quia vt habet *Gaſp. Ant. theſ. quæſt. Forenſ. lib. primo quæſt. 31.* præſumptio pro Notario

29 prævalet dicto duorum teſtium etiã in cauſa criminali; nam cum in dicta quæſtione propoſuiſſet caſum quod notarius teſtes ſcripſerat abſque aſiſtentia Iudicis, deinde teſtes dicebant non ita depoſuiſſe, & Fiſcus intendebat teſtes punire de falſo, quia eſſent varij, poſtquam multa prædictus Auctor pro vtraque parte adducit. Et quidem pro teſtibus (quod ad rem noſtram etiã facere videtur) quod ille notarius erat ſolus aut in omnem caſum non poteſt valere niſi pro duobus, vt *Abbas in c. cum Ioannes nu. 12. de fide inſtrum.* ipſi vero teſtes ſunt multi; vnde magis erat credẽdum multis, quam paucioribus, & ita dicebatur ſentire *Gloſſ. in l. in exercendis C. de fide inſtrum.* (ex quibus vides quod notarius valet pro duobus teſtibus) tandem reſoluit quæſtione dicens. *Dum ſuper hac quæſt. in Senatu controuerteretur, dicebatur per Dominos veram eſſe communem opinionem quod magis ſit ſtandum notario, quam teſtibus, modo non eſſent plures numero, ſed quando excedunt numerum duorum, & concludenter deponunt, prout quando atteſtationes (quæ ſolent recipi extraiudicialiter ſine iudice, & teſtibus, & non ſubſcribuntur) producuntur: inde iudicialiter fit repetitio, & teſtes dicunt non ita depoſuiſſe; tunc poſſe procedi contra Notarium, & eſſe locũ Inquiſitioni.* Huc vſque prædictus

30 Auctor, & idem dicit *Fa inac. in praxi crim. part. 3. tomo 2. de falſit. & ſimulat. quæſt. 138. part. 3. nu. 209. vbi citat Boſſ. in tit. de falſ. num. 16. in fine, & num. 17.* apud quem in pluribus quæſtionibus antecedẽtibus, & ſubſequẽtibus reperies amplioré doctrinã circa notarij auctoritatẽ.

31 Ex quibus apertè colligi poſſe videtur, & quidem ipſa luce clarius;

quod

quod ſi Notarius in Iudicio contradictorio contra duos teſtes, qui alioqui non habent intereſſe præualere dicitur etiam in cauſa criminali; quanto magis debet ipſe præualere, ſi non adſint teſtes in contrarium, vt in caſu, in quo loquimur; nam quod reus neget mirum non eſt cum contra ipſum agatur, quare idem dici debere de Parocho non eſt dubium.

32 Sed adhuc contra hanc probationem inſtari poſſe videtur quod prædicti Auctores loquantur de Notario non quoad probandum tenorem inſtrumenti plenè; ſi dicatur inſtrumentum iam amiſſum, & ponamus quod non dentur alia adminicula; ſed ſolum quod data ſcriptura, & inſtrumento; quando teſtes deponerent contra tenorem à Notario poſitum; quod in tali caſu præualeat, vt dictum eſt, ipſe Notarius. Atque adeo quod iura non faueant ipſi notario ſoli, nec ſcripturæ ſoli, ſed ſcripturę auctori-

33 tate notarij fulcitæ. Cœterum ſi à ſcriptura, & inſtrumento præſcindamus quod dictum Notarij non pluris valeat, quam dictum vnius teſtis, quod videtur confirmari *ex Menocch. de arbitr. Iud. lib. 2. centur. 2. caſu 105. ànu. 39.* præſertim, vbi ait, *Credo itaque hoc non eſſe Iure definitum, cum in Iure tantum Conſtitutum ſit notarium hanc habere facultatem recipiendi inſtrumenta, quæ magna illa præſumptione adiuuantur, vt vera credantur l. cum præcibus C. de probat. immo dicunt noſtri inſtrumentum continere probationem probatam,*

34 *vt latè aliquando retuli in tract. recuperandæ poſſeſſ. remedio primo numer. 225. non tamen declarant an inſtrumentum, ſeu notarius vices duorum, vel trium teſtium ſuſtineat.*

35 Quare ex hac vltima inſtantia, & alijs ſupra poſitis rationibus pro parte negatiua puto ſuſtineri non poſſe quod ſolum Parochi iuramẽtum ſatis ſit ad faciendam plenam probationem de amiſſione inſtrumenti, & de tenore inſtrumenti amiſſi; quando agitur de præiudicio tertij, ſicuti in caſu noſtro de bigamia; quamuis alioqui Parochus ſit omni exceptione maior; ſicut non ſatis eſſet ſolum notarij iuramentum ad plenam probationem de amiſſione inſtrumenti, & de tenore eius iuſtrumenti. Et ſolum valeret ad ſummum Iuramentum ad probandam amiſſionem; quando vt ſupradictum eſt non eſſet in graue tertij præiudicium, & aliunde daretur valida coniectura, vt Incendij Alluuionis, & depopulationis. Id quod in alia perſona à notario, & conſequenter à Parocho valere, ſupra oſtenſum eſt. An autem Parochi iuramentum cum dicta circun-

36 ſtantia Incendij, Alluuionis, &c. & abſque graui præiudicio tertij valeat, videant Alij; certe contrarium ex dictis videtur colligi. quare vt ad caſum de tenore inſtrumenti reuertam, præter iurantem Parochum; alius teſtis, vel publica fama tale matrimonium contractum eſſe aſſe-

37 rens, omnino requiritur adhoc vt contra bigamum procedi poſſit. Et quod ſufficeret iuramentum Parochi cum publica fama, etiamſi talis fama non haberet omnia requiſita; quæ regulariter afferuntur, vt faciant ſemiplenam ptobationem, mihi videtur poſſe confirmari ex doctrina *Saloníj in ſecundam ſecundæ D. Thom. quæſt. 6. art. 2. prima cõtrouer.* vbi poſtquam quæſiuit an aliquando vnius teſtimonium ſufficiat, tandem in ſecunda concluſione, & eius explicatione hæc habet. *In cauſis leuibus etſi agatur de condemnatione alicuius ſufficit teſtimonium vnius fide*

38 *digni, maximè vbi apparet ita expedire, bonæ gubernationi. ita habet vſus omnium Iudicum, damnant enim ſinden-*

dentes ligna in nemore alieno, vel rapientes vuas ſolo teſtimonio Cuſtodis; aliter non poſſent iſta eſſe tuta. Eadem ratione in cauſis grauioribus ; modo
39 *non agatur de vltimo ſupplicio, ſufficit vnicus teſtis eximiæ auctoritatis, vt Imperator, Papa vel Cardinalis, quia recta ratio dictat vt dicto perſonæ adeò eximiæ non habeatur minor fides, quã dicto duorum, vel trium è media plebe.* Huc vſque Salon. Ex quibus ſaltem videtur colligi, & ex ſupradictis;
40 quod cum Parochus vt paſtor animarum ſit magnæ auctoritatis; quæ etſi non perueniat ad ſupradictam auctoritatem, quod ſaltem cæteris poſitis, ſit maior alio teſte ordinario omni exceptione maiore; ita vt teſtimonium Parochi, qui vincat omnes exceptiones, iunctum cum alia probatione, aliquantiſper ſemiplena minore, faciat plenam fidem ſaltem in iudicio, in quo agitur de pœnis bigamiæ, quæ ſunt citra vltimum ſupplicium.

Et confirmatur ex doctrina *Gratiani diſcept. forenſ. cap.* 468. *num.* 31. vbi agens de commiſſario fabricæ Sancti Petri videtur dicere quod faciat plenam fidem de exiſtentia protocolli teſtamenti; ex eo quod habeat notulam extractam, quia habet in mandatis vt perquirat relicta ad pias cauſas, & illa exigat ab hæ-
41 redibus inſtitutis. vnde concludit prædictus Gratianus, quod erit ei Commiſſario credendum tanquam deſpectantibus vide *Barboſam in collect. DD. lib.* 2. *Decretal. de teſt. & atteſt. titul.* 20. *capitulo quarto in omni negotio per totum ; præſertim vero*
42 *numero* 29. vbi ait quod vnius Epiſcopi teſtimonio creditur in foro ſæculari ex priuilegio ab Imperatore Epiſcopis ob reuerentiam conceſſo, vt habetur in *capite quicunque* 11. *quæſtione prima tenent Marcus Antonius Genuenſis in practica Eccleſiaſtica quæſtione* 678. & *idem Barboſa loco citato numero* 11. ait quod Officiali dicenti nuntiaſſe, vel citaſſe creditur. *Nell. de teſtibus numero* 85. *caſu* 18. *Farinac. in praxi criminal. part.* 2. *de oppoſition. contra perſonas teſtium quæſtion.* 63. *numero* 40. & 41. Id quod etiam ex ſupradicta doctrina *Eminentiſſimi Cardinalis Sceglia* videtur colligi; ait enim quod quando fides authentica ob amiſſionem librorum haberi non poteſt, recurri debet ad examen Parochi, & aliorum teſtium, quod ſi ſatis eſſet Iuramentum Parochi ad plenè probandum tenorem matrimonij, vtique apertè dixiſſet, quod non fecit.

44 Illud etiam *à prædicto Eminentiſſimo loco citat.* animaduertitur quod aliquando accidit, quod Reus pertinaciter neget ſe aliam vxorem habuiſſe; ipſumque non eſſe illum, de quo aſſeritur aliud matrimonium contraxiſſe; & in tali caſu opus eſse vt recognoſcatur talis reus à prima coniuge; quod ſi ab iſta id effici nõ poſsit; quia nimirum abſens, vel mortua; id effici debeat ab alijs perſonis, quæ poſſint de identitate delinquentis facere fidem.

45 Tandem ad huius quæſtionis cõcluſionem reſtat reſpondere ad argumentum allatum in fauorem ſententiæ affirmatiuæ, quod ſcilicet ſatis eſset iuramentum parochi ad probandum tenorem inſtrumenti. nam ad id quod dicebatur, quod fidei Notarij committuntur grauiſſima negotia; quare hinc videtur ſequi quod nulla aſſignari poſſit differentia inter inſtrumentum, & Iuramentum ipſius notarij. Reſpondetur quod cum hoc attendi debeat pœnes ipſa iura poſitiua hanc auctoritatem tribuentia Notario; eodẽ modo cẽſetur auctoritas data: quo Iura ipſa concedunt, Iura autem ipſa videntur ſolum loqui de ſcriptura authẽticata ſubſcriptione

notarij, quare vtrumque à Iuribus attenditur, & auctoritas ipſa notarij & ſcriptum ab illo confectum, & congruum eſt vt etiam ſcriptum requiratur non ſolum ob lapſum memorię, vt in argumento innuitur; verum etiam quia ex varijs conditionibus appoſitis, & circunſtantijs inſtrumenti magis apparet veritas, vel falſitas ipſius inſtrumẽti quod ſi oretenus tantũ referretur contractus ſubſtantia tantum attenderetur, & quam plura omitterentur; & quam plurimos lapſus memoriæ non poſſet iudex non excuſare; quæ circunſtantiæ ſi ſcripto continerentur; vehementer facerent vel ad confirmationem veritatis inſtrumenti, vel ad redarguendum notarium ipſum de falſo. Cæterum ſi ab his Iuribus poſitiuis præſcindamus, non habet notarius maiorem auctoritatem, nec maiorem fidem facit cæteris paribus, ac quilibet teſtis omni exceptione maior. 46

Quæ omnia meo quidem iudicio; niſi aliud me aliquis alius doceat modo ſuo ſupradicto Parocho applicari poſſunt.

QVAESTIO QVINTA.

Quam pœnam incurrant qui ſuo Conſilio inducunt ad binas nuptias. Et qualiter ſint ſuſpecti.

SVMMARIVM.

1 *QVi ſuo Conſilio alios inducit ad binas nuptias maiorẽ inducit ſuſpicionem, quam ipſe contrahens.*

2 *Et ratio eſt quia videtur magis participare de error intellectus.*

3 *Saltem eandem ſuſpicionem, & pœnas incurrit conſulens, ac contrahens.*

4 *Plus punitur conſulens, quam ſi idem ipſe faceret.*

5 *Conſulens tenetur reſarcire damnum ſecutum ex ſuo Conſilio.*

6 *Secus ſi qui fecit ex cõſilio fuiſſet alias facturus.*

7 *Cõſultor poteſt reuocare cõſilium, in quo caſu nõ tenetur, etiamſi delictũ committatur.*

8 *Secus in cõſulente nõ reuocãte.*

9 *Quamuis dubitet an ſuo cõſilio influxerit; tenetur tamen ſecũdum aliquos reſarcire damna.*

10 *Et ratio quam affert Merolla eſt; quia poſſeſſio ſtat pro cõsilio nõ pro cõſulente.*

11 *Conſilium aliquem interficiendi, cuidã aliquis dediſſe videatur, ſi ſtatim ac ab illo diſceſſit, alium interfecit.*

12 *Aequè apta eſt naſci ſuſpicio in caſu bigamiæ, ſiue influat, ſiue non.*

13 *Eſt probabile, quod dubitans an ſuo cõſilio influxerit in furtum, & ſimilia non teneatur ad reſtitutionem.*

14 *Dubitans an ſuo conſilio influxerit in bigamiam; à ſuſpicione nõ liberatur*

15 *Et idem dicitur, etiamſi certo ſciat ſuo conſilio non influxiſſe. quod cum diſtinctione magis declaratur.*

16 *Si religione motus ante delictum perfectum, conſulens reuocauit conſilium ſuſpicione liberatur.*

17 *Id quod verum eſt etiam in ſententia eorum, qui tenent, mandatum reuocatum non influere; ſecus conſilium.*

18 *Sententia auctoris, quod non ſit differentia in hoc inter cõſilium, & mãdatum.*

19 *Redditur ratio eorum, qui tenent conſilium adhuc reuocatum influerem, & diſparitas inter id, & mandatũ.*

20 *Prædicta ratio ſoluitur.*

21 *Cõſiliũ ad malũ nõ potuit habere veras rationes: vnde per cõtrarium conſilium fundatum veris rationibus, dimoueri debet conſultus.*

22 *Ponitur exemplum reuocationis conſilij in caſu occiſionis.*

23 *Contra homicidam inuectio.*

24 *Ferentium iniurias laus.*

25 *Finis Rhetoricæ eſt perſuaſio, etiãſi de facto non perſuadeat.*

Qui

26 *Qui malum consilium exhibuit contra aliquem, debet illum monere, vt sibi caueat.*

27 *Affertur paritas inter consilium, & mandatum, non obstante, quod intellectus sit potentia necessaria, voluntas vero sit potentia libera.*

1 VAlde rationabile videtur, vt qui suo consilio alios inducit ad binas nuptias non solum non minorem, sed etiam maiorem incurrat suspicionem. & ratio in promptu est quia qui praua Cõsilia exhibet magis videtur accedere ad errorẽ mẽtis, quam qui mala opera exequitur. Consiliũ enim ab intellectu prouenit. quare qui scienter consilium exhibet de contrahendo duplici matrimonio, videtur suo intellectu approbare illud pessimum factum; atq; 2 adeò videtur magis participare de errore intellectus, præsertim vero quia non dantur circũstantiæ luxuriæ, vel lucrandæ dotis in cõsulente sicuti dãtur in cõtrahente. Id quod benè aduertit *Moura opusc. 1. de incant. sect. 3. c. 6. n. 11. ibi, immo eò maior quo cõsulere malum magis accedit ad errorem mẽtis, quã illud opere exequi,* & eandem doctrinam amplectitur *Diana* saltem quoad hoc quod non minorem incurrat suspicionem *trac. 7. de pœn. delict. 4. p. Resol. moral. resol. 4. §. notandum est etiam.*

Quod autẽ saltem æqualem in- 3 currat suspicionem consulens, ac exequens, & easdem cõmereatur pœnas *ijdẽ supra citati Auctores Moura, & Diana loco cit.* manifestè asserunt, vbi Moura dicit, & Diana ex illo refert, se in praxi vidisse eadem pœna damnatam matrẽ consulentem filiæ vt secundo nuberet; ac ipsam filiam. Et confirmari potest primo hæc propositio ex doctrina vniuersali quod consulens puniatur eadem pœna delinquentis, vt benè notat *Barbosa in collect. DD. in Clementin. lib. 5. de pœnis titul. 8. Clem. si quis 1. & in libro 5. Decretal. de homicid. voluntar. vel casual. titul. 12. cap. sicut dignum à num. 14.* sed præcise de consulente *num. 31.* in quibus locis citat *Farinac. in praxi criminal. par. 5. quæst. 129. numero 23. cum sequent. Duen. reg. 149. Bernard. regul. 175. in princ. Ayrer. de homic. parte 2. num. 35. Azor. institut. moral. par. 3. libro 2. capitulo 10. Campan. in diuersorio Iuris Canonici Rubric. 11. cap. 23. nu. 79. quinimmo Albert. quæstione 30. num. 61.* loquens de defensoribus hæreticorum, ait quod alibi plus punitur consulens, quam si idem 4 ipse faceret, vt patet in Medico, qui dedit filio poculum venenatum, vt daret patri, nam in hoc casu plus punitur medicus, quam filius *l. 5. ff. de parricid. facit lex vtrum ff. eodem titulo.*

5 Confirmatur secũdo ex eo quod eandem contrahit obligationem re sarciendi damni secuti alicui personæ tam consulens, quam exequens, & licet dicatur quod consilium regulariter non obligat *ex l. nullus ex consilio de reg. Iuris l. 1. in fine man. l. cum pater §. mãdato de leg. 2. leg. consilij cum gloss. de reg. iur.* Attamẽ hoc verum est si ille, qui fecit ex cõsilio, 6 fuisset alias facturus *l. furti §. ope ff. de fur. C. sicut de homicid. Barth. in l. non solum §. si mandato in vlt. colum. verb. quæro vtrum aliqua differentia sit ff. de iniur. & plenè per Bal. in l. 1. in col. in 4. oppo. C. de ser. fug. Cardi. clem. 1. 18. q. de foro Comp.* & facit ad hoc quod dicitur quod consultor homi 7 cidij, vel alterius maleficij potest reuocare consilium dissuadendo ne fiat, & sic non tenebitur si delictum committatur, *Innoc. in c. ad audientiam in l. 6. in verbo item non interest de homic. secundũ Bald. in l. mandatũ iu. fi. Couar. sed hoc incidenter quæro C. mãd.* vbi dicit quod illud reuocatũ

obligat, licet delictum poſtea committatur. Ex quibus infertur quod
8 ſecus erit in conſulente non reuocante; atque adeò ſicut ad damna reſarcienda conſulens obligatur poſt exequentem; quod etiam pari pacto cum exequente ad eaſdem luendas pœnas tenebitur.

Id quod à fortiori ex doctrina illorum Auctorum, qui tenent quod cõſulens homicidium, furtum, &c. quamuis dubitet an ex tali conſilio motus ille fuerit ad id faciendum;
9 quod tamen teneatur ad reſtitutionem. ita *Thomas Sanchez libro 2. de matr diſp.41.num.17.* qui citat *Ananiam cap. ad audientiam num. 10. de homicid. Angel. l.1.in princ.verſ.vltimo eſt videre ff.de eo,per quem factum erit, Hippol.ſing.218. & l.1.§.Diuus ff.de Sicarijs, Bald.l.data opera num. 52. C. qui accuſa. non poſſunt. Decius reg.conſilij 47.num.9.ff.de Regulis iuris Felin.cap.is de officio delegat. num. 13.verſicul.vtrum autem, & ca.ſicut dignum de homicidio num.12.concluſ. 3. Couarr.Clement.ſi furioſus 2.parte §.2.num.1.* lege prædictum Sanches tenent etiam *Ioan.Sanchez in ſelectis diſput.43.num. 14. Leſſius lib.2. cap. 27.dub.3. in fine*, Molina *tomo 3.diſput.736.num. 6. Salas in primam ſecundæ tract.8.diſput.vnica ſectio. 23. num.242. & Alij, quos citat, & ſequitur Merolla tomo 1.diſp.3.cap. 3. Coroll.6 num. 41.* & ratio, quam affert
10 *Merolla loco citat.num.44.* eſt quia cum in dicto caſu nulla ſit poſſeſſio pro conſulente, ſed pro conſilio iniuſto (ex eo principio quod melior ſit conditio poſſidentis,) ſequitur conſulentem teneri reſtituere totum damnum, cuius cauſa fuiſſe præſumitur conſilium datum, quod ex ſe alioqui aptum eſt ad influendum in effectum, & ita eſt aptum influere, vt benè inferatur, quod
11 conſilium aliquem interficiendi, cuidam aliquis dediſſe videatur, ſi ſtatim vt ab illo diſceſſit, alium interfecit. *Bart. & Angel. in l. ſi in ventri §. final. ff. de priui. cred. Bald. in l. 1.col.3.C.de ſer.fugi. in l. multum col. 2. C. ſiqui alt. vel ſibi, Alex. conſ.69. col.2.vol.2. Hippol. Mar.conſ.3. num. 15.vol.1. Aem. Mar. Man.*

Quæ doctrina valdè notanda eſt contra conſulentem, ſeu potius cõſilium dantem de duplici matrimonio, ſi exciperet, quod dubius ſit an ſuo conſilio influxerit in delictum Bigamiæ. quæ etiam excuſatio, vt videbimus, non ad modum fauet conſulenti in ijs delictis, in quibus magis ſuſpicio erroris, & hæreſis attenditur. nam æquè apta eſt talis
12 ſuſpicio naſci ex prauo conſilio, ſiue influat, ſiue non influat deinde in delictum.

Vnde quamuis ſententia, quod ſcilicet dubitans an ſuo Conſilio influxerit in furtum, vel homici-
13 dium, non teneatur reſtituere, ſit probabilis, & eam teneat *Nauarra de reſtitut.lib.3.cap.4.dub.4.num.48. Henriquez lib.14.cap.3.numero quarto Sayrus in Claui Reg.lib.3.tractat.2. cap.8. num. 1. Rebellius part. 1.lib.2. quæſt.14.ſection.2.num.5.& 7. Medina Cod.de reſtit.quæſtio. 7. ante verſ. ſi autem Conſilium, Sylueſter verbo reſtitutio 3. quæſt. 6. dicto ſecundo initio, Villalobos in ſumma tomo 1. tractat. 1. difficult. 20. num. 9. & ſic videtur tenere D. Thom. 2. 2. quæſtione 61. art.7.in fine corporis ibi, tunc ſolum tenetur Conſiliator, aut palpo ad reſtitutionem quãdo probabiliter exiſtimari poteſt quod ex huiuſmodi cauſis fuerit iniuſta acceptatio ſequuta.* Non
14 tamen hinc benè infertur, quod conſilium dans ad Bigamiam etiamſi dubius ſit an influxerit in delictum: ex eo quod alioqui ille paratus erat ſecundum contrahere matrimonium præſcindendo ab omni Conſilio; non ſit ſuſpectus in fide: nam cum in his delictis,

quæ

delictis, quæ pertinent ad hæresim, magis attendatur ad errorem mentis, (cuius erroris suspicio satis probata est per prauum consilium datum) quam ad externum delictum; siue influxerit in delictum; siue non ex prædicta circunstantia, æquè suspectus remanet; & solum hæc sententia illi prodesset quoad non restituendum; si fortè aliquod damnum ex duplicato matrimouio alicui prouenerit.

15 Et idem dicendum videtur etiã si consulens certò sciret se suo consilio non influxisse in delictum Bigamiæ: nam propter eandem rationem videtur æquè suspèctus, quod vt clarius intelligatur, oportet distinguere duplicem casum, nam vel consilium non influxit ex eo quod ille alioqui paratus erat efficere, & contrahere matrimonium, & in hoc casu siue ignorauerit antecedẽter consulens: siue sciuerit voluntatem illius deliberatam, videtur æquè suspectus esse; nam ex se satis superque dando consilium, sufficientem exhibuit sui erroris suspicionem; atque adeo videtur eamdem commereri pœnam, aut paulo mitiorem, ac ipse contrahens. Vel cõsilium non influxit ex eo quod ipse consulens datum consilium statim reuocauit, religione motus, & in hoc casu videtur idem dicendum quod supra diximus *in secundo libro quæst. 3. concluf. 3.* de attentante duplex matrimonium; qui tamen post nonnulla exhibita opera externa, vt instrumentum dotis, & in Ecclesia denunciationes, vltra progredi
16 religione motus desierit; quod nimirum in nostra Inquisitione omni prorsus pœna, & abiuratione liberatur; vt potè qui ante delictum perfectum ex se ipso resipiscens, omnem purgat malitiam, suspicionemque etiam leuem à se remouet. Nam consulens quantum est ex se consilium reuocat, & quærit impedire delictum.

17 Id quod verum esse debet tam in sententia eorum, qui tenẽt, quod mandatum reuocatum non influat, etiam si mandatarius operetur; consilium autem etiam reuocatum influere; si qui consilium accepit, operetur: quam in sententia eorum, qui tenent quod consilium reuocatum minimè influat in delictum, quod consultus perfecit. Et ratio eadem est, quia cum potius hic attendamus ad affectum dantis consilium, & ad errorem ipsius; cum hic reuocet suum consilium, iam quo ad se statim resipiscit. Et id quod externè exhibuit, nempe cõsilium iam retractat. Vnde omnem purgat erroris suspicionem: siue deinde ille, qui consilium petijt, prosequatur delictum; siue non, quod attinet ad nostrum Tribunal parum refert. Et solum in diuersa sententia de consilio reuocato an influat, nec ne debet attendi obligatio restituendi.

18 Cęterum (vt meum iudicium de hoc feram pertransitum, & vno verbo) non magna mihi videtur esse disparitas inter consulentem, & mandantem: nam quamuis aliqui, quos innominatos refert *Emmanuel Sà verb. consilium*, asserant; & ego supra etiam innui: semper consulẽtem teneri de damno suo consilio facto, si non persuasit dum reuocaret; quia verè damni causa est, aliud verò longè esse in mãdato, quod sufficit reuocare: postea enim non potest dici damnum datum ex mandato, pro quo videre est *Nauar. ca. 27. num. 233. de irregularitate loquẽtem. Azor. 3. par. lib. 4. cap. 11. quæsito 4. Lessium in loco cit. dub. 6. nu. 16. Rebell. Mol. Clau. Reg & alios*, quos citat, & sequitur *Bonac. de contract. & restit. in genere disput prima quæst. 2. pun. 6. num. 6.* Et possunt duci hi

Au-

19 Auctores ex eo quod videtur conſilium datum ad huc in eius intellectu vigere, & influere, cui datum eſt; niſi contrarium perſuadeatur. Nam conſultus quod facit non facit, vt exequatur voluntatem conſulentis, illique rem gratam faciat, ſed facit in bonũ, & in gratiam ſui; conſequenter conſulens tenetur ad reſtitutionem. etiam ſi conetur reuocare Conſilium, eo quod non reuocet influxum, quia conſultus ad huc mouetur verbis conſulentis ad damnum inferendum in bonum, & gratiam ſui: Mandatarius vero, quod facit, facit vt exequator voluntatis mandantis: cum autem mandatarius reuocato mandato, non dicatur amplius exequi voluntatem mandantis; ſequitur mandantem reuocando mandatum, nõ teneri ad reſtitutionem damni ſecuti poſt mandati reuocationem; eo quod cenſeatur influxum reuocaſſe, nec damnum videatur ab ei-
20 ius voluntate pendere. Attamen habita ſuper hoc matura conſidera tione mihi videtur optimè ſolui hæc ratio, & benè poteſt dici, quod ſicut reuocari poteſt mandatum; ita etiam reuocari poſſit conſilium. Nam ſicut ideo dicitur reuocatum mandatum, quia qui mandauit ali quid fieri, modo contrarium præcipit; ita debemus dicere, quod conſilium ſatis intelligitur reuocatum ex eo quod qui conſilium dedit, reuocauit; quicquid ſit an qui conſilium accepit proſequatur efficere peruerſum opus ſpreto bono conſilio; & moueor ad hoc dicendum; quia cum conſilium datum,
21 ſit conſilium ad malum, non potuit habere veras rationes, quibus conſultus ita duceretur; ita vt contrarijs rationibus veris, & efficacibus non debeat moueri in contrarium, & deſerere peruerſum opus, quod ad effectum ducere in animo habebat, quod ſi adductis in medium veris rationibus à conſulente conſultus ad ſanam mentem non reducitur, id irrationabiliter, & indebitè efficit, & potius ſicut in gratiam ſui, ita ex proprio conſilio (nam deinde, vt ſuum amplectitur, quod primo datum fuit) ad delictum perpetrandum, quam ex a-
22 lieno conſilio. Et pono exemplum petit quis conſilium an debeat occidere Petrum, qui ipſi alapam impegit, ad reſarciendum honorem; & conſulens dicat, quod omnino debeat occidere; alioquin ſummo in contemptu erit apud omnes; & quod ita ſoleant viri nobiles in tali caſu ſe habere; vnde iniuria affectus ex conſilio dato, ſtatuit omnino Petrum occidere. Si deinde ille, qui conſilium peruerſum dedit, reſipiſcat, & alteri dicat conſilium datũ peſſimum eſſe; nec illi vllo pacto expedire, vt tale ſcelus committat, quod nec Chriſtianum, nec nobilem decet; vnde reſarcire, bone
23 vir, paras honorem, inde ſummum dedecus conſequeris, non eſt, nec Chriſtiani, nec nobilis ſceleſti nomen; & homicidæ conſequi, quid homicida crudelius? quid vilius, turpiuſque quidue pro leui alapa inopinatam mortem reddere; quæ & temporalem vitam auferat, & æternam ponat in diſcrimen: Anne
24 deſiderantur viri nobiliſſimi, qui æquo animo tales tulerint iniurias; nec tamen vllum propter hoc honoris detrimentum paſſi ſint; quin immo ob talem nunquam ſatis laudatam patientiam, ſummo in honore apud omnes habiti ſint. Et alia huiuſmodi inculcet bonus conſultor, quæ ſatis apta ſunt contrariũ perſuadere; ſicut ergo benè dicimus de fine Rethoricæ loquendo,
25 quæ verſatur circa perſuaſionem in deliberatiuo genere; quamuis auditorem non perſuadeat; benè tamen

men ſuum finem conſequi ex eo, quod appoſitè dicat ad perſuadendum, & alter ex ſua duritie, & indebita obſtinatione non ſinit ſe perſuaderi, ita in caſu noſtro dici debet, quod ex propria obſtinatione non ſinit ſe veris rationibus perſuaderi; & ex propria voluntate eligit conſilium ſequi, quod modo ab auctore reprobatum agnoſcit. Nam ita diſcurrere videtur conſultus, qui non vult malum conſilium relinquere, quamuis conſulenti conſilium datum diſpliceat; at mihi ſummopere placet; & quamuis alioqui ſint veræ rationes, quas ipſe modo adducit in contrarium; attamen magis placet contrarium; quod animi mei turbationi cohæret.

Præſertim vero, vt omnes inculcant ſatis ab obligatione reſtituendi videtur liber conſulens, ſi vidēs
26 quod non proficiat apud conſultū; alium admoneat, vt ſibi caueat, contra quem datum eſt prauum cōſilium, quod omnino tenetur facere conſulens. Cæterum ſi ſupradicta doctnina de reuocatioue conſilij dati nō admittatur; neſcio quo pacto excuſari poſſit mandans, quāuis mandatum reuocet; ſi tamen mandatarius perficiat delictum, nā ſemper videtur quod aliqui facturus non eſſet delictum; niſi mandans propoſuiſſet, & quamuis iſte modo reuocet, ille tamen videtur adhuc durare in illa prima voluntatis reſolutione; ad quam inclina-
27 uit mandans. Et diſparitas, quæ poſſet adduci, quod voluntas ſit potentia libera, intellectus ſit potentia neceſſaria nobis etiam fauet nam cum ſupra dixerimus, quod vere rationes ſint ex parte boni conſilij, omnino intellectus debet illas amplecti, niſi ex contrario voluntatis imperio, vt ſibi prauum cō ſilium, vt ſequendum proponat, contrarium ſuadeat: atque adeo totum refunditur in peruerſam huius voluntatem volentis amplecti prauum conſilium. Atque hæc dicta ſatis ſint.

QVAESTIO SEXTA.

An Promotor Fiſcalis teneatur probare cum ſecundum matrimonium fuit contractum, primum permanere, an ſufficiat ſi probet ſimpliciter delatum contraxiſſe ſecundum matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *CONtrouerſum eſt an promotor fiſcalis teneatur probare an ſecundum matrimonium exiſtat, quãdo contrahitur ſecundum.*

2 *Quilibet viuere vſque ad centum annos præſumitur.*

3 *Quandoque curſus vitæ longius fuit.*

4 *Quare ſatis videtur efficere fiſcus, ſi intra dictum ſpatium probet contractum matrimonium primum.*

5 *In rebus magni præiudicij, qui in morte ſe fundat eam probare tenetur, nec fama ſufficit.*

6 *In ſententia aliquorum, quos refert Facchineus reus eſt afficiendus pœna ordinaria ex præſumptionibus, non aliter ac ſi de ipſo crimine plenè conſtaret.*

7 *Secundum alios reus eſt ex dictis præſumptionibus damnandus pœna extraordinaria.*

8 *Promotor fiſcalis cum ſit actor debet ſuam intentionem probare.*

9 *Nil certius; quam tractu temporis vitam mutari. Et plures hodie moriuntur infra quinquaginta annos.*

10 *Ad declarandum eſſe nullum ſecundū matrimonium: requiritur certitudo, & integra probatio, quod primum non erat ſolutum, cum ſecundum fuit contractum.*

Ad

11 *Ad puniendum delictum ius exigit probationes luce meridiana clariores.*

12 *Ex tractatu, & educatione probari potest filiatio.*

13 *Contrarium videtur verius.*

14 *Fundans se in vita alicuius eam probare debet.*

15 *Quod aliquis viuat vsque ad centum annos, non est formalis iuris præsumptio.*

16 *Et si possibile sit quod aliquis viuat, vsque ad centum annos, non tamẽ est verisimile.*

17 *In dubio delictum non debet præsumi; sed satis est, si possit inquiri.*

18 *Inconuenientia, quæ sequerentur, si verum esset, quod promotor fiscalis non deberet probare primum matrimonium.*

19 *Affertur in hoc regula generalis.*

20 *Quæ applicatur in casu bigamiæ, & in casu quo reperiatur cadauer occisi in via, per quam transire solet aliquis ense euaginato.*

21 *Indicium grauissimum est; quo posito aliquod frequentissimè, & facillimè contingat adesse.*

22 *Communiter à DD. affertur distinctio indicij proximi, & remoti.*

23 *Indicium proximum est, quo posito ponitur criminis effectus: & quo remoto illius effectus remouetur.*

24 *Indicium remotum est illud, quod nõ respicit immediate veritatem delicti, sed circumstantias.*

25 *Ex Sousa ambæ nuptiæ probari debent quia agitur de suspicione in fide.*

26 *Et idem confirmatur ex Moura.*

1 COntrouersum esse scio in hoc foro, an Promotor fiscalis teneatur probare cum secundum matrimonium fuit contractum, primũ permanere; an sufficiat, si probet simpliciter delatum duplex contraxisse matrimonium. Partem negatiuam pro Fiscali videtur probare 2 iuris præsumptio, quod ritè cursus sit centum annorum; cum quilibet vsque ad centum annos viuere præsumatur *l. an vsus fructus, quæ est ordine 63. ff. de vsufruct. lega. l. hæreditatem ff. ad leg. falcid. l. fin. versic. & nobis C. de sacrosanct. Ecclesis Intrigl. lib primo super bulla, & prag. dẽ censibus quæst. 39. num. 11. Card. in Clẽ. prima de rebus Eccles. non alien. & in spec. de probatio. §. 1. versicul. quid si testes*, quandoque longiòr fuit, vt 3 legitur de Abbate Colma, qui vixit annis centum, & viginti *in authen. de Mona. §. si vero intra 48. distinc. cap fin.* & plenius per *Plinium lib. 7.* Rationem docet *Crinitus lib. 7. de honẽst. discipli. cap. 9.* sumpta cõ iectura ex pondere dragmatum humani cordis, & sic cum fiscalis probet primum contractum matrimoniũ; illi contrahentes præsumuntur 4 vsque ad centum annos viuere, quę præsumptio eum excusat ab onere probandi *gloss. in capitulo ferrum 50. distin. Bald. in Rubrica de præsumption. numero 1. Abbas in capit. scribam num. 2. eodem tit.* Præterea in rebus magni prẹiudicij, qui 5 in morte se fundat, eam probare tenetur, nec fama sufficit *glos. in 5. functa in l. si quidem C. solut. matri. & ibi Cyn. Barth. in l. 2. §. si dubitetur num. 1. ff. quæmad. testa. aperi. & in l. 15. potest num. 15. ff. de acq. hæred. & in tracta. testimonio. num. 38. Ang. in d. l. si quidem, & in d. §. si dubitetur Bald. in l. ex persona numero 2. C. de probat. Abbas loquens in nostro casu in cap. quoniam §. porro num. 12. vt lit. non contest. Capell. Tolosa. decis. 313. Gul. de Eug. in l. omnibus ex quibus cau. maior in d. l. fin. & sup. verbo pater el primero vers. 7.* Igitur cum Promotor Fiscalis suam intentionem Iuris præsumptione probatam habeat, qui in morte suam exceptionem, & defensionem fundat, eam probare debet. Præsertim vero, quia non desunt, qui teneant, vt refert *Facchineus lib. 1. cap. 29. Iuris*

controuerſ. reum afficiendum pœna ordinaria ex præſumptionibus non
6 aliter ac ſide ipſo crimine plenè cõ ſtaret; & mouentur potiſſimum tribus iuris ciuilis legibus *l. ſi qui adulterij C. ad l. Iuliam de Adulterijs lib.* 1. *C. ad leg. Corneliam de ſicarijs, l. ſi non conuitij C. de iniurijs*. Vel ſaltem aliqui tenent quod ex præſumptionibus, & argumentis Reus ſit damnan
7 dus pœna extraordinaria, & fundamentum huius ſententiæ eſt poſitum in nonnullis iuris Canonici locis, quibus probatur propter præſumptiones, ac ſuſpiciones reum eſſe puniendum aliqua leuiori pœna *vt in c. accedens de accuſatoribus, in capit. ſignificaſti de adulterijs, in capit. litteras* §. *pen. & in capit aſſerte de præſumptionibus in capit. de hoc de ſimonia*; *& in capit. contumacia de hæreticis in ſexto*. Iſtis tamen non obſtantibus.

8 Contraria ſententia videtur verior, & quia cum Promotor Fiſcalis agat, ſuam intentionem probare debet *vulgata l. Actor, & l. fin. C. de probat. l.* 2. *ff. eodem l. qui accuſare C. de edend.* Præterea in ijs, quæ tractu mutantur temporis, non datur in noſtro iure vniſormis præſumptio *gloſſ. in verb. comprobatum in l. ſi minorem C. de integra reſtitut. mino. vbi Bald. nume.* 4. *id*
9 *notat*; ſed quid certius quam tractu temporis vitam mutari; præſertim quia plures hodie moriuntur infra annos quinquaginta *Cardin. vbi ſupra per l.* 1. *C. qui æta. lib.* 10. & vita allegata debet probari, cum non præſumatur ex præterito *Bald. in capit. ex tenore de teſtibus*, & *Barthol. in l. ſi quidem in prima quæſt. C. ſolut. matri.*

10 Eſt vlterius pro hac parte *capit. ſecundo de ſec. nupt.* vbi ad declarandum eſſe nullum ſecundum matrimonium: requiritur certitudo, & integra probatio, quod primum non erat ſolutum, cum ſecundum fuit contractum. Si igitur ibi ad euitandum adulterium, & ſedandas contrahentium conſcientias exigitur, quod ſit certum ſecundum eſſe contractum, primo matrimonio permanente; cum in dubio tutior ſit eligenda pars, quanto magis id erit neceſſarium ad puniendum crimen, in quo ius exigit probationes luce meridiana clariores *l. vl. C. de probat. &*
11 neceſsè eſt, vt quis confeſſus, vel cõuictus ſit ad hoc vt condemnari poſſit *l. qui ſententiam C. de pœnis*. Et nemo ex ſuſpicionibus damnandus eſt *l. abſentẽm ff. de pœnis*. Et quãuis ex eo quod ex tractatu, & educatione probari filiationem reſpon
12 derint *Antonius Butrius in ca. tranſmiſſa Colum. tertia qui filij ſint legitimi*. *Decius in conſil.* 54. *Pariſius in cag ſil.* 10. *numero* 110. *lib. ſecundo Crauetta in conſil.* 249. *numero* 2. *Cardinalis Paleotus de natis, & ſpurijs cap.* 22. *numero* 5. *Alba in conſil.* 83. *Purpuratus in conſil.* 559. *lib.* 2. *Cephalus in conſil.* 137. *numero* 44. *lib.* 1. *Couarr. de ſponſal. par.* 2. *cap.* 8. §. 3. *nnmero ſeſto Menocch. de arbitr. iudicum caſu* 89. *num.* 70. *& de præſumpt. lib.* 6. *cap.* 33. *num.* 22. colligi poſſit quod etiam ſatis ſuperque conſtet de primo matrimonio, ſi contractum eſſe ſciatur; morte autem ſolutum non conſtet. Attamẽ tum quia hoc conuincere non videtur prædicta paritas; tũ etiam quia contrariam ſententiam ſecuti fuere
13 *Bald. in conſ.* 180. *Mornia lib.* 3. *& in capit perpetuas de probat. & in c. non ignorant C. qui accuſare non poſſunt, vbi & Petrus, & Cynus Albericus, & Salycetus, Iaſon. in l. neque profeſſio C. de teſtam. & in conſil.* 120. *lib.* 4. *Caſtrenſis in conſil.* 434. *non procul à principio lib.* 5. *Decius in conſil.* 321. *Alciatus Reg.* 3. *præſumpt.* 38. *& in conſil.* 301. 533. 614.

Berous in consil. 158. *numero* 4. 5. *lib.* 2, *Cephalus in consil.* 82. *num.* 48. *lib.* 1. *Rolandus à Valle in cons.* 49. *n.* 48. *lib.* 4. videtur potius argumentum à fortiori deduci posse, quod cum filiatio ex tractatu, & educatione deduci non possit, quod multo minus ad huc durare primum matrimonium ex eo quod vita præsumatur, est enim maius indiciũ tractatus; & educatio ad inducendã filiationem; quæ difficilem à non patre exhibetur; quã sit vita præterita ad inducẽdã præsentẽ; cum nil fragilius humana vita reperiri possit.

14 Tertio fundans se in vita alicuius eam probare debet, nec ei suffragatur, seu eum excusat ab hac probatione, quod quis viuere præsumitur vsque ad centum annns *l. spadonem* §. *qui absolutus ff. de excusat. tutо. tenet Bart. in d. l. siquidem nume.* 1. *post glo. ibi*, & denique hanc vltimam sententiam tenet *Bart. numer.* 1. *& Socin. in l. si inter ff. de reb. dub.* quos sequitur loquens in nostro casu *Gregor. Lopez in l. fin. tit.* 17. *per* 7. *gloss. fin. in fin.* eamque suo tempore in praxi receptam fuisse etiam per Dominos Proceres.

15 Nec obstat præcipuum aduersæ sententiæ fundamentum, quod vita præsumatur durare vsque ad centũ annos; cum illa non sit formalis iuris præsumptio, sed quædam leuis suspicio quod ad plurimum vita vsque ad centum annos extenditur iuxta illud *Ecclesiast. ca.* 18. *numerus dierum hominum vt multum centum anni.* vnde dixit *Decius in l. emancipati C. de colla.* quod & si possibile

16 sit quem vsque ad centum viuere annos, non tamen est verisimile, & sic quelibet alia suspicio hanc elidit, vt post *Bart. & alios notat Alciatus de Præsumpt. reg. prima præsumpt.* 44. Vnde cum ex contractu secundi matrimonij præsumatur primum esse solutum, ne in dubio delictum

17 præsumamus hac præsumptione altera elidetur, satisque erit si ex præsumptione prima possit inquiri cũ de secundo constat matrimonio, an cum secundum fuit contractum primum permaneret. Nec *d. l. hæreditarium*, quæ principem obtinet locum in hoc argumẽto præsumptionis vitæ multum vrget, cum in sola legis falcidiæ ratione, non alijs quę stionibus seruanda est *secundũ Alex. n.* 6. *l. a si nu.* 11. *in l. eum qui ita §. qui ita stipulatur ff. de verb. oblig.*

18 Quarto suadent hoc apertissimè in conuenientia, quæ ex tali præsumptione prouenirent, de facili enim cuiusque nomen, qui secundum matrimonium contraheret, deferri posset; atque adeo posset Promotor Fiscalis quemlibet secundo contrahentem prosequi, & onus cõtrarium probandi, nempe primũ cõiugẽ defunctum, relinquere delato, & idẽ posset efficere accusator, seu denunciator; vnde cuiusq; secundo cõiugati fama quotidie periclitare

19 tur; Hinc mihi videtur ad ampliorẽ doctrinã regula quasi generalis assignari posse (quæ valet quanti valet) vt quoties aliquod Indiciũ non est aptum ex se immediatè ferre in delictum, sed in aliam circũstantiã, qua tamen posita infertur delictũ; quod tunc onus probandi, quod ex illo indicio prouenerit, illa circunstantia incũbat Fisco, si vero ex indicio immediatè prouenia tur in delictũ; quod tunc contrarium probandi onus incumbat Reo, vt in presenti casu ex vita præterita præsumitur præsens primi coniugis; quia tamen vita præsens primi coniugis non est delictum; si tamen daretur vita præsens primi coniugis inferretur delictum Bigamiæ alterius coniugis secũdo contrahentis. Ideo si agatur de probanda vita præsente ex præterita primi coniugis; hoc onus incũbit fisco; si vero ageretur

de

de probando delicto bigamiæ ex vi ta præsente primi coniugis; contra rium probare incumbit reo; nempe quod secundum matrimonium cõtractum sit ex credulitate mortis primi coniugis. Ita etiam si inuen-
20 tum fuerit in aliqua via cadauer occisi, si Fiscus velit probare contra Petrum quid illum occiderit ex indicio grauissimo quod ense euaginato transierit per eãdem viã, eadẽ hora quando recẽs apparuit vulnus si hoc indicium grauissimum Fiscus colligat ex eo, quod soleat semper Petrus eadem hora per illam viã ense euaginato transire: in hoc casu dico, quod ad Fiscum pertineat probare, quod eadem hora transierit etiam illo die ense euaginato, si velit tanquã ex indicio grauissimo procedere ad probationẽ delicti; si verò Fiscus iam probatum habeat, quod eodem die, & eadẽ hora transierit per illã viã euaginato ense; tunc etiã Petro incũbet probare; quod soleat ita transire ad sui defensionẽ ex eo, quod soleant in tali via sæpe sępius latrocinia exerceri, & aliæ circunstantiæ addduci, quæ illũ excusent: Et appositè dixi si velit procedere tanquã ex indicio grauissimo, quod Indicium grauissimum velit probare ex indicio remoto, & alijs circunstantijs. Est autem indicium grauis-
21 simum, vt describit *Farin. loco infra citãdo nu.* 56. *&* 57. quo posito aliquid frequẽtissimè, & facillimè cõtingat adesse: nam secus dicẽdũ est si ex ipso indicio remoto tanquã remoto velit probare delictum; nam cũ hoc indiciũ ex natura sua sit etiã remotè aptũ ad probãdum delictũ, posset illo vti Fiscus immediatè ad probandum delictum, non autẽ ad probandum indicium grauissimum nam sicut vtitur illo indicio ad probandum delictum, ita posset vti ad probandum indiciũ grauissimũ. Vnde non fallit nostra regula.

Et quidem nostra Regula supponit doctrinam de indicio proximo, & remoto, quorum descriptionẽ affert *Farinac. de indicijs, & tortura q.* 36. *à n.* 44. vbi ait quod per DD. cõmuniter affertur distinctio Indicio-
1 rum, quod aliud est proximum, & aliud remotum, vt in specie per *Frãciscum Cason. in tract. de Indicijs in*
22 *præmissis cap.* 7. *nu.* 6. *Nouell in pract. Criminal. in principio in Rubr. indicia quæ procedere debeant post nume.* 34. *in fine in figura indiciorum fol. mihi* 29. *& fol.* 30. *Osasc. decis. pedem.* 79. *nu.* 11. *Ioseph. Ludouicus in suis communibus opinionibus conclus.* 45. *vers. animaduertendo quod duplex, Franc. Bec. cons.* 67 *numero* 10. *volum.* 1. & vbique passim DD. indicium pro-
23 ximum dicitur, quo posito ponitur criminis effectus, & quo remoto, illius effectus remouetur, vt per *Pan. & Cæpo.* in locis allegatis per *Nouell. vbi supra numero* 38. vel sic indicium proximum est illud, quod tangit negotium, & ipsum delictũ, vt per *Cason. vbi supra nu.* 7. *Blanch. in simili tract. de Indicijs numer.* 47. *Ioseph Ludouicus d. conclusione* 45. *vers. Indicium propinquum est*; vel sic indicium proximum est illud, quod respicit veritatem rei, & delicti persensum visus, vel Auditus, iuxta subiectam materiam; & alias, vt pulchrè exemplificat *Osasc. d. decis. Pedem. nu.* 15. *Franc. Bec. d. consil.* 67. *nu.* 10. Indicium vero remotum
24 est illud quod non respicit immediatè veritatem delicti, sed circumstãtias *d. decis. Pedem.* 79. *eodem numer.* 15. *in fine, Bec. d. numer.* 10. vel sic indicium remotum est illud, quod nõ tangit negotium vt per *Blanch Frãcisc. Cason. Ioseph. Ludouicum in locis super allegatis, & Paulum Granut. Theorem,* 23. *num.* 9.

Cõcludã tamen hoc caput cũ eo quod affert *Sousa lib.* 1. *c.* 35. *n.* 21. *&* 22. vbi satis appositè ad tẽ nostram

ait quod cum contrahentes binas nuptias ex hoc de iuriſdictione Inquiſitorum efficiantur, reddanturque ſuſpecti de fide; neceſſe eſt
25 quod ambæ nuptiæ ſufficienter probentur; ſicut antequam probetur adulterium debet probari matrimonium *Maſcard. to. 1. concl. 18. n. 1. & ſequ. Bziard. ad Clarum §. adulterium n. 43. Farin. in praxi q. 141. nu. 107.* quomodo autem debeat eſſe probatio ſufficiens dicit *numero 22.*
26 Et quod dicit *Moura de Enſalmis opuſc. 1 ſect. 3. c. 6. nu. 11.* his verbis, quibus hanc quæſtionem aptè reſoluit. *De vita tamen prioris Coniugis apud nos ex praxi, & conſtitutionibus debet conſtare legitimis documẽtis, diuerſis ab illis iuris præſumptionibus, quibus ipſum modo præſumit hominem viuere per viginti, modo per plures, modo per centum annos.*

QVAESTIO SEPTIMA.

De tortura contrahentibus binas nuptias inferenda; vel non.

SVMMARIVM.

1 *TOrmentum dupliciter accipitur.*
2 *Aliud eſt, quoad puuitionem aliud eſt, quoad e uendam veritatẽ.*
3 *Tormenta ſunt efficaciſſima remedia ad veritatis cognitionem.*
4 *Sententia Ciceronis circa id affertur.*
5 *Plerunque nocentes fateri veritatem ſolent innocentes vero negare.*
6 *Tormentorum varia ſunt genera, & enumerantur.*
7 *Tortura eſt remedium, & ſubſidium ad eruendam veritatem.*
8 *Quando aliunde veritas haberi poteſt non eſt ad torturam deueniendum.*
9 *Expenditur L. edictum ff. de quæſtion.*
10 *Non in omnibus delictis, ſed in grauibus tortura adhibenda eſt.*
11 *In quibus agitur de pœna corporali nõ vero de pœna pecuniaria.*
12 *Sententia Zanardi expenditur, & reicitur.*
13 *Iudex indebite torquens aliquem pœnam capitalem meretur.*
14 *Tortura maior pœna eſt ſecundum aliquos quam vtriuſque manus abſciſio.*
15 *Pœna corporalis quamuis minima maior eſt qualibet pœna pecuniaria.*
16 *Si in talibus tortura adhiberetur ſequeretur magna abſurda, & referuntur.*
17 *Ad torturam inflixendam neceſſe eſt, vt delictum, maiorem pœnam quã tortura eſt, mereatur.*
18 *In Regno Neapolis non imponitur tortura niſi in delictis à relegatione ſupra.*
19 *Tortura regulariter in omnibus cauſis inferri poteſt in quibus non reperitur contrarium a iure diſpoſitum.*
20 *Proponitur difficultas torquendi reos in crimine Bigamiæ, & reſoluitur.*
21 *Inſtantia contra ſententiam Eminentiſſimi Card. Scaglia, & reſpondetur pro Eminentiſſimo.*
22 *Proponitur difficultas circa varios inquiſitionum viſus.*
23 *Reſpondetur primæ difficultati ex vſu Romanæ Inquiſitionis.*
24 *Ratio quare in Romana Inquiſitione attentantes Bigamiæ delictum torqueantur.*
25 *Ratio quare ĩ noſtra Hiſpanica Inquiſitione non torquentur regulariter Bigami, quamuis pœnis corporalibus grauibus plectantur.*
26 *In Romana Inquiſitione Bigami ex genere ſuo ſunt ſuſpecti de vehementi in Hiſpanica non niſi per accidens, aliquid aliud cõtra reũ inueniatur.*
27 *Attentatio delicti Bigamiæ poteſt peruenire ex deprauata intentione in Hæreſi.*
28 *Pœnæ fuſtigationis & triremium impoſitæ Bigamis ab Inquiſitoribus mutuatæ ſunt ex iure communi.*
29 *Ad Probandum corpus delicti in Bigamia non eſt neceſſe ad torturam deuenire.*

30 *Diſcutitur vtrum in noſtro Tribunali tortura in hoc delicto ad probandũ crimen adhiberi debeat.*

31 *Sententia Auctoris affertur.*

32 *Examinatur melius vtrum in hoc delicto debeat tortura adhiberi.*

33 *Duo caſſi in quibus abſque dubio in noſtra Inquiſitione in hoc delicto Bigamiæ torqueri debet reus. ſcilicet ſi talis eſt de prouincia infecta vel ſi matrimoniũ contraxit tertio vibentibus duabus.*

1 LOquimur hic de Tortura non prout quoddam genus eſſe poſſet pœnæ in delicti punitione; vt ſolet aliquando adhiberi; leuiter tamen in alicuius leuis culpæ punitionem, nam ſunt duo genera tormentorum, vt benè aduertit *Antonius Queuedus in lib. de Indicijs, & tormentis par. 2. cap.* 1. vnum genus eſt tormentorum, quod ad punitionem reorum tendit iuxta ſententiã contra eos à Iudice prolatam, vt decollationis, ſuſpenſionis, fuſtiũ, triremium, &c. quod pertinet ad iuſtam Reip. contra Reos vindictã, & aliorum, quos delinquentes of-
2 fenderunt. Alterum genus eſt, quod pertinet ad præparandum, perficiẽdumque proceſsum. quare hic loquimur de Tortura non prout genus eſt tormenti primo modo; ſed quatenus ſecundo modo inſeruit ad eruendam veritatem.

3 Quod autem tormenta sint efficaciſſima ad veritatis cognitionem obtinendam habetur *ex l. edictum ff. de quæſtionibus*, vbi *gloſ. in verbo efficaciſſima* & eſt elegãtiſſima *Ciceronis* ſententia *in Topicis ad Trebatium*, vbi ait *verberibus torti, & igne fatigati quæ dicunt, ea videtur veritas ipſa*
4 *dicere, & quæ à perturbationibus animi ſunt dolore, cupiditate, iracundia, metu, quia neceſſitatis vim habent, afferunt authoritatem, & fidem.* Et hãc doctrinam amplexi ſunt *Alb. in d. l. Edictum num. 3. Alex. ad Bart. in lege vnius §. Reus in 2. addit. ff. eodem tit. de quæſtion. Boer. deciſ. 163. num. 12. Gram. deciſ. 8. poſt num. primum, & num. 9. prope finem, Couarr. practicar. quæſtio. cap. 23. num. 5. verſ. nam, & verberibus torti, Clar. in pract. §. fin. q. 64. verſ. illata vero tortura, Rota Lucen. Magon. deciſ. 89. num. 12. Bertaz conſ. 150. numer. 12. & conſ. 266. num. 2. & conſ. 408. num. 16. & conſil. 427. num. primo, & vbique paſſim* ſupradicta ratio Ciceronis fuit à priori, aliam rationem à poſteriori adducit *Facchineus lib. 1. Iuris controuerſiarum cap.* 33. quod hæc efficacia aliunde procedere non poſſit quam ex eo quod plerunque nocentes fateri veritatem ſoleant; innocentes vero negare; licet negare non poſsit ſecus aliquando accide-
5 re; quod ergo plerumque fit, ſequendum eſse videtur, quæ rationes cum sint reſolutoriæ, ſatis valere debẽt pro longa altercatione, quæ haberi poſſet de efficacia tormentorum, & præcipue torturæ: rationibus hinc inde adductis, non enim eſt hic locus.

6 Et quidem varia tormentorum genera ad eruendam veritatem inſeruientia enumerat citatus *Queuedus ex Hippolyto de Marſil. in practica criminali*. Primum quod efficitur proiecta aqua inpatientis nares ore oppilato: quod tamen valdè periculoſum eſt. Secundum efficitur apposito calidiſſimo, & fere ignito latere reorum pedibus prius validè frigefactis. Tertium (quod patrio ſermone vocamus *del meſcon*) quãdo pregandis muſca in vmbilico in cluditur; ita vt diſcedere non poſsit: eſt patienti grauiſſimo dolori; frequenti morſu, quo pœne perfringit vẽtrem. quartum eſt capræ, quæ incluſa per aliquod tempus abſque cibo retinetur: vt deinde dimiſſa

pedes

pedes rei nudos ſaleque pervnctos aggrediatur, lambenſq; à fame, ſaliſque guſtu, eos rumpat, ſanguinēque ſummo cum patientis ſenſu, acerrimoque dolore ſugat. quintū eſt cum aliquod inter manus, pedeſque ad torquendum aptum lignum interponitur, & funiculis adhibitis ita eo perſtringuntur, vt ad maximā tenuitatem perueniant reum acutiſsimè cruciātes. Sextum eſt ignis, cum pedibus lardo perunctis applicatur. Septimum eſt, cui nomen ſomnus Italus, eſtque inſtrumentū ad inſtar puluurei horologij clauis ex anterioti parte conſitū; quo ſtrictè indutus reus cum præpungentibus aculeis, nullibi reclinare caput, nec ipſe adhærere poſſit: in ſummo cruciatu detinetur. Aliud in Regno Valentiæ, dum ibi Inquiſitoris munus obirem vidi practicari quod *delguante*, ideſt Chirotecæ vocant quod exercent implicando digitos ambarum manuum inter virgulas ferreas, & torculari ſtringentes. Vltimum eſt torturæ, de quo modo nos agimus; eſtque receptiſsimum apud omnes: nam cætera ſupra enumerata ſuppliciorum genera non debent in ordinarijs delictis præſertim à Judicibus inferioribus exerceri: in atrociſſimis vero quando poſſint, & quibus circunſtantijs videre eſt apud Auctores.

7 De tortura igitur loquentes illud primo animaduertimus quod ſcilicet tortura remedium eſt ſubſidiarium; quod ſcilicet ſubſidium affert vt diximus, ad eruendam veritatem; quare in vim bonæ conſequentiæ ſequitur quod ſi aliunde optime habere poſſimus veritatem abſque tali ſubſidio, eo vti nullatenus debeamus; vnde quouſque nos vrgēt ſufficientia Indicia, vel alia proba-
8 tio ad indagandam veritatem; niſi illam vel ex confeſſione delinquentis, quæ tamen ſuper aliquam torturam confirmari ſolet, leuem tamen, vel per plenam probationem ex teſtibus; ita vt reus ſit conuictus; debemus reum torquere; itaut vel veritatem fateatur, vel per legitimam, & imponi ſolitam torturam, inditia purget; ſi vero illam veritatem ex dictis probationibus, vel cōfeſſione habeamus, ad torturam deueniri non debet, vt habetur ex *tex. in d. l. edictum verſ. 1. ff. de quæſt.* cuius textus verba ſunt hæc. *quæſtionem nec ſemper in omni cauſa, & perſona conſiderari debere arbitror, ſed*
9 *cum capitalia, & atrociora maleficia, non aliter explorari, & inueſtigari poſſunt per ſeruorum quæſtiones.* Et *in l. D. Pius ff. de quæſtio.* ibi. *ſi aliter veritas inueniri nō poſſet*, & *in l. quoties c. de quæſt.* ibi. *niſi ſi alijs probationibus veritas illuminari nō poſſit.* vide *Angelum de maleficijs in verbo fama publica num. 94.* & ibi *Angelum in addit.*

Animaduertimus ſecundo magis ad rem noſtram quod quamuis adſint legitima Indicia ad torquendū, quod tamen non ſit ad illam deueniendum, ex eo quod in omni cauſa, & crimine conceditur à Iure talis poteſtas; debet igitur prius attendi an delictum ſit ex grauibus, & atrocibus, & ex ijs, quæ ſolēt pœna
10 corporali puniri; non autem pecuniaria. Id quod colligitur ex textu citato *d. l. edictum* ibi *quæſtionem nec ſemper in omni cauſa, & perſona cōſiderari debere arbitror, ſed cum capitalia, & atrociora maleficia, &c.* Vnde manifeſtè habetur quod in omni cauſa deueniendum non eſt ad torturam, ſed in capitalibus, & atrocioribus, vel in quibus agitur de pœna corporali vt ſupra diximus; non autem de pœna pecuniaria ſecundum communem DD. opinionem, de qua perſcribentes in
11 dicta *l. Edict. in princ. ff. de quæſt. Paul. Ghirlādus in trac. de quæſt. & tortura*

quæſt.

quæſt. 7. num. 2. & nu. 6. Gram. conſil. 15. nu. 4. & voto 15. num. 11. Marſil. in pract. §. expedita num. 58. & ſequ. Aym. conſ. 41. in fine Ant. Gomes var. reſol. tom. 3. cap. 13. Rubric. de tortura Reorum num. 2. Clar. in pract. §. finali quæſtion. 64. verſ. Præterea debet, Emmanuel Soarez in comm. opinion. litt. Q. num. 1.

Vnde ex dictis deueniendo ad præſentem materiam de Bigamia, deduci poteſt quod ſi in vſu eſſet apud nos ſententia *Michaelis Zanar di in Direct. Theolog. par. 3. cap. 134. fol. mihi 737. & Genuenſis in praxi Archiepiſcop. capit. 68. num. 8.* quod
12 qui de leui abiurant, grauibus pœnis non affliguntur, ſed pœnis pecuniarijs, vel carceris per aliquot mẽſes, vel alterius publicæ pœnitentiæ non multum grauis; non difficilis eſſet reſolutio; an qui indiciati ſunt de delicto Bigamiæ, debeant torqueri in noſtro Tribunali; nam cum etiam conuicti de bigamia, abiurent tantum de leui: ſi taliter abiurantes non punirẽtur niſi pœna pecuniaria, vel alijs leuibus, nullum dubium eſſet quod non deberent torqueri; nam præter dicta, valdè durum, & rigidum eſſet impone re torturam illi Reo, qui poſtquam delictum confitetur, non meretur niſi pœnam pecuniariam, vel aliam multò leuiorem ipſa tortura. Hinc enim fieret quod delictum puniretur pœna maiori, quam mœretur, & amplius quod magis puniretur delictum indiciatum, quam cõfeſſum, & conuictum. Præterea magis puniretur innocens, quam delinquẽs; nam ſi aliquis duorum teſtium exceptione maiorum teſtimonio con uinceretur de bigamia: vtique puni retur pœna pecuniaria, vel recluſio ne in carcere per aliquot menſes: qui vero ex indicijs torqueretur, & purgaret per torturam indicia, vtique innocens puniretur tortura,
13 quæ grauiſſima pœna eſt, & ita grauis, vt ſi quis Iudex indebitè aliiquẽ torqueret, vt paſſim docent DD. capite plecteretur. Et confirmatur hæc noſtra doctrina *ex Farinacio loco citat. quæſt. 42. num. 14.* probans quod tortura non poteſt dari, ſeu infligi pro delicto, quod ſolet puniri pœna pecuniaria. ait enim Tortura non ſolum eſt pœna, ſed ea quidem grauiſſima, & maior vt dicunt, quam vtriuſque manus abſciſſio
14 *ad §. fin. in authentica vt nulli lud.* cum alijs cumulatis *per Marſil. in d. l. Diuus num. 2. & 3. ff. de quæſt. in pract. §. expedita numero 59. & Alij.* Immo omnis pœna corporalis quãuis minima, maior ſit qualibet pœna
15 pecuniaria quamuis magna *l. in ſeruorum ff. de pœn.* vtiq; ſi torturæ locus eſſet ad inueſtigandum delicta, pro quibus nonniſi pœna pecuniaria imponeretur, ſequerentur multa abſurda, & inconuenientia. Primo, quod ex modo probandi quis grauius puniretur, quam ex modo condemnandi, & ſic pœna non eſſet delicto commenſatura contra text. in
16 *Authent. omnes peregrini*, & ibi *Bald. in fine*, C. *commun. de ſucceſſio. cum alijs, per Franciſcum Becium d. conſil. 67. numer. 27.* ſecundo ſequeretur quod id, quod eſt prohibitum vna via, directè permitteretur alia via, & indirectè contra textum in *l. Auia §. Titio ff. de conditionibus, & demonſtratio*, & in *§. eſt autem caſus*, & ibi *gloſſ. inſtitu. de hæreditat. inſtituend.* Tertium ſequeretur abſurdũ quod ordinatum ad vnum finem non regularetur ſecundum naturam illius finis, & ſic medium, per quod ad finem peruenitur, excederet ipſum finem contra textum *in l. etſi non ſint §. perueniamus ff. de auro, & argento lega.* prout has, & alias etiam rationes in propoſito conſiderarunt *Marſil. in practica §. expedita num. 57. & ſequent. Aym. dicto conſ. 137.*

nu. 11.

nu. 11. *& ſequen. vſque ad finem Conſilij, & Franc. Becius d. conſ.* 67. *nu.* 25. & omnibus ſequentibus pariter vſque ad finem, quam ſupradictam doctrinam amplectitur deinde *Farinac.* ex propria ſententia *loco citat. num.* 25. quæ argumenta, vt patet, valent etiam pro noſtra ſententia de pœna corporali minore tortura; & inde deduci poteſt etiam ratio pro pœna delictorum æquali Torturæ.

Atque hinc videtur poſſe elici Regula ſaltem negatiua, quod quoties vel maior, vel etiam æqualis eſt tortura pœnæ, quam meretur delictũ; propter quod torquetur; quod vtique regulariter inferri non poſſit propter allatas rationes, ſaltem ergo requiritur quod maior exiſtimetur pœna, quam meretur delictum, quam ipſa tortura. Et confirmatur *ex Iodoc. in pract. crimin. c.* 35. *Rubr. de crimino ſo tradenda torturæ num.* 4. vbi ait *quod quæſt. locus non eſt niſi in delicto, pro quo quis inquiritur, agatur de pœna vitæ, vel membri mutilationis, aut abſciſſionis.* Et idem conſtat ex praxi Regni Neapolitani, in quo vigore Conſtitutionum non imponitur Tortura, niſi agatur de delicto, pro quo de iure communi imponitur pœna vltra Relegationem. qua Regula poſita puto veram illam aliam Regulam, quam adducit *Farinac. loco citat. quæſt.* 42. *num.* 1. quod Tortura regulariter in omnibus cauſis, & criminibus inferri poteſt, in quibus à iure expreſſum cõtrarium prohibitum non requiritur. *Brunus in tract. de Indicijs, & Tortura* 2. *part. quæſt.* 3. *num. primo.*

Cæterum cum illi ſententiæ Zenardi in contrarium ſit praxis noſtræ Inquiſitionis Hiſpanæ, vt benè docet *Diana in tract.* 7. *de pœnis delict.* 4. *p. Reſol. Mor. Reſol. prima.* qui adducit etiam *Caſtrum Palaum in ſumma tomo* 1. *tract.* 4. *diſput.* 7. *punc. primo num.* 9. & nos infra docebimus de Bigamis, qui abiurant de leui, quod ijs etiam imponi poſſit pœna triremium. Reſtat adhuc difficultas an ex hoc capite Indiciatis de Bigamia imponi poſſit tortura; nam videtur communiter, quod ad probanda delicta, quæ triremium pœnam commerẽtur, poſſit imponi tortura; niſi aliunde, vt ſupra diximus, excipiantur; nam videtur pœna triremium exiſtimari maior ipſa tortura; vnde videtur reſolui poſſe quæſtio quod huiuſmodi Bigami etiam in noſtro Tribunali poſſint torqueri. Et confirmatur ex praxi Inquiſitionis Romanæ, in qua vt refert *Eminentiſſimus Cardinalis Seaglia loco citato*, qui poſt primum matrimonium ſecundum attentarũt deueniendo ad actum proximum, præuia tortura ſuper intentione coguntur abiurare de leui; quare ex eo quod abiurant de leui, non tollitur quin torqueantur.

Sed quæ ſubiũgit ibidem dictus Eminentiſsimus Cardinalis, quamuis confirment quod Bigami poſſint torqueri etiam in noſtro Tribunali, quamuis abiurent de leui: deſtruere tamen videntur regulam negatiuam à nobis ſupra poſitam; quod pœna delicti debet eſſe maior ipſa tortura. Nam ita ait quod huiuſmodi attentantes poſtquam torquentur, & abiurant de leui, condẽnantur ad carceres per aliquod tẽpus, vel ad exilium, vel ad relegationem in loco; ibi prima vxor viuit. quare videtur quod etiam tortura imponi poſsit propter delicta, quæ minorem commerentur pœnam. Verum enim vero puto quod ex elucidatione huius vltimæ obiectionis contra datam Regulam, pendeat reſolutio quæſtionis propoſita; an ſcilicet debeat in noſtro Tribunali torqueri. Neque tam in dubium vocamus; an debeat torqueri; nam

hoc

hoc ex praxi in contrarium liquet; non enim huiuſmodi bigamos niſi bigamia iteretur, torquere ſolemus; quam rationem; quænam ſcilicet ſit. quare non torqueamus; quãdoquidem delictum eiuſmodi eſt, vt triremium pœnis, & alioqui maiores, vt videbimus, mereatur; præſertim cum ſupra dixerimus, cum de bigamia attentata locuti ſumus, quod aliquo modo reducatur ad atrociora delicta, eſt enim de genere atrocium. includit enim ſuſpicionem de hæreſi.

22 Hæc difficultas plures, vt patet, habet nodos, qui ſolui debent omnes. Primus modus eſt vnde proueniat quod in Inquiſitione Romana vt dictum eſt, attentantes, qui abiurant de leui, & leuibus puniuntur pœnis: torqueantur tamen; alter eſt quare in noſtra Inquiſitione cum grauibus puniantur pœnis bigami, vt fuſtigationis, & triremium, non torqueantur tamen. Tertius nodus eſt quare non adhibeatur tortura bigamis; cum bigamia ſit de genere atrocium.

Ad primũ Reſpondeo quod ideo
23 in Inquiſitione Romana torquent attentantes; quamuis abiurent de leui; quia cum apud illam Inquiſitionem Bigami, vt ſupra ſecundo libro diximus, ſint ſuſpecti de vehementi; cum delictum bigamiæ non ſit perfectè patratum, non procedũt ad alias pœnas ordinarias, quæ imponi ſolent delicto iam perfectè cõſummato: torquent tamen ſuper intentione, quia ſufficientia indicia extant apud illam Inquiſitionem ex actibus proximis ad delictum; ad hoc vt torqueãt, & deprauatã intẽtionem, ſi adſit, cognitione aſſequãtur, quare nõ eſt contra Regulã ſuprapoſitã quod aliquãdo detur tortura, nec tamen grauis pœna corporea imponatur delicto. Nã ſi tortura detur adhoc vt Reus aperiat grauius aliquod delictum, quod in aliquo facto criminoſo inuoluitur, vtique mirũ non eſt, ſi per torturã purget Reus indicia quoad illud grauius delictũ; ſi deinde puniatur propter externũ factũ criminosũ, quod tergiuerſari non põt, ita graue tamẽ nõ eſt, leuiori pœna, quã ſit ipſa tortura, vt conſideranti patebit.

Ad ſecundum reſpondeo ideo in noſtro Tribunali bigami quamuis
25 puniantur pœna triremium, & fuſtigatione (loquimur cũ ea limitatione circa nobiles, quam ſequentibus capitibus ponemus) non tamẽ torquentur, quia ſcilicet ſi non adſint aliæ circunſtantiæ, quas ſupradiximus, nẽpe quod proueniant ex genere lutheranorum, & ſimilium; nõ ſunt ſuſpecti de vehementi, ſed tantum de leui, & ideo tortura non imponitur, quia ſuſpicio leuis eſt ex genere ſuo apud nos. Et nota differen-
26 tiã inter noſtrã Inquiſitionẽ, & Romanam. nam apud Romanã bigami ex genere ſuo ſunt ſuſpecti de vehementi, vnde mirũ non eſt; ſi attentantibus imponant torturã: quãuis abiurent de leui; quia attẽtatio poſ-
27 ſet ſtare cũ deprauata intentione; Habẽt ergo apud Inquiſitionẽ Romanã attentantes bigamiã ſufficiẽtia Indicia ad torturã; quãuis non habeant omnia requiſita ad pœnã imponi ſolitam huiuſmodi delictis; vnde etſi noſtrum Tribunal damnet ad triremes bigamos, non tamen
28 torquet; quia ſcilicet huiuſmodi pœnas mutuant Inquiſitores à Iure cõmuni; non mutuant autẽ torturã; quia illam ex munere ſuo ſolent adhibere in ijs, quæ grauem ſuſpicionem, ſeu vehementem continent de delicto hæreſis; mutuant autem pœnas, quia cum aliunde delictum Bigamiæ, vt ſupra toties inculcauimus, grauia includar crimina, conueniens non erat, vt tale delictũ impunitum remaneret. Nam ſi

hoc eſſet, quod hoc delictum pertineret priuatiuè quoad laicos ad ipſos Inquiſitores, eſſet in commodum huiuſmodi delinquentium, nã hoc pacto effugerent pœnas. Et patet etiam ex principio ſuprapoſito in hoc capite in prima animaduerſione; quod præſcindendo ab inueſtigatione intentionis, quoad ſuſpicionem hæreſis, non debet imponi tortura ad confeſſionem delicti bi-
29 gamiæ nam cum aliunde optime haberi poſſit huiuſmodi probatio ex fide Parochorum, præſertim poſt Concilium Tridentinum, quando matrimonia clandeſtina celebrari non poſſunt, & ex fide aliorũ teſtiũ; non eſt cur ad torturã recurramus.

Hæc dixi, vt vſum noſtri Tribunalis defenderem: verum ſi liberum mihi ſit loqui quid ſentiam; puto valde neceſſarium adhibere torturam non ſuper intentione; nam cir-
30 ca hoc approbo rationem ſupra allatam; ſed quoties delictum Bigamiæ plenè aliunde probari non poteſt. Id quod ita accidere ſolet etiã poſt Concilium Tridentinum, vt nimirum Reus, qui de tali delicto bigamiæ accuſatur, neget ſe eſſe illum talem verbi gratia Titium Nobilem, qui primum matrimonium contraxerat, ſed illum Titium Nobilem, qui ſemel tantum coniugatus eſt. quod perſæpè ſolet accidere. in tali caſu ſi ſola ſemiplena probatio habeatur per vnum teſtem omni exceptione maiorem, quid agendum eſt? ſi noſtrum vſum ſequamur, vtique iſte condemnari nõ poteſt; atque adeo cum grauiſſimũ delictum cõmittat (& loquor præſcindendo à ſuſpicione hæreſis, vt ſupra etiam animaduerti) ab omni pœna immunis euadet. Ne ergo in tantum abſurdum incidamus; puto
31 quod ſicut à iure communi pœnas valdè graues fuſtigationis, & triremium mutuamus, ita etiam, & torturam. Nam quis non videat? quod tam graue delictum ſi plene per teſtes probari non poſſit, ſi aliunde habeat ſufficientia Indicia, quod debet confeſsione rei probari, vel ſi non fateatur, indicia per negationem in tortura purget; atque ita vel iuxta delictum puniatur, vel legitime liberetur.

Ad tertium nodum reſpondeo quod etiamſi delictum bigamiæ ratione ſuſpicionis ad atrocia delicta pertineat; attamen quia leue eſt apud noſtrum Tribunal ex ratione ſuſpicionis: merito ex hoc capite tortura imponi non debet: nec tamen circa pœnam idem dici debet; nam cum aliunde grauitatem habeat hoc delictum, & admiſceatur atrocitas quamuis leuis ratione ſuſpicionis; debet etiam in attentatione modo ſupradicto ſuas ſoluere
32 pœnas. Quod ſiquis ex eadem ratione pariter arguat; quod cum delictum bigamiæ præter leuem atrocitatem propter ſuſpicionem hæreſis habeat, & includat alias grauiſſimas rationes criminis, quod debeat deueniri ad torturã; ego propter rationem §. præcedenti tactam non ibo inficias, quoties reus eſt negatiuus, & aliunde delictum probari non poſſit: ſi adſint indicia ſufficientia, quod ad torturam deueniri debeat. Cœterum ſi quis in cõtrarium velit defendere vſum noſtri Tribunalis, quod ſi ſiſtamus tantum in leui ſuſpicione, non debeat ratione alterius grauitatis delicti petitæ ex alijs formalitatibus, infligi tortura, poteſt vti rationibus ſupra factis.

Quod ſi quæras: an dẽtur caſus, in quibus ſit praxis apud noſtrũ tribunal deueniẽdi ad torturã propter crimẽ bigamiæ. Reſpõdeo illã in duobus caſibus ſolere infligi. Et primus caſus eſt quãdo Rei eſſent ex prouincia infecta hæreſis caluinianæ, & lutheranæ.

ex natione enim infecta oritur contra illos vehemens ſuſpicio de hæreſi, vt benè aduertit *Diana loco cit. §. in noſtra vero Inquiſitione Hiſpanica.* vnde optimè addit quod illos torqueret; vt de facto apud noſtras Inquiſitiones ſolemus huiuſmodi torquere. videntur enim huiuſmodi delinquentes, non tam ex luxuria, & ſpe, & cupiditate lucrandæ dotis; vel vt meliusdicam nõ ſolum ex tali peſſimo motiuo; ſed etiam quia adhuc retinent patrios errores deuenire ad duplicitatem matrimonij; vnde cum vehementer ſuſpecti ſint de hæreſi lutheranorum, & Caluiniſtarum; citra omne dubium deueniendum eſt ad torturam.

Alter caſus eſt: quando delictum Bigamiæ reiteratur, itaut aliquis non ſolum viuente prima vxore cũ ſecunda contraxit; ſed etiam cum alia tertia. nam in tali caſu, cum temeritas delinquentis augeatur, videtur etiam augeri error mentis, & per cõſequens augeri ſuſpicio: quãuis ſpeculatiuè dici poſſit, quod ex eadem paſſione quis motus fuerit verbi gratia ex luxuria, & ſimili ad iterandum delictum; ex qua motus fuerit ad patrandum prima vice. vnde videtur poſſe ſtare reiteratio cum leui ſuſpicione; practicè tamẽ negari non poteſt quod ſicut temeritas, & libertas, & maior malitia ex iteratione delicti arguitur: ita etiam, & maior ſuſpicio, eaque vehemens arguatur ex facto tam ſcandaloſo, & tam a moribus Catholicorum abhorrente; tanq; ſimili hæreticorum prædictorum deprauatis moribus. vnde merito deueniendũ eſt ad torturam non ſolum ad probandum delictum bigamiæ; quando aliter probari non poteſt; verum etiamſi plenè probatum ſit; deueniendum eſt ad torturam ſuper intentione. Id quod etiam intelligendum eſt in præcedenti caſu.

QVAESTIO OCTAVA.

De pœnis contrahentium binas Nuptias.

SVMMARIVM.

1 *COntrahentes binas nuptias infamia notantur.*

2 *A Iure ciuili pœna capitali Bigamis impoſita eſt, ſecundum aliquos.*

3 *Alij tenent quod pœna extraordinaria plecti debeant.*

4 *Ob ſceleris Polygamiæ reiterationem pœna mortis imponenda venit.*

5 *Caſus, qui Toloſæ occurrit, notatu dignus refertur.*

6 *Mulieres ſecundo nubentes non expectato quadriẽnio pœna capitali a iure ciuili plectuntur.*

7 *Iure canonico talis pœna correcta eſt.*

8 *Vtrum pœna adulterij Bigami puniantur. tractatur, & reſoluitur quod ſic.*

9 *Iuxta aliquorum ſententiam Bigami pœna ſtupri puniuntur.*

10 *Intellectus autenticæ de inceſtis nuptijs circa confiſcationem bonorum in Bigamiæ delicto.*

11 *Bigami aleuoſiam committunt de Iure Hiſpanico, & priuantur medietate Bonorum, & alias pœnas incurrunt.*

12 *Pœna quæ in Hiſpania talibus infligebatur quam* emplumar *vocabant ab vſu receſſit.*

13 *Refertur pœna quæ in Etruria ſeruatur.*

14 *Ex varijs pœnarum generibus grauitas delicti infertur.*

15 *Refertur pœna, & remiſſio cuiuſdam Bigami facta a Iudice ſæculari officiali Eccleſiaſtico.*

16 *In curijs Eccleſiaſticis Bigami ob ignominiam abſciſſis pannis ante, & retro exponebantur.*

17 *In ipſis curijs tales delinquẽtes ſcalantur, & mitrantur.*

18 *Paralogizatus fuit Albertinus in ſententia quod appellatione Iudicis Eccleſiaſtici non veniunt Inquiſitores.*

19 *Etiam Bigamis Capilli inciduntur, & pani abſcinduntur.*

20 *Pœna ieiunij quadraginta dierum in pane, & aqua, & pœnitentia 7. annorum imponitur a cap. 2. de ſponſa duorum.*

21 *Irregularis, & infamis ipſo iure efficitur Bigamus.*

22 *Et incurrit pœnas adulterij, & ſtupri.*

23 *Pœnæ quibus plectuntur in Romana Inquiſitione referuntur.*

24 *Pœnæ quibus attẽtantes tale delictum puniuntur in eadem ſuprema Inquiſitione.*

25 *Pœnæ quibus afficiũtur iſti rei in noſtra Hiſpanica Inquiſitione.*

26 *Modi quibus tale Bigamiæ delictum committere poteſt referuntur.*

27 *Bigami in Romana Inquiſitione poſt abiurationem de vehementi ducentis ictibus fuſtigantur, & per ſeptennium ad triremes mittuntur.*

28 *Si vero alijs enormibus circunſtantijs delictum committatur in vitam ad triremes mittitur.*

29 *In Sicilia centeties, in Hiſpænia ducenteties percutiũtur Bigami, & per quinquennium mittũtur ad triremes.*

30 *Ratio diuerſitatis aſſignatur.*

31 *Iuxta varias circunſtantias hæc pœna ſumitur.*

32 *Quare anni triremium pauciores quã tres regulariter non ſint.*

33 *Minores pœnæ iuxta minorem grauitatem delicti imponi debent.*

34 *Si reus non conſumauit ſecundum matrimonium quia noluit annorum remigationis mitigari poteſt pœna, ſi vero quia non potuit pœna ordinaria infligenda eſt.*

35 *Quid dicẽdum de duobus matrimonijs non conſummatis, & ſolum attentatis.*

36 *Ex rationabili cauſa pœnæ in delictis, minuuntur, & augentur arbitrio Iudicis.*

37 *Aliquando poteſt ſuccedere vt Bigamij relaxentur.*

38 *Confirmatur paritate rationis in delicto ſollicitationis ſecundum Souſa.*

39 *In quibus cauſis ſollicitantes in confeſſione relaxari poſſint.*

40 *Quæ circunſtantiæ concurrere poſſint vt Bigamus etiam Brachio ſæculari tradi poſſit.*

ANtequam deſcendamus in particulari ad tractandas pœnas; quæ reſpectu perſonarum ſolent maiores, vel minores, vel diuerſi generis iuxta cuiuſque gradum, vel ſexum imponi tractabimus in genere de pœnis, quæ imponi ſolitæ ſunt delicto bigamiæ in diſcrimi natim, non conſiderando cuinam impoſitæ ſint; ſed quod propter bigamiam impoſitæ ſint. deinde tribus ſequentibus quæſtionibus cõſiderabimus diuerſitatem graduum & ſexuum. quare agimus de pœnis hic, quas ex ſe tale delictum commeretur. ſequentibus vero quæſtionibus de limitationibus, quas dictæ pœnæ patiuntur ob varios reſpectus.

1 De pœnis igitur ita vniuerſaliter agenti mihi videtur initium facere ab ijs, quas adducit *Menocchius de arbitr. Iudic. lib. 2. Centur. 5. caſu 420 à nu. 96.* vbi primo aduertit quod tales contrahentes notantur infamia *ex l. 1. in fine, & l. quid ergo ff. de his, qui not. infam.* ac *in l. eum, qui duas C. de adult.* ita *Albert. de agnoſc. qu. 23. num. 9.* Deinde idem Menocch. ait quod quidam tenent quod per ius Ciuile impoſita ſit pœna capitalis; quos nominat *Farinac. de delict. carnis q. 140. n. 3.* per alios vero impoſita ſit tantũ pœna arbitraria; cũ quibus ipſe tenet dicens huiuſmodi bigamos arbitrio Iudicis pro qualitate perſonarũ eſſe puniẽdas; pro quo citãtur *Prepoſ. in c. 2. n. 20. de ſpõſ. duo. & Bern. Diaz in pract. can. crim.*

2 cap.

ca.74.num.9.poſt Butrium, & videtur hæc ſententia expræſsè probari *ex l. 2. C. de inceſt. nupt.* his verbis. *Neminẽ qui ſubditus ſit Romani nominis binas vxores habere poſſit, vulgo patet, cum etiam in Edicto Prætoris huiuſmodi viri infamia notati ſint. quamobrem competens Iudex inultã eſſe non patietur.* Ex quibus videtur expræſsè patere quod Iudici remittatur quam pœnam velit imponere quod autem aliquando imponi debeat pœna mortis adducit *Gramm. voto. 17.num.5.* qui ſaltem ob tanti
4 ſceleris reiterationem putauit inferendam pœnam mortis, & eundem *Gramm. refert Farinac. loco citato* pro eadem ſententia, & addit *Addend. ad Rom. ſing. 527. Carrer. in pract. crimin in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa igitur quantum de ſtupro num.* 17. & alios, & quod huiuſmodi ſententia obſeruata fuerit Taloſæ apud Gallos refert idem *Menocch. ibidem ex Boſſio in tract. cauſarum criminalium tit. de coitu damnato numer.* 78. vbi refert egregium factum, quod in Gallia accidit, quod etiam refert *Farinac. vbi ſupra.* quod quia leporem, & moralitatem continet, & ſupradicta confirmat, non grauabor referre, quod forte Toloſæ accidit, vt videtur innuere prædictus *Menocch.* Per ambulanti enim illam ciuitatem Carolo Regi obuius venit quidam, qui ad ſupplicium plectendum capite ducebatur, qui ex fauſto Regis occurſu lætitiam cum triſtitia commutaſſe videtur: namque interrogatus à Rege quod nam
5 facinus tam dirum fatum ſubire coget? Reſpondit quod erat, ex nuptijs quater repetitis illud malũ omẽ ſuo capiti impendere. Tum Rex: nonne te pudet miſellum hominẽ tot coniugia inhiare, vel ex meo exemplo qui Rex cum ſim, vna coniuge contentus viuo? vnicam ego etiam (excepit Reus Regem) at illã bonam optabam, benè auſpicata Maieſtas: at cum optatis euentus, nec primæ, nec alterius; nec etiam tertiæ reſponderet; quartam addidi; eo vſque id periclitaturus; quouſque bonam fœminam reperirem: at meo periculo feci. Iepore hominis ad extrema redacti ductus tum Rex, vt Regiam Maieſtatem vltimo ſupplicio deſtinato occurrentem decebat, pœnarum illegitimorumque coniugiorum ſolutum vinculis abire fecit. Ex quo facto ſatis habetur, quam animaduerſionem contra tales delinquentes in Gallia tunc temporis adhiberent. Sed tamen contrarium quod nec etiam obiterationem talis delicti debeat puniri bigamus pœna mortis, ſed ſolum leuiori tenet *Gomez in l. Tauri 80.num.29. Clarus in pract. §. fornicatio num.26.* fuſius etiam affert *Farinacius de delictis carnis qu. 140.par.1.à num.3.* pœnas Bigamorum iuxta varias ſententias, & primo mentionem facit ſupradictæ ſententiæ pœnæ capitis; vbi etiam addit mulierem capitali pœnæ obnoxiam
6 ſi ſecundo viro nupſerit non expectato quadriennio *ex l. vxor C. de repudio*, Circa quam tamen quadriennij expectationem ſupra annotauimus correctionem ex Iure Canonico. Sed etiam quo ad hãc ſententiam dicit idẽ Auctor, quod
7 magis receptum eſt, quod non poſſit imponi pœna mortis pro huiuſmodi delicto, Auctoreſque, & iura ab ipſo citantur *ibidem num.4.*

Apud eundem videre eſt etiam ſententiam, quæ aſſerit quod bigami puniantur pœna Adulterij iuxta textum *in authẽt. hodie § ſi vero Prætor. C. de repud.* & de iure canonico
8 iuxta textum *in c. omnes accuſationes in princ. 32. quæſt. 7.* contrarium tamen, quod ducens duas vxores puniri non poſſit pœna adulterij, ſi ſecunda vxor, quam ducit, erat ſoluta

luta colligitur ab eodem *ex l. eum, qui duas in verbo* inferretur C. *ad l. Iuliam de Adulterijs*; & citat ibidem *Ghirland. de pœn. omnifar. Coitus qu.* 14. *poſt num.* 3. vbi neſcio quo pacto ſuſtinere poſſit quod mulier maritata nubens viro ſoluto non de adulterio, ſed de ſtupro tenetur: nam ſi quæ mulier maritata rem habeat cum viro ſoluto, debet puniri pœna adulterij; quo pacto ergo ſi mulier maritata ducet alium virum non punietur pœna Adulterij?

9 Alia opinio eſt, quod contrahens duplex matrimonium debeat puniri pœna ſtupri, quæ varia eſt iuxta variam delinquentium conditionẽ quare in alijs quæſtionibus diſtinctius afferemus *ita Albertinus loco citato nu.* 9. in quo coincidit cum ſupradicto Menocchio.

Alia qua, quam putat veriorem *Farinac.* eſt quod pœna bigami ſit arbitraria Iudici, & hanc ait eſſe in praxi magis ſeruatam, & quod attendatur perſonarum conditio, quæ probatur amplius *ex l. miles.* §. *mulier in fin. ff. ad l. Iuliam de Adult.* Et præterea bigamos fuiſſe Mediolani fuſtigatos teſtatur *Boſſ. in titulo de coitu damnato, & punib. nu.* 78.

Apud eundem *Farinac.* teſtatur *Ghirland. loco cit. verſ. puto etiam* pœnam confiſcationis bonorum infligi ijs, qui duplex contrahunt matrimonium, quando ſunt ſine pro-
10 le legitima; & quod mittuntur in exilium perpetuum ex *Authent. de inceſt. nupt. in princ. & in l. qui contra Cod. eodem*; ſed nõ verum aſſerit idẽ *Farinac.* aitque quod ibi ſermo ſit de inceſtis nuptijs, & quod neque agatur de confiſcatione bonorum, ſed ſolum de auferendis eis, quæ hinc inde indictis inceſtis nuptijs tradita ſunt.

Aleuoſiam contineri etiam in hoc delicto docet *Narbona part.* 2. *lib.* 4. *tit.* 1. *l.* 20. *gloſ.* 12. *nu.* 64. 65. 66. ait enim, quod eſt conſtitutiſſimũ
11 ex legibus noſtri Hiſpaniarum Regni, quod ſimul duas vxores retinens, idcirco, aleuoſus iudicatur, vti expreſsè decidtur *in l.* 4. *tit.* 7. *lib.* 8. *ordinam.* ibi *Item es aleuoſo el que caſa con dos mugeres ambas viuas* & ibi *Didacus Perez verb. el que caſa, Alfar. de officio fiſcalium gloſ.* 20. *num.* 398. & ideo priuatur medietate bonorum *vt in lib.* 6 *tit.* 1. *infra lib.* 5. & addit quod alijs pœnis punitur, de quibus remiſſiuè *Didacus Perez* ibidem *& in* 1. *Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. matri. cap.* 7.

Huius etiam pœnæ dimidietatis bonorum meminit citatus *Albertinus loco relato* & addit pœnas corporales, & relegationem pro huiuſmodi delictis. De iure Regiæ Caſtellæ variæ ſunt aſſignatæ pœnæ, vt probat *l. fin. tit.* 17. *part.* 7. *& l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 4. *fori, & l.* 7. *titul.* 15. *lib.* 8. *Ordi.* diù fuit recepta, pœnaque cãdenti ferro in fronte imprimebatur eis littera Q. quam aſſignat *lib.* 6. *tit.* 15. *lib.* 8. *& l.* 3. *tit.* 1. *lib* 5. *Ordin.* ſed tamen alijs deinde pragmaticis flagellis cæduntur, & ad triremes ad tempus damnantur. Hæc de pœnis per ſus ciuile, commune, & Hiſpaniarum municipale impoſitis & ad Iudices ſæculares pertinentibus. Vnum addo quod in Hiſpanica non multis ab hinc annis abuſu
12 receſſit, dictos bigamos nudos melle delibutos, & auium pennis implicaros publico dedecori, & muſcarum, & apum aculeis exponere; quod ſupplicium vernali vocabulo *emplumar* dicimus, quod etiam illas Lenonibus faciebant, & in Hetruria vt refert *Caball. reſolut. Criminal. caſu* 98. *nu.* 11. *&* 12. ſeruatur, quod vir plures habens vxores ſedens ſuper aſino mitratus per ciuitatem fuſtigatur cum duabus; ſeu pluribus cõnocchis, ſeu coli s iuxta numerum vxorum; mulier autem,

quæ

quæ plures viros accepit, totidem bireta ſuper capite defert, & pariter ſuper aſino publicè fuſtigatur.

Cæterum, quia hæ pœnæ poſtquam hoc delictum ad Inquiſitores pertinet priuatiuè quoad Iudices ſæculares, in deſuetudinem abie-
14 runt: non eſt cur amplius elaboremus in illis recēnſendis; & non incongruum fuit illas vt cunque enumerare, vt grauitas huius delicti apud omnes clarius appareret. His ergo relictis ad pœnas impoſitas per ius canonicum, & ad Iudices Eccleſiaſticos pertinentes deuenien-dum eſt, prius de his, quas imponere ſolent Epiſcopi: deinde de his quas imponunt Inquiſitores.

Et quidem ſupra relatus in lib. 1.
15 montaigne in tract. de Bigamia ad lectorem exemplum affert cuiuſdā adoloſcentis, ſi ſpectentur anni; at inueterati dierum malorum; ſi incontinentia reſpiciatur, tres enim duxerat mulieres, & eaſdem carnaliter cognouerat, vt coram miſſo Dominico, ſeu Officiali Epiſcopi ore proprio conuictus fuit. Ait ergo prædictus Auctor, quod cum controuerteretur an prædictus Adoleſcens deberet puniri à Iudice laico, an vero ab Eccleſiaſtico, quia erat de familia eius Officialis: tandem de conſenſu eiuſdem Iudicis laici, remiſſus fuit Eccleſiaſtico Iudici puniendus. De cuius mandato mitratus publicè fuit, & poſt decennalem in arcto carcere cuſtodiam perpetui exilij ſententiam excepit. Alias pœnas Eccleſiaſticas enumerat *Albertinus loco citato num.* 7. vbi refert *Abbatem dicentem in cap. cum haberet de eo qui adduxit eam, quam poll. per adult.* quod Eccleſiaſticus Iudex poteſt punire contrahentes binas nuptias iuxta diuerſum ſexū, vel abſciſſis pannis ante, & retro ſi
16 eſt vir: criminibus vero inciſis, ſi eſt mulier ad maiorem infamiam iuxta *glo. in cap. de benedicto xxxij. quæſt.* 1.

Addit etiam ibidem *Albert* quod
17 in quibuſdam locis mitrantur, vel ſcalantur, aut alia ignominia eis irrogatur, ſicut Eccleſia conſueuit diuinatoribus ignominiam irroga-
18 re publicam *in capit. Epiſcopi* 26 *qu.* 1. vt ſcribit *Ludo. Roma. in ſuo ſing.* 531. *tu ſcis quæ pœna*. Diſſentimus tamen per ea, quæ ſupra probauimus ab *Alber.* in eo quod addit ibidem quod nomine Iudicis Eccleſiaſtici non poſſint venire Inquiſito-
19 res, quia non ſunt Iudices ordinarij, ſed Delegati; nam rectè ſupra oſtendimus cum Diana, & alijs, quod Iuriſdictio Inquiſitorum licet à principio fuerit delegata; progreſſu tamen temporis, & amplitudine cauſarum euaſiſſe ordinariam, vel quaſi ordinariam. Vtranque tamen hanc pœnam refert *Farinac. loco citato num.* 19. de muliere ſecundo nubente non mortuo primo viro; ait enim quod ad ignominiam, & capilli inciduntur, & veſtis pars anterior, & poſterior abſcinditur,
20 & præter auctoritates allatas ab Albert. alias adducit *Petrus de Bagarott. conſil. crim. diuerſ.* 85. *numer.* 50. *lib.* 2. *in paruis Auguſt. ad Angelum de malefic. in verbo che hai adulterato la mia donna num.* 65. *ante finem verſic. ſed hoc eſt falſum*, *Bermon. Couar. Clar. Viu. opin. Nicol. ſuperant cōſil. matr. diuerſ.* 65. *num.* 8. vbi quod hac pœna punitur non ſolum mulier, ſed vir *Petrus Albignan. inter eadem conſilia*, & *Menocchius loco citato* quinque etiam recenſet Bigamorum pœnas ex Iure Canonico *Reginald. in praxi fori pœnit. lib.* 31. *cap.* 12. *num.* 79. vbi ait quod ille,
21 qui ſciens vxorem ad huc viuere ducit ſecundam, præter peccatum mortale quinque pœnas incurrit, nam *in cap.* 2. *de ſponſa duorum* illi imponitur vt 40. diebus in pane, & aqua ieiunet, & ſeptem ſequentibus

bus annis pęniteat. Deinde fit irregularis *ex cap. nuper de Bigamis tertio* contrahit matrimonij impedimentum vnum de minoribus ſignificatum nomine criminis; quarto efficitur ipſo iure infamis ex citato
22 *cap. nuper*. Ita *Palect. de nothis, & ſpurijs cap. 6. num. 1. Bellet. diſquiſit. cleric. part. 1. tit. de diſciplina cleric. §. 6. num. 5. Salzed. ad Bernard. cap. 89. in addit. litt. B.* Ac tandem incur-
23 rit pœnas alias Adulterij, & ſtupri. De qua re *Couarr. in tract. in Epitome par. 2. cap. 7. §. 3. numero 5.* Vide *Didacum Canteram quæſt. crimin. de quæſt tang. punit. delicti quæſt. 5. alias capite quarto de frag. carn. & cet. pag. 477. à nu. 28.* vbi refert pœnas bigamorum de iure canonico ciuili, & regio, & quamplura pulchra addit facientia ad præteritas quæſtiones.

His præmiſſis deueniendum nũc eſt ad pœnas, quas Inquiſitores infligere ſolent bigamis. Et quidem in Inquiſitione Romana puniuntur per ſeptennium pœnitentijs ſalutaribus iniunctis Inquiſitorum arbitrio vt refert *Bariol. litt. V. verſic. vxor* §, 2. quem refert *Diana tracta. 7. de pœnis delictorum par. 4. r. 4. §. Hinc Aloyſius* & eodem loco refert *Diana* eundem *Bariolam* dicentem
24 quod ſupradicti contrahentes in Inquiſitione Romana ad remum tranſmittuntur per quinquennium; & quod huiuſmodi delinquentes mittãtur ad triremes per quinquẽnium ad minus teſtatur Eminentiſſimus Cardinalis Scaglia in manuſcriptis citatis ſupra à nobis: quibus finitis ad priorem coniugem redire cogitur, & addit quod ſententia pœnæ legi ſolet in loco, vbi delictum commiſſum fuit ad aliorum exemplum. Et de his, qui ſecundum Matrimonium attentauerunt deueniendo ad actum proximũ, vel qui inſtrumentum dotis confectum, vel ſi publicationes, vel denunciationes in Eccleſia cæperunt fieri, ait,
25 quod præuia tortura ſuper intentione coguntur abiurare de leui (vt ſupra cum de tortura annotauimus) & deinde condemnantur ad carcerem ad tempus; aut ad exilium, aut ad relegationem in loco, vbi eſt prima coniux, aut ad aliquam pœnam publicam: quod ſi ſint perſonæ humilis conditionis, quod ſtent præ foribus Eccleſiæ, aut ad alias pœnas condemnantur iuxta perſonarũ conditionem, cauſarumque ſtatum ad arbitrium, quod ſi taliter delinquentes ad aliud attentatum reincidant viuente prima vxore: abiuratio de leui reperitur: & deinde ad triremes condemnantur.

In noſtra vero Inquiſitione Hiſpanica ſolent ſic delinquentes cũ cæteris pœnitentibus in publicum duci ſuggeſtum, vbi leuem abiurãt
26 ſuſpicionem mitra infami capiti eis poſita fuſtibuſque cæduntur, & ad triremes ad quinquennium damnantur.

His ergo pœnis vt aliquem modũ ſtatuimus in noſtra Inquiſitione, oportet prius diſtinguere varios modos, quibus hoc delictum committitur: Deinde quæ pœnæ ex vſu, & praxi noſtræ Inquiſitionis ſoleant imponi. Tertio vero examinandum in quo caſu maiores, vel minores commereantur Bigami pœnas, ac ſoleant imponi de ordinario.

Poteſt ergo committi Bigamia ſequentibus modis. Nam poſſet aliquis vir ducere primam vxorem le-
27 gitimè, & deinde aliam de facto, & non de iure viuente prima, quod etiam poſſet accidere duplici modo. nempe vtramque carnaliter cognoſcendo, vel non, ſed ſolum primam, & legitimam, quod etiam poteſt accidere duplici modo, vel ſcilicet ſecunda non cognoſcatur carnaliter ex eo quod impediatur

illud

illud factum proſequi bigamus; vel quia timore Dei ductus, non vult proſequi indignum facinus: cõtraxit tamen coram Eccleſia ſecundũ matrimonium. Secundo poſſet quis duplex matrimonium contrahere; nullum autem conſummare. Tertio poteſt quis primum matrimonium celebrare, & contrahere; ſecundum autem tantum attentare, vel ex eo quod impediatur vltra progredi; vel ex eo quod nolit Religione motus ad perfectionem ducere, quarto poſſet quis viuente prima coniuge non ſolum ſecundũ, ſed etiam tertium illegitimum conſumare.

His modis delinquendi in Bigamia poſitis incipio ab hoc vltimo
28 modo, qui eſt grauiſſimus in hoc genere. Solet autem vt alibi diximus tum in hoc Siciliæ Inquiſitionis, tum Hiſpanicæ Tribunali poſt abiurationem de vehementi; ducẽtis ictibus bigamus mitratus; publiceque circunductus fuſtigari; & per ſeptennium ad triremes tranſmitti, quod delictum poſſet ita enormiter aggrauari per multiplicationem cõ
29 iugiorum, vel aliarum circunſtantiarum vt Iure optimo poſſet (vti practicari in talibus caſibus ſolet) ad remigandum, vel per decenniũ, vel toto vitæ tempore, quod in hoc Siciliæ Regno, ita vt ſonat ſolet accipi; in Hiſpania vero valet per decemnium.

Quod ſi Bigamia non ſit iterata: ſed ſemel tantum commiſſum ſit de
30 lictum bigamiæ, tum in hoc Siciliæ tum in alijs noſtræ Hiſpaniæ Tribunalibus per quinquennium ſolent Bigami remo deſtinari, & in Hiſpania ducẽteties, hic vero cẽteties in publico circunductu percuti, quarum pœnarum ea reddi poteſt ratio
31 quia has pœnas Tribunal Inquiſitionis à Iure cõmuni eas mutauit. Et de hac praxi teſtatur *Simanchas de Catholicis Inſtitutionibus titulo* 40. *n.* 6. vbi adducit præter abiurationem de leui fuſtigationem, & tranſmiſſionem ad triremes per quinquennium.

Poteſt autem hæc pœna fuſtiga-
32 tionis, & triremim aliquantulum minui; vt pauciores ſint fuſtiũ ictus & anni triremium reduci ad quatuor, vel tres iuxta varias circunſtantias reorum, ſi enim oſtendant ſe promptiores ad confitendum delictum; & maiori teneantur verecundia, & dolore ob commiſſum ſcelus, poſſent minui ex ſolita noſtri Tribunalis benignitate, quod emendationem magis deſiderat, quam pœnarum acerbitatem. Verum tamen eſt; quod anni triremium non ſolent eſſe tribus pauciores; ne alioquin Fiſco Regio maius
33 ſit incommodum, quam commodum, quod ex tali condemnatione proueniat; priores enim duo anni ſolent pro induſtria iſtorum remigantium expendi; ſi ergo minus tribus annis remo ſeruirent: Maiores eſſent expenſæ Regij fiſci, quam cõ modum præſtitum.

Ex hoc autem modo tradito pœnarum in duobus caſibus poſitis ſcilicet de bigamia conſummata, & de reiterata: benè poteſt colligi, quænam pœnæ debeant imponi in
34 cæteris caſibus ſuprapoſitis; Et quidem minores, & minores iuxta minorem grauitatem delicti: Et quidem minus graue videtur delictum Bigamiæ ſi ſecundum contrahatur, non tamen conſummetur ex timore Dei, quam ſi conſummaretur. Vnde videtur in hoc caſu poſſe pœna triremium ad triẽnium reduci; quã reductionem non approbo in caſu, quo reus aliude impeditus non cõſummarit, quod idem dicendum
35 cum eadem diſtinctione ſi vtrumque matrimonium contractum fuit neutrum vero conſummatum: dũ-

modo adſint eædem circumſtantię, ſupra etiam *lib. 2. quæſt. 3.* diximus qualiter puniendus duplex matrimonium attentans: qui tamen quia contra voluntatem impeditus fuit, ad perfectionem non conduxit; diximus enim ibi quod huiuſmodi attentans non pœna triremium, ſed exilio debet puniri, & non fuſtigãdus, ſed publico dedecori exponẽdus, & ibidem etiam diximus, quod attentantes ſecundum matrimoniũ ſed tamen ex ſe ipſis reſipiſcentes, omni prorſus abſoluantur pœna.

Tertio quęſito partim huc vſque reſponſum; partim mox reſpondebimus. Dicendum autem præter caſus poſitos debere minui pœnas ordinarias remi per quinquennium; quando ex aliqua apparente ratione vtcunque de morte primi coniugis; ad ſecundas nuptias deuentum eſſet: vel etiam in caſu, in quo per motum quamuis non cadentem in conſtantem virum, ſecundum matrimonium celebratum eſſet: In quibus caſibus iuxta Iudicis arbitrium poſſent pœnæ triremium ad quatuor, vel ad tres annos minui. E cõtra vero poſſent pœnæ bigamiæ extraordinarie augeri ex inſolita delicti acerbitate, itaut detur caſus, in quo bigamus brachio ſæculari ſit relaxandus.

Nam ſicut dicit *Souſa de Conſeſſ. ſolic. tract. 2. cap. 18. nu. 9.* quod cum Confeſſarij ratione criminis ſolicitationis poſſint de fide interrogari, etſi inuenirentur de illa non recte ſentire, & eſſe hæretici, quod poſſint relaxari, & ſæculari brachio tradi: vt loquuntur Iura de hæreticis, & violenter ſuſpectis: Ita etiam bigami ex eo quod in fide ſuſpecti ſint, poſſint de ea interrogari; etſi reperiãtur hęretici pertinaces; & poſſint tradi brachio ſæculari, à quo etiã vltimo ſupplicio puniantur. Sed quia idem Souſa ibi reſpondet in crimine ſollicitationis quamuis vera ſit; non videtur tamen primo intenta in eo loco, cum talis traditio non ſit ſpecialis pœna ſollicitantiũ, ſed hęreticorũ, ſeu relapſorũ: ita ad noſtrũ ppoſitũ mihi dicendũ videtur in caſu bigamiæ; quod quamuis vera ſit doctrina quod bigami ex eo quod aliquando inueniantur tale delictum committere ex infecta radice hæreſis quod poſſint tradi brachio ſæculari, quod tamen hæc non ſit ſpecialis pœna bigamorum, ſed hæreticorum, ſeu relapſorum.

Aliam ergo prędictus Auctor repetit viam, qua demonſtret, quo pacto poſſit confeſſarius ſolicitãs brachio ſæculari relaxari, & poſt quam *num.* 10. oſtendit quo pacto poſſint Eccleſiaſtici degradari in grauiſſimis criminibus vt potè qualificatis quamuis in Iure non expreſſis, & brachio ſæculari tradi, *& nume.* 11. ſupponit pœnam ſollicitantium eſſe arbitrariam Iure tamen inſpecto; ita ut deueniri poſſit Inquiſitorum arbitrio ad degradationem Eccleſiaſtici ſollicitãtis, & brachio ſæculari traditionẽ, *& n.* 12. ſupponit duplex arbitrium; alterum Inquiſitorũ, vel plectẽtium Eccleſiaſticum, vel brachio ſęculari relaxantium: alterum ipſorum Iudicum ſæcularium, qui pro arbitrio huiuſmodi ſolicitantes relaxatos punire poſſunt inſpecto tamen Iure: poſtquam inquam hæc ſupponit; deuenit tamen ad ſuam concluſionem, vt ſcilicet degradari poſſit ſolicitans, & tradi brachio ſæculari ſi iuxta Inquiſitorum arbitrium ſollicitatio ſit taliter qualificata, vt enormiſſimum, & grauiſſimum appareat crimen. quod tandem *num.* 14. explicat his verbis. *In noſtra materia illam dixerim grauiſſimam, & enormiſſimam ſollicitationẽ depoſitione dignam, quando Confeſſarius pœnitentem ſollicitaret, & renuẽtem occideret: aut ſi matrem, vel filiã*

per

39 *per vim carnaliter cognouiſſet in ipſo Confeſſionis actu; aut puerum neſando coitu per vim etiam oppreſſit: huiuſmodi enim, & ſimiles circunſtantiæ taliter ſollicitationem qualificant, vt grauiſſimum, & enormiſſimum crimen merito dici poſſit.*

Pari pacto in noſtro de Bigamia caſu poſſent circunſtantiæ taliter qualificatæ interuenire, vt grauiſſimum, & enormiſſimum crimen cenſeatur; vnde dignus ſit taliter committens, qui brachio ſæculari trada
40 tur; Puto autem grauiſſimam, & enormiſſimam circunſtantiam Bigamiæ ſi teſtes occideret primi matrimonij, vt ſecundum poſſet libere contrahere, vel teſtem occideret, qui poſſet ad Tribunal Sancti Officij deferre: vel ſi poſt commiſſum delictum bigamiæ primam vxorem interimeret, vt delictum cœlari poſſit; in quibus caſibus citra dubium apparet; debere huiuſmodi delinquẽtem brachio ſæculari tradi: præſertim vero quia iam reperiuntur conditiones à Souſa requiſitæ in ſuis ſuppoſitis pro delicto ſollicitationis. Et quidem quod pœna bigamiæ ſit arbitraria ſecundum Ius cõmune, a quo noſtrum Tribunal mutauit iuxta probabiliorem ſententiam diximus ſupra hoc eodem capite. quod autem aſſeritur in primo ſuppoſito de degradatione clericorum ad noſtrum caſum nõ pertinet; verum vt id quod eſt fatear; ſicut etiam tenetur fateri ipſe Souſa in ſuo caſu quod iſte circunſtantiæ nõ ſunt ita cõiunctę cum ipſa bigamia. quicquid vero ſit de hac connexione, negari non poteſt quod occaſione bigamiæ committi poſſunt, & ad finem ipſum bigamiæ commodius exercendæ dirigi iuxta varias circunſtantias paulo ante poſitas.

(:):(:)

QVAESTIO NONA.

De Pœnis Nobilium contrahentium bonas Nuptias.

SVMMARIVM.

1 *NObilitatis æſtimatio magni prodeſt rei publicæ bono regmini.*
2 *Maiorum clara faſcinora ad clare operandum impellunt, & a male faciendum cohibent.*
3 *Nobilitatis definitio apud Ariſtotilẽ.*
4 *Nobilitas apud Platonem quandrupliciter ſumpta.*
5 *Scientia eſt nobilitas laudanda.*
6 *Peritus in arte non debeat mori.*
7 *Nobilitas præbet immunitatem à muneribus in dictis.*
8 *Præferuntur plebeis cæteris paribus.*
9 *In promiſſis nobilium maior fides adhibetur.*
10 *In multis caſibus in quibus plebeis non licet donare licet nobilibus.*
11 *Nobiles honorantur in teſtimonijs.*
12 *Nobiles excuſantur à muneribus tam realibus, quam perſonalibus ſordidis.*
13 *Nobiles mitius puniri debent.*
14 *Nobiles vt in plurimum pœna remigandi non plectuntur.*
15 *Nobiles non torquentur in multis caſibus in quibus plebei torturæ ſubmittuntur.*
16 *Non ſuſpenduntur nobiles, ſed decapitantur.*
17 *Nobilis mulier non damnatur in metallum, nec ad tempus.*
18 *Facilius gratiæ conceduntur nobilibus quam plebeis.*
19 *Non ita facilius occiduntur nobiles in in adulterio deprehenſi, quam plebei.*
20 *Nobiles plus adſtricti ſunt ad bene operandum, quam plebei.*
21 *Nobiles ob delicta ignobiles reduntur.*
22 *Nobilium peccata maiora ſunt erga Deum.*
23 *Nobilitas in peccatis eſt circunſtantia*

aggrauans licet ſpetiem non mutet.

24 *Quia fauor ad virtutem inuitat ideo nobilibus aliquid condonandum eſt.*

25 *Intereſt reipublicæ nobilibus fauor, quia bonos alit artes.*

26 *A Deo ipſo propter maiorum merita deſcendentes mitius puniuntur.*

27 *Propter nobilitatem theologicam quis apud Deum fit gratior.*

28 *Propter merita maiorum Deus pepercit poſteris.*

29 *Pauper qui non habet in ære luit in corpore.*

30 *Plebei honeſti, & diuites quoad pœnas nobilibus comparantur.*

31 *Et furcis non ſuſpenduntur, ſed decapitantur ſecundum aliquos.*

32 *Pœna pecuniaria maior nobili infligẽda eſt corporalis vero minor.*

33 *Hæc doctrina in pœnis arbitrio Iudicis relictis intelligeuda eſt.*

34 *In pœnis quæ dedecus ſecum afferunt plus luit nobilis, quam ignobilis.*

35 *In Pœnis à iure ſtabilitis nobilis, & plebeius æque plectuntur.*

36 *Regula quod nobiles mitius, quam plebeij puniantur limitatur in ſeptem caſibus.*

37 *In delictis quibus propter atrocitatem nobilitas amittitur ipſa nobilitas non ſuffragatur.*

38 *Sententia notabilis in quadam cauſa fidei Philippi II. Hiſpaniarum Regis.*

39 *Pœna fuſtigationis, & triremium in nobilibus alijs non ignominioſis cõpenſantur.*

40 *Secundum aliquos in criminibus contra fidem nobilitas nihil operatur ad pœnæ mitigationem.*

50 *Sententia Rojas, & aliorum circa nobilium pœnas explicatur.*

51 *In tribunali Hiſpanico non eſt dubiũ, quod pœnæ ignominioſæ, vt ſunt fuſtigationis, &c. regulariter nobilibus non imponuntur in delicto Bigamiæ.*

52 *In Romana generali Inquiſitione idẽ obſeruandum eſſe videtur.*

53 *Pœnæ nobilium arbitrari debent iuxta proportionem ad pœnam corporalem.*

54 *Pro pœna corporali pęna pecuniaria imponi iure poteſt.*

55 *Pęna nobili in delicto Bigamiæ infligenda adſtruitur.*

1 ADigna *Ciceronis* ſententia hãc quęſtionẽ auſpicabor, vbi pro *Sextio* ita ait. *omnes boni ſemper nobilitati fauemus: & quia Reip. vtile eſt nobiles eſſe homines dignos maioribus ſuis, & quia valere debet apud nos ſenes clarorum hominum de Rep. meritorum memoria etiam mortuorum.* Hãc autem nobilium exiſtimationem ex eo puto Reip. profuturam: quia vt *Plutarch. de educat. liberor. & Euripid. in Hippolyto* dixerunt, nempe memoria ſcelerum paternorum, in-

2 fimumque genus deprimere animum ad bene res gerendas. nam quis in dubium vocet; quod qui clarã originem ex Illuſtriſſimis maioribus trahit, ita ab indignis facinoribus abhorreat; vt malit mori, quã fœdari.

Quod ſi aliquando contrarium accidere experientia nos doceat; nam vt ait *P. Iouius hiſtor. lib. 4. plerique nobiles inueterata malorum conſuetudine ſeſe, clienteſque ſuos latrocinijs alere nequaquam turpe ducunt. Id nobilitati vitio tribui non debet; ſed indè clarè oſtenditur, in quam maiora ſcelera huiuſmodi quamuis nobiles ruerent homines, ni eos claritas ſanguinis quaſi aureo frœno contente haberet.*

3 Quod ſi ſcire velis quinam ſint nobiles; de quibus modo ſermo habetur; quæue nobilitas, vnde hi denominentur, ſic breuiter *ab Ariſt. lib. 2. Rhet. cap. 5.* accipe. *Nobilitas eſt maiorum quidam ſplẽdor, & claritas; vnde qui talem maiorum ſplendorem, & claritatem conſequuntur, ij nobiles*

re-

recta ratione dicuntur. ſed de nobilitate loquens *Plato*, eam in quatuor
4 diuiſit ſpecies: nam qui claris, bonis iuſtiſque maioribus fuerint nati, eos nobiles vocari: quorum item parentes nobiles, ac Principes fuere: Item vocari nobiles, quorum ſunt maiores fama, & opinione celebres, quæ vel ex bellicis rebus præclare geſtis, vel ex certaminum coronis reportauerunt: addit denique quartam ſpeciem nobilitatis, quæ etſi non ſit ſpecies eius nobilitatis, de qua loquimur, ad rem tamen noſtrã facit: ait enim alterum eſſe nobilitatis genus, idque præſtantiſſimum, cum quis per ſe animi magnitudine excellit. ad quod genus reduci poteſt excellentia in quacunque profeſſione; vnde Iure optimo dicitur
5 *a Chaſſ næo in Catalogo gloriæ mũdi* 10. *parte conſideratione prima*, quod ſcientia eſt de numero bonorum honorabilium, & quod ideo litterati, & habentes ſcientias ſunt multum laudandi *ex Ariſtotile in primo de Anima.* Cuius etiam nobilitatis habetur in pœnis aliqua conſideratio.
6 Inſignis enim in arte nõ debet mori *ex l. ad beſtias ff. de pœnis.* Reliquas nobilitatis definitiones vide *poſt Tiraquellum, & Otaloram de nobilitate* apud *Eſcobar de puritate, & nobilitate probanda quæſt.* 4. §. *de nobilitate ſtatuto requiſita num.* 3. vbi etiam *num.* 4. agit de nobilitatis origine; vt autem appareat an legitimè excuſentur nobiles ab aliquibus pœnis corporalibus oportet præmittere aliquas nobilitatis prærogatiuas, & primo nobilitas præbet immunitatem, & excuſationem à muneribus collectis tallijs indictis, ſeu muneribus, vt tenet *Andr. de Iſernia in tit.*
7 *quæ ſunt regal. in verb. & plauſtrorum nauium præſtationem columna* 2. & etiam tempore belli *arg. l. Titia cum teſtamento* §. *qui in vita ff. de leg.* 2. *l. nauis* §. *cum autem, &* §. *quid ergo ff. ad l. Rhod. de iact. & l. pœnis ff. de dote præleg.* Secũda prærogatiua eſt q
8 præferuntur quibuſcunque alijs plebeis cæteris paribus in omni actu, vbi comparent, aut aſſiſtunt cum eis. Probatur *in l. honor ff. de honoribus ibi origo natalium ff. de muner. & honor. & in l. prouidendum in verb. nobiliſſimos C. poſtul. & in l. 1. & fi. & quod ibi notat Barth. ff. de albo ſcriben. facit. l. ſi. ff. de fide inſtrum. & in l.* 1. *C. de conditis in pub. horreis in verb. nobilis lib.* 10. *& facit tex. iuncta gloſſ. in §. plebiſcitum in verb. ſpecies ad fin. Inſtit. de iure nat. gentium, & Ciuili in §. interim ibi vniuerſi nobiliores, & in § ſi qua vero ibi conuenit enim vnumquemque nobilium in authen. de defen. Ciuit. col.* 3. *text. in l. quæris ibi Sanctiſſimus, & nobiliſſimus Imperator ff. de natal. reſtit. & in cap. venerabilis* ibi non generis, ſed virtutum nobilitas *extra de præbend. & in l. nobiliores natalibus C. de natalibus reſtit. & in capit. ex litteris in princip. ibi duo nobiles extra de ſpõſal.* Tertia prorogatiua eſt vt in pro
9 miſſis nobilium maior fides adhibeatur; quia promiſſa nobilium pro factis habentur argum. *tex. in l. nemo ff. de integr. reſtit.* Quarta prorogatiua eſt vt in multis caſibus in
10 quibus non licet plebeis donare, liceat nobili donare; propriũ enim nobilium eſt donare *cap.* 1. *vbi Pan. de donat.* facit quod not. *in d. c. grandi in ver. lib. de ſupplen. nec præl.* Quinta prorogatiua, quod honorentur nobiles in teſtimonijs, quia in du-
11 bio in teſtimonijs ferendis nobiles præferuntur *in l.* 3. *in princ. ff. de teſtibus l. ob carmen* §. *fin. ff. eod. ſpec. in tit. de teſte* §. *circa in princ. ibi.* 4. *fallit.* Sexta prorogatiua, nobiles ex-
12 cuſantur à muneribus tam realibus quam perſonalibus ſordidis.

Hinc fit vt (prætermiſſis alijs prærogatiuis nobilium, quas apud varios Auctores nempe *Tiraquell.*

cita-

citatum Escobar ; & Cassaneum in catalogo gloriæ mundi, infra citandum non immerito nobilibus alia prorogatiuæ conueniãt, quæ magis ad rem noſtram pertinent; vt ſcilicet in pęnis etiam honorentur; ita vt mitius puniantur nobiles quoad pęnam corporalem, quam, ignobiles, vt per *Tiraquellum de nobilit. cap. 20. num. 108. & de pœnis temperand. cap. 31. in princ. & nume. 10. & 27. Clarus lib. 5. §. fin. quæſt. 60. n. 27. & quæſt. 81.* vbi ait loquendo de pœna talionis: *ſed pone quod accuſator ſit perſona honeſtior, quam reus; ita quod pro eodem crimine eſſe mitius puniendus, prout videmus in pœna l. Corn. de ſicarijs, & alijs à Iure diggeſtorum impoſitis, in quibus honeſtiores mitius, quam humiliores puniuntur, &c. Couar. lib. 2. var. cap. 9. num. 3.* & plures quos citat *Cened. ad Decretal. collect. 64. Farinac. in praxi criminal. quæſt. 98. nu. 93. cum multis ſequen. Mortam. in Empor. iuris p. 1. tit. 1. in prælud. num. 44. Chriſtoph. de Paz in ſchol. ad leges ſtyl. l. 43 nu. 24.* quos omnes refert nouiſſimè *Barboſa in collect. DD. in lib. 1. Codicis l. nemo Cleric. 3. tit. primi de sũma Trinit.* quibus adde *Bertacch. 3. parte Repert. verb. nobilis mitius puuitur Giurba in tract. de ſucceſſ. feudi prælud. 3. fol. 22. num. 12.* vbi ait, quod nobiles pœna remi non plectuntur; quod tamen excipit ita criminis grauitate quando ait poſſe condẽnari ad triremes, vnde fit vt nobiles non torqueantur in caſibus, in quibus alias plebei torquerentur, ita dicit *Cyn. in l. Diuo Marco C. de quæſt.* nobiles etiam non ſuſpendũtur, ſed decapitantur *Barth. in l. capitalium §. ſerui cæſi ff. de pœnis, & in leg. deſert. §. pena militum part. gloſſ. ibi ff. de re milit. Bal. in c. 1. §. ſi ruſticus in fine de pu. tenend.* in vſib. feud. Mulier etiam nobilis non damnatur in metallũ in perpetuum, vel ad tempus, licet alias ſi nobilis non eſſet, damnari poſſet *text. cum gloſſ. in l. aut damnum §. in miniſterium ff. de pœn.* Et magis ignoſcitur alicui propter nobilitatem teſte *Citerone lib. 2. Rhetor.* vbi de deptecatione docens ait. *Hæc ignoſcendi ratio quæreretur ex his locis ſi plura, aut maiora officia, quam maleficia videbuntur conſtare; ſi qua virtus, aut nobilitas erit in eo, qui ſupplicabit*, & facit tex. *in l ſplendidioris C. de diuer. off. lib. 12.* Et iſtud priuilegium multum facit pro gratijs impetrandis; quoniam etſi poſſunt aufugere nobiles, non tenentur vt tenent *Barth. & alij in l. Viuim. ff. de Iuſt. & Iure*; & ideo eis facilius conceditur gratia, quam ruſtico, & ignobili, qui aufugere debet, ſi poteſt. Et in adulterijs deprehenſi nobiles, nõ ita faciliter vt plebei occiduntur, vt notatur in *l. Gracchus C. de adult. & in l. marito ff. eod. tit.* paucas has exemptiones à pœnis ita generaliter enumeraui, vt appareat qua ratione in noſtro caſu de Bigamia huiuſmodi nobiliũ pœnas corporales temperemus, vide *Riccium in collectan. deciſ. part. 3. collect. 664.* vbi ampliat ad varios caſus quod nobiles ignominioſis pœnis puniri non poſſunt.

Sed vt verum fatear non parua inſurgit difficultas in hac re: quo pacto enim debent nobilium pœnæ temperari? ſi peccata nobilium ex eo ipſo quod nobiles ſunt, magis augentur, & aggrauantur; cum enim ex ipſa nobilitate obligentur maiori iure peccata vitare; inde fit quod ſi ad vitia inclinent; maiori culpæ ſint obnoxij, ſi ergo peccata nobilium ſunt maiora, maiores debent ſoluere pœnas. non ergo videtur quod rationabiliter temperentur? His adde, quod cum peccata nobilitatem auferant, & ignobilem reddant virum talia committentem, non eſt cur deinde nobiles humanius

21 nius tractentur; non enim nobilitate, quam aſpernantur, tutari debent viri alioqui nobiles nam vt ait *Demoſt. 1. Olynth. Bonus enim vir mihi nobilis videtur: qui vero nō iuſtus eſt, licet à patre meliore, quam Iupiter ſit, genus ducat, ignobilis mihi videtur.*

Pro reſponſione autem Dico primo ex paulo ante citato Barboſa,
22 quod negari non poteſt quod peccata nobilium quoad forū interius, & quoad Deum, & in Iudicio Animæ ſint grauiora. nam grauius profectò peccat nobilis, quam ignobilis, vt probat text. optimus *in cap. homo Chriſtianus 40. diſtinc. vbi gloſſ. Nauar. in cap. conſideret de pæn. diſt. 5. in princip. nu. 19.* obſeruat nobilitatis circunſtantiam eſſe aggrauantem, non mutantem ſpeciem peccati, ideoq; neceſsarium non eſſe illū exprimere in confeſſione *Mexia in*
23 *tract. taſſæ panis concl. 6. numero 21. Morla d. prælud. num. 45. Tiraquell. Farinac. d. quæſt. 98. num. 119.* Sed tamen hinc non ſequitur quod non debeant nobiles mitius puniri in caſibus, & circunſtantijs infra ponendis.

Dico ſecūdo quod hæc benignitas erga nobiles præſertim in caſibus ponendis omnino habenda eſt ex principijs poſitis præſertim ex aurea Ciceronis ſententia in principio huius quæſtionis poſita. vbi vt vidimus dicit quod fauor nobilibus præſtitus vehementer Reip. expedit, & quod omnes boni ad hunc fauorē inclinantur vt autem ad hāc benignitatem circa pœnas deſcendamus in hoc mihi videtur ad Rēp.
24 conferre, quod ea temperet pœnas nobilibus infligendas: quia ſcilicet talis fauor ad virtutes inuitat. ſi enim ad principium vnde nobilitas orta ſit recurramus, virtutem aut ſemper, & de iure, aut vt plurimum reperiemus ſi ergo reſp. ita abhorret à vitijs, & tanti facit virtutem ſuorum Ciuium, debet merita illorum reſpicere; quibus huiuſmodi nobiles quamuis delinquentes, ex natali ipſo decorantur: nam clare apparet debere eum magis puniri, quem nec propria, nec aliena virtus defendit; quam eos; quos, & ſi propria virtus non tutatur; maiorum tamen cum genere ipſo ſuſcepta non parum commendat: ſi ergo honos alit artes, & omnes accenduntur ad ſtudia, gloria vt ait Cicero; valdè Reip. proficuum eſt ſi omnes animaduertant; quod tanti fit virtus, vt etiam ad poſteros cum fauo-
25 re transfundatur. In ijs autem crimi nibus puto, vt infra melius explicabimus; quod debeat maiorum virtus poſteris fauere; in quibus maiores ipſi non dedignarentur ſuos poſteros, vt tales agnoſcere. Hinc mirum non eſt; quod etſi apud Deum, & in foro interno grauiora ſint nobilium peccata, in foro tamen externo, apud quem virtus Politica multum valet, minus puniantur: quod etiam ſi ſacram ſcripturam rectè perpendamus, à Deo ipſo ſeruatum videbimus: vt propter maiorum nobilium merita, minus poſteros punierit, ex virtute tamen, & no
26 bilitate theologica ſecundum diſtinctionem *Bart. in l. 1. colum. 7. C. de dignitat. lib. 12.* vbi ait *triplicem eſſe nobilitatis ſpeciem: quædam eſt theologica, ſeu ſupernaturalis, quædam naturalis, & quædam politica.* ſecundū autem hanc nobilitatem theologi-
27 cam, quam *Bart.* dicit eſſe ſpiritualem apud Deum eſt nobilis omnis, qui eſt in gratia gratum faciente, & ſic omnis, qui eſt virtutis ſtudioſus, & in ſtatu virtutis Deus facit eum felicem, & gratum ſibi, intellige *Bart.* de illa virtute, quæ facit vt dictum eſt hominem felicem, ſcilicet ſi eſt in charitate, vt habetur per *D. Bonauenturam, & D. Thomam in in l. 1. 2. quæſt. 110. & quæſt. 50.* quos

Bart.

Bart. allegat, & *per Magiſtrum ſententiarum lib. 2. diſt. quem Bonus de Curti in tractat. de nobilit. in 2. part. etiam allegat.* & hoc eſt verum vt dicit *Barth.* & probatur 1. *Reg. 2. c.* vbi dicitur *quicunque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemſarint me, erunt ignobiles*, & de his nobilibus nobilitate theologica ponit *text. in can. nouit. Cum duobus ſequen. de pœnitentia diſtin.* 4. conſtat autem ex varijs ſacræ ſcripturæ locis Deum ob merita maiorum peperciſſe poſteris quãuis valdè peccãtibus; & præſertim vt videre eſt in *Exodo cap.* 32. vbi habetur, quod
28 volens Deus delere Hebræos de terra, eo quod vitulum conflatilẽ adorauerant poſt exitum ex Aegypto. Moyſes contra rogabat Deum ne iraſceretur, merita maiorum adducens his efficaciſſimis verbis. *Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum* (nota hoc verbum ſeruorum tuorũ) *quibus iuraſti per temetipſum, dicens multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas Cœli; & vni & vniuerſam terram hanc de qua locutus tamen dabo ſemini veſtro, & poſſidebitis eam ſemper. Placatuſque eſt Dominus ne faceret malum, quod locutus fuerat aduerſus populum ſuũ.* Addidit *(Seruorum tuorum)* quaſi parum feciſſet, vt ita dicam, ſi iuramentum Diuinum in medium propoſuiſſet; ni etiam maiorum populi Hebræi merita, ſanctitatẽque inculcaſſet.

Dico tertio, quod quando agitur de pœnis nobilium temperandis; loquendum eſt cum ea diſtinctione, quam adducit *Oinotomus. ſup. Inſtit. 4. de action. §. pœnales, quoque actiones tit. 6. nu. 62.* nam vel loquimur de pœna pecuniaria, aut de pœna corporali. Et in primo caſu ſubdiſtinguitur; nam vel eſt pœna ordinaria, & nocet paupertas: quod enim pauper non habet in ære, luit in corpore vt ex textu *in l. quicunque C. de ſeruis fugit.* ibi *quod ſi ad prædictam pœnam ſoluendam in quibus cæperit minime ſufficiat æſtimatione competentis iudicis caſtigatio in eum procedat*, Et ibi *gloſſ. verbo caſtigatio.* vide *Riccium*
29 *loco ſupra citato collect. 661. & in ſingularia in fau. fidei Ioan. Rojas ſingul. 157. & alios ibi citatos*, vbi etiam aduertit ſicut ſupradictus Ricc. quod plebei honeſti, & diuites quoad pœnas nobilibus æquiparantur. Idem
30 confirmat nunquam ſatis laudatus *Marius Giurba* huius noſtri Tribunalis Aduocatus ſecretus *in tractatu nouiſſimo de ſucceſſione feudi prælud. 3. pag. 22. n. 14.* vbi dicit quod populares diuites, & honeſti ſi deliquerint furcis non ſuſpenduntur vt cæ-
31 teri, ſed decapitantur *l. moris §. ſed etiam ff. de pœnis.* Aut eſt extra ordinaria pœna, & mitius punitur pauper, qnam diues, quia multa ei remitti debet *d. l. illicitas §. fin. & ibi*
32 *Bart.* Secundo caſu quando loquimur de pœna corporali, grauior imponi ſolet ignobili, & pauperi quã nobili *leg. 3. in fine C. de ſumma Trin.* quod intellige ſecundum *Baldum ibi* procedere in pœna difformi, ideſt vbi a lege pœna non eſt determinata, ſed committitur arbitrio Iudicis, vt communiter eſt in omnibus
33 criminibus extra ordinarijs, tunc enim grauius punitur ignobilis, quã nobilis (& nota optimam rationẽ) quia minor pœna in ignobili eſt maior in nobili *cap. 1. iuncta gloſſ. final. extr. de cleric. venatore.* Adde quod in pœnis corporalibus, quæ dedecus ſecum afferunt. maxima pœna reperitur pro nobili, qui magnam
34 honoris iacturam facit, & nobilitatem ipſam denigrat; quod in humili perſona non accidit. Secus autẽ eſt in pœna vniformi, ideſt vbi delicti pœna eſt expreſſa à lure, tunc enim æqualiter debent puniri nobiles, & ignobiles, ſicut hodie puni-

nitur homicida gladio, ſiue ſit nobilis, ſiue ignobilis, ita *Baldus, & communiter Doctores in l. 3. C. de ſumma Trin.* Ex quibus apparet quam rationabiliter pœnæ corporales, & extraordinariæ mitigentur in Nobilibus.

Dico quarto, quod iſta Regula quod nobiles mitius puniuntur in pœna corporali, quam ignobiles limitatur in multis caſibus, & per *Felinum in capit. Paſtoralis in prin. de offic. delegati*, limitatur in ſex, aut ſeptem caſibus videlicet in proditore, in hæretico, in papa, in Imperatore, in exceſſiua contumacia, in illo qui deliquit in officio ſuo. In illis ergo delictis, in quibus ob eorum atrocitatem nobilitas amittitur; non eſt cur ij, qui nobilitatem amiſerunt ab huiuſmodi nobilitate protegantur. Nam vt ſupra innuebam non abſonum videtur vt ij nullatenus nobilitate ſuorum maiorum foueantur, quos ipſi maiores tali nobilitate merito ſpoliarent, vt potè talia delicta committentes; quibus indigni redduntur etiam politicæ nobilitatis ſplendore, & totamine: ad quod eſt optimum exemplum, quod in quodam ſpectaculo fidei, Pinciæ vulgo Valladolid Salomoni nouo dico inclyto; & ſapientiſſimo Regi noſtro Philippo Secundo accidit, qui cum dicto ſpectaculo aſſiſtetet perſonaliter in medium fuit perductus D. Carolus de Seſo Scotiæ magnus Almiraldus, & eiuſdem Regis conſanguineus; qui lutherana hæreſi denigratus, ab Inquiſitoribus brachio ſæculari comburendus traditus erat, qui Regem Catholicum reſpiciens, cum iam ad ſupplicium ductaretur, ita conqueſtus eſt *ò Rey, y Señor vuestra ſangre permiti quemar*, cui conſtans Catholicus Monarcha reſpondit *Si yo hubieſe incurrido en tal delitto, mereciera padecer el caſtigo, que vos padeceis*. O dictum tali viro dignum; quæ doctrina ſuprapoſita innuitur *à Riccio in collect. 662.* vbi poſtquam adducit exemptiones nobilium ab ignominioſis pœnis: addit. *Verum limita reg. Et primo in crimine falſæ monetæ, & in cæteris alijs delictis infamiam inducentibus, &c.*

Cæterum quando in his caſibus non ſumus, tempus eſt ad pœnas deueniendi; quæ in bigamis nobilibus temperari debent; & quidem loquendo de Iure ciuili *Farinacius in delictis carnis quæſt. 140. numero octauo* refert ſententiam aliquorum quod bigami puniantur pœna ſtupri, nempe publicationis dimidiæ partis bonorum in nobilibus; & ibi citat Auctores, & idem recolit *Albertinus de agnoſc. quæſt. 23. numero nono*. Et de pœnis etiam, quæ ab Inquiſitoribus ſolent imponi: Nota quod nobilibus loco pœnæ triremium imponitur ſæpè, quod munus militis in triremibus exerceant ad maius tempus; vel quod loco ignominioſæ pœnæ triremium, fuſtigationis, &c, imponatur pœna pecuniaria, relegationis, confinij, exilij, aut carceris ad tempus teſtatur *Caball. reſolut. Criminal. caſu 98. numer. decimoquarto, & ſequentibus*.

Et quamuis ſupradictus *Riccius loco cit.* limitet doctrinam de pœnis corporalibus in nobilibus temperandis, vt non habeat locum in cauſis Sanctæ fidei; in eis enim ratio nobilitatis non habetur; quoad pœnas infligendas, vt deciſum in Curia Archiepiſc. Neapol. vt ipſemet refert *in deciſ. eiuſd. Cur. 35*. Et quamuis etiam prædictus *Rojas* eamdem doctrinam amplectatur *loco citato* vbi

ait, ſed fauore fidei pro crimine hæ
reſis æqualiter puniuntur nobiles
ficut plebei nullo habito reſpectu
ad gradus, & dignitates, & citat
Archidiac. in capit. qui contra pacem
24. *quæſtio prima facit l. Arrianni*
C. de hæretic. Felin. in cap. cum
quidam numero quinto, & in d. ca-
pit. Paſtoralis colum. 1. de offic. de-
legat. vbi *regulam, & quæſt. fal-*
lentias in hoc ſcripſit; & addit
d. Royas quod in crimine hæreſis
grauius nobiles ſint puniendi,
quia nobilium hæreſis grauior, &
pernicioſior eſt in Rep. quam ple-
50 beiorum, vt dicit *Iac. Septi. in*
Inſt. Cathol. capit. 45. numer. 23.
Ludo. Carre. de hæret. §. viſo per
totum, quod puto intelligendum
quo ad pœnas capitales, & acer-
bas; non autem quoad ignomi-
nioſas. Nam videtur frequenti-
us poſſe dari caſus, in quibus pru-
dentia dictet ſaltem ignominioſas
attemperandas in nobilibus.

Et quamuis inquam ita loquun-
tur ſupracitati Auctores, & ferè om
nes pro crimine hæreſis. Non ta-
men ſequitur, quod in delicto Bi
gamiæ ob ſuſpicienem hæreſis,
non debeant temperari pœnæ cor-
51 porales; ita vt mitiores imponan-
tur, & ignominioſæ nullæ infligan-
tur. Id quod in noſtro Tribunali
Hiſpaniæ Inquiſitionis, in quo ſuſ-
picio eſt de leui non videtur habe-
re magnam difficultatem. Maior
autem difficultas eſt in Romana
Inquiſitione, vbi taliter contra-
hentes, vt ſæpè diximus, ſunt ſuſ-
pecti de vehementi. Nihil autem
adnotatur peculiare pro nobilibus
in praxi Eminentiſſimi Cardinalis
Scagliæ ſæpè citata; quando a-
git de pœna imponi ſolita con-
trahentibus duplex matrimonium
ſed ſolum in attentato, vbi im-
ponitur abiuratio de leui, excipit
52 nobiles à pœnis ignominioſis. Pu-
to autem, quod etiam in Inqui-
ſitione Romana nobiles, qui ſuſ-
pecti ſunt, & abiurant de vehe-
menti, nec fuſtigentur, nec ad
triremes dimittantur; ſuffragan-
te eis eorum nobilitate; dum ſa-
tis alioqui ab hæretica prauitate
precauetur tortura ſuper intentio-
ne, & abiuratione de vehementi.
Præſertim vero quia hic reſpectus
nobilitatis non tam videtur ha-
beri erga hunc nobilem delin-
quentem in peculiari, ſed erga
omnes nobiles in communi, qui
non mediocriter offendi ſolent,
dum vident virum à ſuo gradu,
tam parui fieri; præſertim vero ſi
ſplendidè, & cum luxu vixerit.

Modum ergo pœnarum viro-
rum nobilium in hoc delicto ar-
bitrari debemus iuxta proportio-
nem ad pœnas corporales plebe-
iorum: vt in quo delicto, & cir-
cumſtantia maior, vel minor fu-
ſtigatio; vel tempus remigandi
53 plebeis imponitur; eo maior pœ-
na pecuniaria; vel carceris, vel
exilij, vel relegationis, vel mi-
litandi in triremibus nobilibus im
ponatur: ita vt ignominioſæ pœ-
næ pannoſorum hominum: pecu-
niaria nobilium correſpondeat: hu-
miliorum fuſtigationi, carcer ho-
neſtiorum: remigationi in vilibus
perſonis, ingenuorom militia in
triremibus, vel in præſidio, exili-
um, vel relegatio. Non nego ta-
men poſſe pro his omnibus pœnis
corporalibus pecuniariam infligi
viris, quos ſplendidi natales or-
nant, In quibus omnibus atten-
di debet, vt pœna commenſure-
tur delicto, vt eſt textus *in capit. at*
ſi clerici in principio, vbi notat *Ab-*
bas, & Didacus Cantera, & ita
ſe citat *in quæſtione criminal. 1.*
quæſt. de quæſt. tang. punit. delict.
num.

num. 5.*p.* 361. & allegatur etiam ad hoc *l. reſpiciendum in principio ff. de pœnis* lege *cit. Canteram in d. quæſt.*
54 *crim.* quoad pœnam mortis, & alias pœnas, quæ imponi ſolent pro varijs delictis, & præcipuè *num.* 8. citat Couar. ſuper hoc, quod pro pœna corporali crimis poſſit imponi pœna pecuniaria. Et vt hanc quæſtionem expediam vide quæ affert *Locatus in Iudiciali Inquiſitorum verb. pœna*, præſertim *à nume.* 20. Et pro reſolutione in caſu noſtro dico, quod in delicto Bigamiæ plenè probato nobilis reus debet in publico, vel priuato loco (quod attenta qualitate, & circunſtantijs
55 arbitrio Inquiſitorum relinquitur) exire in forma pœnitentiali cum inſignia, quæ eſt mitra vulgo *Coroza* in qua depictum eſt delictum (& aliquando etiam) hæc ignominia excuſatur, lectaque in publico ſententia, & facta abiuratione condemnatur iuxta prædictas pœnas, in pecunijs, recluſione, vel relegatione, &c. ad quod in Hiſpania Domini Proceres conſuluntur.

QVAESTIO DECIMA.

De Pœnis Plebeorum contrahentium binas nuptias.

SVMMARIVM.

1 POEna corporalis minima maior, eſt quacunque pecuniaria in nobilibus.
2 *Viles perſonæ malunt in corpore, quam in bonis plecti.*
3 *Ex benignitate legis ignobiles plus in corpore, quam in pecunijs puniũtur.*
4 *Sententia Ariſtotiles circa plebeiorum pœnas.*
5 *Pœnæ publicæ plebeiorum ſunt refrenatiuæ nobilium exeſuum.*
6 *Pœna triremium acerbior eſt, alijs pœnis corporalibus ita vt pœnæ mortis proxima ſit.*
7 *Et eſt terribilior ipſa morte naturali ſecundum aliquos.*
8 *Quis indubio potius plebeus præſumitur quam nobilis.*
9 *Sententia Simancas de pœnis Bigamorum plebeiorum.*
10 *Sententia Canteræ de eiſdem pœnis Bigamorum.*
11 *Sententia Farinacij cum ſupradictis concordans.*
12 *Differentia inter nobiles, & plebeos circa pœnas ſuſtinendas.*
13 *Pœnæ fuſtigationis, & triremium ab Inquiſitoribus imponi poſſunt quãuis Sacerdotes ſint.*
14 *Pœna verberum ab Eccleſiaſticis imponere, fuit in vſu à Diui Auguſtini tẽporibus.*
15 *Nihil intereſt quod ex Verberibus aliqua ſanguinis effuſio ſuccedat, quia non eſt talis effuſio fuſtigationis ſequela, ſed contingibilis.*
16 *Cap. ſententiam prohibet quod principaliter ſanguinis effuſio non ſequatur non vero quod incidenter.*
17 *Quando effuſio eſt in modica quantitate non conſideratur in iure.*
18 *Propter membri debilitationem non incurritur irregularitatem.*
19 *Sententiæ fuſtigationis, & ſimilium à Iudicibus Eccleſiaſticis executioni mandantur.*
20 *Reges, & ſæculares Iudices auxilium ad hoc præſtare tenentur.*
21 *Hæc pœnæ non ſolum per clericos, ſed clericis ab Inquſitoribus imponi poſſunt.*
22 *Hæc pœnæ in ſacris ordinibus initiatos regulariter infligi non ſolent.*
23 *Hæc pœnæ ciuibus Romanis ob honorẽ ciuitatis non imponebantur.*
24 *Sacerdotali Dignitati multum condonandum eſt.*
25 *Phocionis ſententia morti violentæ proximus.*
26 *In ſæcularibus curijs miſer ſtipendiũ*

Carnifici ſoluit in Inquiſitionis tribunalibus non ita.

INcipiam hanc quæſtionem ab eo, quod affert valde ad rem *Ioannes Rojas in ſingul. in fau. fid. ſing.* 157. vbi ait, *quod Plebei magis volunt habere carnem fractam, quam veſtem*, vt dicit *Salicet. in l. & ſi ſeuerior col.* 1. *C. ex quibus cauſis. infam. irroga. Hiſp. in l.* 1. §. *Item diuus nu.* 7. *ff. de ſicarijs*, & ita intelligenda eſt
1 *l. in ſeruorum in fine ff. de pœnis*, quæ probat quod pœna corporalis minima maior eſt quacunque pecuniaria, in perſonis nobilibus intelligenda eſt, & non in vilibus perſonis, quæ malunt pati in corpore, quam in bonis ita dicit *Bart. in l.*
2 1. § *fin. ff. de pœnis Feli. in cap. ad liberandum num.* 4. *de Iudæis*. Hinc clarè deduci videtur, quod iniquè nõ agitur cum plebeis, ſi non in pecunia, ſed in corpore puniantur; & quod hoc à benignitate legis magis prouenit, quam à ſæuitia.

Porro cum partim impoſſibile ſit plebeos in pecunia punire, quia
3 ea deſtituuntur; partim ex benignitate legis non ita plectantur, ne ſcilicet redigantur ad incitas, ſeu ad extremam inopiam; cum aliunde honore non moueantur, vt à vitijs abhorreant, & virtutem amplectãtur; opus eſt ad pœnas corporeas cum eis deuenire, quod dignaſſe, *Ariſtoteles* ſententia concluſit *lib.* 10. *& hic cap. vlt.* ibi *multitudo neceſſitati potius, quam rationi, & pœnis, quam honeſtati paret: quamobrem*
4 *improbi, qui voluptatem affectant virtute relicta, dolore ſunt afficiendi perinde atque iumenta*. quod autem dedecore, etiam afficiantur plebei perſæpè; qui tamen non ſolent admodum verecundia moueri; eo etiam fine puto factum, vt ſcilicet honeſtiores à talibus vitijs deterreantur; ſicut enim ſceleſtorum ſupplicia manifeſta cunctis oſtenduntur, vt vnius ſupplicium metus ſit multorum, vt ait *Plutarchus de ſera numinis vindicta*: ita ſolent dedecori è populo humiliores in delictis; vt honeſtiores deterreantur: & nobiles etiam ipſi intelligant vitij turpitudinem; quod ad huiuſmodi ignominioſas pœnas eos etidem pertraheret, ni nobilitas aliunde tutaretur.

Circa pœnas vero corporales bene aduertit *Marius Muta in capit. Regni Siciliæ tom.* 3. *cap.* 16. *num.* 14. *& ſequ.* Iudices debere eſſe circũſpectos, & in defectu pęnæ pecuniariæ apponere pęnam corporalem iuſtam, & bono arbitrio conuenientem, commenſuratam delictis iuxta facti, ac perſonarum qualitatem. Vnde explanans prædictus Auctor quo pacto qui non habet in ære luat in corpore, vel in carcere detentus, vel ei inflictis aliquibus funis, ictibus, non autem ſtatim deueniendum ad triremium pœnas; quæ & ſi corporalis ſit vt ait *Petrus Caball. caſu* 135. *numer.* 2. referens *Petrum Sonceno inter conſilia criminalia diuerſorum conſil.* 98. *numero* 15. *Farinac. Cacheran. & alios* nihilominus ita maior, ac grauior eſt
6 omni alia pęna, vt nec vlla ita morti proxima ſit, ſicuti ipſa ad triremes damnatio, vt ait ipſemet *Caball. in ſuis reſolut. caſu* 8. *numero* 48. vbi eam æquiparat pœnæ dãnationis ad metallum. Et addit
7 præcitatus *Muta ibidem*, quod ipſa pœna triremium eſt crudelis; & quod eſt ipſa morte naturali terribilior; & ideo Iudices monet vt à tali pęna abſtineant; quoties poſsũt aliam corporalem inferre. Reliqua vide apud ipsũ Mutam loco cit.

Hæc ideo adnotaui non quia noſtrũ Tribunal frœno indigeat in pęnis, maturè enim in illis ſolet procedere; ſed potius vt ſatis facerẽ ijs, q

vt

ſupra vidimus in ſecũdo libro; ideo cupiebant hunc bigamiæ caſum ad Inquiſitores non pertinere; quia ſcilicet non ſolet ita acriter puniri hoc delictum, vt commeretur.

Cæterum quandoquidem hoc metu non detinemur ne pœnas ſcilicet tranſgrediamur, cum terminus pœnis quamuis a bitrarijs ex conſuetudine ipſa, & debita circunſpectione in modo procedendi, & puniendi, vt ſupra etiam vidimus, præfixus ſit: reſtat modo vt ex pœnis, quas ſupra in vniuerſum pro delicto bigamiæ enumerauimus; illas, quæ ad delinquentes plebeos pertinent, breuiter recenſeamus.

8 Quod antequam præſtem, vt firmum ſuppono quod plebeus quis potius præſumitur, quam nobilis: niſi fama ipſa publica aliud prædicet. Et Ratio eſt, quia in qualitatibus, quæ noBis non inſunt a natura; qualitas non debet præſumi, ſed probari, vt habetur ex *Barth. Soci. in Conſil.* 146. *incip.* eleganter ver. circa primum *circa medium in* 2. *parte citat Bertachin.* 4. *part. repert. verb. plebeus*.

Venio nunc ad pœnas plebeorũ; & quidem mihi ſe obuiam facit *Simanchas de Cathol. inſtit. titul.* 40. *de matrimo. numer.* 6. vbi ait *pœna vero*
9 *qua Inquiſitores punire ſolẽt iſtos* (loquitur de bigamis) *ſi plebei ſint, hæc eſt. Reus ad publicum ſpectaculum ſimul cum hæreticis traditur, & propter leuem ſuſpicionem abiurat, & fuſtibus cæditur: bodie quoque ad triremes ad quinquennium damnandus eſt parte dimidia bonorum publicata, ſi filios nõ habuerit, quemadmodum lege Regia plenius continetur.*

Eodem pacto quod de plebeis loquitur quoad pœnas intelligẽdus eſt *Cantera in quæſt. criminal. de quæſtion. tang. punit. delict. quæſt.* 5. *aliàs*
10 *cap.* 4 *fol.* 477. *num.* 18. vbi ait *quod ſolet etiam procedi contra illum, qui binas nuptias contraxit, tanquam ſuſpectum de hæreſi, & quod non benè ſentit de Sacramento matrimonij, & ita procedunt Inquiſitores hæreticæ prauitatis, & ſolent in actu publico talibus pœnitentiam dare cum Coroza, ideſt mitra, ſi eſt vir vbi ſint pictæ duæ vxores cũ vno viro*: paulo poſt addit *quod ſolent fuſtigari centum flagellis, & ſi eſt vir mittitur ad remum per quinquennium.* Idem etiam aduertit *Farinac. de delictis carnis quæſt.* 140. *parte prima num.* 10. vbi adducit teſtimonium *Ignatij Lopez in addit. ad Diaz in practic. crimin. Canonica cap.* 80. *littera B. verſic. ab Inquiſitoribus*, vbi ait ab Inquiſitoribus fidei crimen hoc perpetrantes fuſriga
11 tos ad temporalem relegationem, & quandoque ad triremes cõdemnatos extitiſſe ſi viri plebei fuerint, & idem teſtatur *Cabal. reſolut. criminal. caſu* 98. *ab eodem Farinac. ibidem relatus.* vbi addit; quod vidit iſto caſu impoſitam pœnam triremium; quandoque ad longum tempus, & quandoque ad minus iuxta facti, & perſonarum qualitatem, ſi perſona fuerit vilis.

Et vt vno verbo expediã omnes illæ pœnæ corporales ad plebeos ſpectant ſi bigamiæ delictum committant: quas ſupra enumerauimus cum de pœnis bigamiæ in communi egimus: nam ſi ex illis ſolos nobiles excepimus; reliquũ eſt vt in illis plebei includantur; exceptio. n. firmat regulã. in cõtrariũ in illis autem pro priè plebei non includũtur; quibus
12 nobiles, & honeſtiores plecti ſolẽt. vnde ſuppoſito quod tam nobiles, quam plebei abiurare debent vt de leui ſuſpecti: nobiles præterea pœna pecuniaria, & militia in triremibus puniri ſolent; quibus nõ ſolent puniri plebei: Plebei autem fuſtigatione, & remo, vel alio dedecore caſtigari ſolent, quæ pœna non imponitur nobilibus: cæterum tam nobi-

nobiles, quam plebei carcere, exilio, vel relegatione puniri poſſunt.

Quoniam autem perſæpè inculcauimus ab Inquiſitoribus imponi poſſe pro his delictis pœnam fuſtigationis, & triremium; non incongruum puto hic adducere quæ ad hoc etiam intentum adducit *Simãcas de Cathol.inſtitut. tit.* 40. *num.*6. vbi poſtquam agit de huiuſmodi pœnis fuſtigationis, & triremium infligendis ab Inquiſitoribus ob delictum Bigamiæ addit quod Inquiſitores damnare reos poſſunt ad huiuſmodi pœnas etiamſi ſacerdotes ipſi Inquiſitores ſint. Et Ratio eſt quia non connumerantur inter pœ-
13 nas ſanguinis, quas non poſſunt clerici infligere: teſtaturque de ſe ipſo quod condemnauerit tèſtes falſidicos ad triremes *ex l. cum qui duas C. de adult. Iuncto §. Item lege Iulia de Adult. Inſtit.de publ.Iudi. Albert.de aſſert.Cathol.quæſt.*23. *num.*76.& ait quod idem etiam probatur de ictibus fuſtium, quod ſcilicet talibus pœnis vſi fuerint Iudices Eccleſiaſtici, & habetur ex *Diuo Auguſtino*, qui ſcribens *Marcellino*, inquit, *confeſſionem virgarum verberibus eruiſti. qui modus coertionis, & a magiſtris artium liberalium, & ſæpè etiam in Iudicijs ſolet ab Epiſcopo*
14 *haberi, & clerici etiam flagellis cædi poſſunt in epiſto.* 159.*& capit. ſententiam ſanguinis ne cler. vel monac. cap. vniuerſitatis de ſent. excommunicat.* & illic *Felinus cap.fraternitas* 12. *qu.* 2.*cap.*1.*de calumni. c. cum beatus* 45. *diſt. Ioan. Ber. in pra. cap.* 125. *l. eum qui duas C. de adult. §. Item lex Iulia Inſtit.de publi.Iudi.Albert.de Cathol. aſſertio. quæſt.*23.

Et de fuſtigatione in particulari notat *Oldrad.conſ.*68.*Rom.ſing.* 104. *Cepolla conſ.*73. quia cum hæc pœna nec mortem, nec membri mutilationem contineat; nullum Irregularitatis metum inducit, & ſic non eſt à Iudice Eccleſiaſtico aliena *capit. contra Idolorum* 26.*quæſt.* 5. *cap. primo* 23. *quæſtione quinta cap.poſtulaſti de homi. cap.*1. *& cap.ſi quis* 50. *diſt. cap.aliquantos,& ibi gl. ff. in verb.ad Sacerdotium* 51. *diſt. c. ea vindicta* 23.*quæſtion.* 4. *cap. his qui mandat de homi.in* 6. *Abbas in cap. ſententiam ne cler.vel monac. & in capit. clericus eodem titul. & in cap. ex litteris num.* 2.*de exce.præla. Ioa. And. & Domi. in cap.fin.eod.tit. in* 6.

Nec eſt conſiderandum effuſionem ſanguinis ex tali pœna contingere, quæ Iudicibus Eccleſiaſticis eſt interdicta *d. cap ſententiam ſanguinis*, & ſic eam pœnam ſanguinolentam appellant *Bald.num.*15.*Sali.*
15 *& DD. in l. tranſigere C. de tranſact.* quia talis effuſio non eſt fuſtigationis ſequela, ſed contingibilis. Et prohibitio *dicto cap:ſententiam* ſolũ vult quod principaliter, & immediatè ſanguinis effuſio non ſequatur,& hoc prohibet; non quod incidenter vt in noſtra pœna. Ita etiam
16 aduertit *Paulus Grila de relaxa.in carce §. quinto quæro numero* 1.*&* 2. Maximè quod quando effuſio eſt in modica quantitate non conſideratur in Iure *cap. licet cauſam §. quãquam verſ.nulla vel modica de proba.*
17 vide etiam plura in hac re per *Hip. conſ.*71.*Protector,& conſ.* 8.

Nec mirum eſt in dicta ſanguinis
18 effuſione etiamſi non modica ſit, ceſsare Irregularitatis pœnam, cum & in membri debilitatione ceſſet, & ſit neceſsaria vel mors, vel membri, vt diximus, non ſolum debilitatio, ſed & mutilatio. licet in hoc de debilitatione ſit controuerſia. Et quod non ſit Irregularitas tenent *Abb.& Card. in c.* 1.*qui cleri.vel vouentes deciſ.cap.Tolo.* 207. *Card. in Clem. vna de homicid. Villadiego in proprio loco de Irreg. cap. de percuſſore col.*1. Contrarium vero tenet *idem Abb.in cap.cum illorum nu.* 8. *de ſent.*

ex-

excommunication. Sylu. in verbo homicidium 595.

Controuerti ſolet an Iudices Eccleſiaſtici ſi de laicorum criminibus cognoſcant, poſſint proprias ſententias exequi, vt apparet extra ditis per *Innocentium in cap. ſignificaſti num.* 34. *de offic. deleg. & in cap. olim* 3. *de reſti. ſpoliat. per Bal. in l. non ſaltem ff. de off. præf. vigi. per Anani. in rub. de ſortileg. Dom. in capit. cum Epiſcopus de offi. ord. in* 6. *& ibi Fran. per Stepha. in Rep. Cler.* 1. *de offi. ordi. in* 6. *per Abb. in d. cap. ſignificaſti, & in cap. grauis de pœnis*, quod expræſsè iure Caſtellæ Regio videtur prohibitum *in l.* 4. *tit.* 3. *lib. primo Ordina. & iu l.* 2. *&* 7. *tit.* 5. *lib. primo, & l.* 24. *&* 26. *tit.* 2. *lib.* 3. *ordina.* Inquiſitores tamen hanc, & alias pœnas, quas ipſi aſſignant, de ipſorum mandato exequuntur, & ab ipſis Regibus, & eorum Iudicibus auxilium pro tali executione neceſſarium eis præſtaretur, ſi eo opus haberent.

20 Et licet hæc pœna non ſolum vt diximus per clericos, ſed & clericis imponi poſſit, vt habetur *in d. cap. cum beatus* 45. *diſ. & in cap. final.* 35.

21 *diſ.* quod eſt *Concilij Agathenſis*, & *in cap.* 4. *& ibi Abb. de calumniat. Idem Bbb. in cap. Præterea de cleri. percuſ. & in cap. ſecundo requiris de Appellat.* Inquiſitores tamen ob honorem ſacrorum ordinum, ea non vtuntur in clericis ſacris ordinibus decoratis regulariter. Sed eius vicem ſup-

22 plet pœnitentia recluſionis in monaſterio, vel hoſpitali per aliquod tempus, vel exiliũ; ſi enim olim Ciui Romano hæc pœna ex crimine ob honorem Ciuitatis non imponebatur, vt habetur *in actibus Apo-*

23 *ſtol. cap.* 2. & vt quæſt. ſuperiore diximus nobiles ab hac pœna ſolemus excipere. æquum videtur, vt ſacris ordinibus; quia ad Chriſti peculiare opus electi eodem modo excipiamus, & eorum dignitati aliquid concedendum; modo crimen non remaneat impunitum. Vt eſt in argumento *text. cum glo. in l. aut dã-*

24 *num* §. *in miniſterium ff. de pœnis, & in cap fin. de re milit. & in l. capitaliũ ff. de pœnis per Bald. in cap.* 1. §. *ſi quis ruſticus de pace tenend. in vſi feud. per Abb. & Feli. in cap. paſtoralis* §. 1. *de offi. deleg.*

Denique hic pro miſeris fuſtigãdis dico; quod etſi in alijs foris, in quibus hæc, & aliæ corporis afflictiuæ pœnæ aſſignantur, mos ſit ipſos delinquentes carnifici, & cæteris miniſtris executionis operas ſoluere, quod ſatis antiquitatis habet, vt de Græcorum obſeruatione ex verbis *Phocionis* apparet, quæ *Guid. Bituricenſis refert.* ille enim Phocio, & ſi ſæpè ſtrenuè ſuas ope-

25 ras in militia pro patria præſtiterat, ab ea ingrata tamen mori adiudicatus fuit, & cum ſocijs mortis, antequam miniſtrarerur veneuum; qua mortis ſpecie petire erat præceptum: ab eis carnifex ſtipendium poſceret. Ipſe Phocio amicum, qui ibi aderat rogauit, vt pro ipſo pecuniam ſolueret dicens Athenis quidem nec gratis mori licet. In noſtro tamen Sanctæ Inquiſitionis

26 Officio miſeri patientes non ad hoc compelluntur: immo potius pro eis ſtipendium dictis miniſtris ſoluitur.

QVAESTIO VNDECIMA.

De Pœnis Mulierum cõtrahentium Binas Nuptias.

SVMMARIVM.

1 *NObilitas etiam debet ſuffragari mulieribus.*

2 *Quid de temperandis Hominum nobilium pœnis dicitur de nobilibus mulieribus intelligendum eſt.*

3 *Vtrum mulieres includantur in pœnis homi-*

hominibus impoſitis.

4 *In regula odia reſtringi nomine odij non venit formaliter appetitus diſſonãs a charitate.*

5 *Nomine fauoris venit quidquid fauorem, & benevolentiam prouocat.*

6 *In odioſis non admittitur extẽſio etiã ex identitate rationis.*

7 *Pœna impoſita viro rapienti fœminam imponitur fœminæ rapienti virum.*

8 *In legibus ideo frequentius viri quam mulieres nominantur quia in viris frequentius talia delicta accidere ſolent.*

9 *Lex quæ prohibet quod nullus nocte vagetur comprehendit fœminas.*

10 *Fœminæ includuntur in pœnis canonis ſiquis ſuadente Diabolo.*

11 *Indutiæ ſeu tregua, & pax dicuntur ruptę per fœminas.*

12 *Mulier etiam pregnans bannita potẽſt occidi vigore ſtatuti contra bannitos.*

13 *Mulieres ligantur ſtatutis generaliter loquentibus ſicut mares niſi reperiantur ſpecialiter exceptæ.*

14 *Mulieres non excuſantur a Iuris ignorantia.*

15 *In pœnalibus ſub verbo maſculino cõprehenditur fœmeninum.*

16 *An liberẽtur mulieres ob ſexus fragilitatem, & verecundiam pœnis inflictis.*

17 *Videtur quod non liberantur a regula ribus pœnis.*

18 *In diuortio quoad torum ob adulteriũ idem ſeruatur ob adulterium viri, ac mulieris.*

19 *Plauti verſus referuntur.*

20 *Ex ipſo nomine mulieris mollities denotatur.*

21 *In omni animalium ſpecie fœmina debilior eſt maſculo exceptis vrſis, & Leopardis.*

22 *Mollities in muliere ad animum refertur.*

23 *Et ad corporis mollitiem ſecundum alios.*

24 *Vel refertur mollities ad animum vel ad corpus, pœnas in mulieribus alleuat.*

25 *AEtas conſideratur ad imminuẽdas pœnas.*

26 *Ob corporis debilitatem venit mulier excuſanda.*

27 *Intellectus leg. vnicæ C. de raptu virginum.*

28 *Pro eodem delicto variæ pœnæ varijs perſonis inponuntur.*

29 *Grauius puniuntur viri; quia ad eos magis pertinet virtute mulieres regere, & ſuperare.*

30 *Mulier ex ſupradictis a pœna remigandi liberatur.*

31 *Concordãtur opiniones in pœnis mulieribus imponendis in delicto Biuiriæ.*

32 *Sententia Menocchij circa Biuiriæ pœnas.*

33 *Qui contrahit cum perſona altero matrimonio ligata ſciẽter eaſdem pœnas incurrit ac ipſa perſona.*

34 *Pœna mulieris cõtrahẽs de lege municipali Hiſpaniæ.*

35 *Quod dicitur de viro habẽte duas vxores idem dici debet de uxore habẽte duos viros.*

36 *Pœnæ dedecoris, criniũ inciſionis, panorũ abſciſſionis æque in viris, & mulieribus practicari poſſunt.*

37 *Aliæ pœnæ in uſu receptæ in tali delicto referũtur.*

38 *AEquæ includũtur in his pœnis mulieres ac viri, & redditur ratio.*

39 *Homines ad triremes mittere, & mulieres fuſtigari Inquiſitores facere poſſũt abſq; nota irregularitatis.*

40 *Pœna mulierũ quæ in hoc delicto in etruria practicatur ſecũdum Farinacium.*

41 *Quia ſecũdum aliquos ob bigamiæ vel biuiriæ delectum pœna mortis impoſi poteſt. ideo pœnæ relatæ humanitatis limites nõ credũt.*

42 *Mulieres relegãtur per quinquẽnium alijs pœnis ſalutaribus impoſitis poſt abiurationem.*

43 *Aliæ pœnæ quibus mulieres Biuirę plectun-*

ctiuntur commemorantur.

44 *Raro accidere ſolet quod mulier nobilis tali delicto ſe implicet.*

45 *Ab abiuratione mulieres licet nobiles non eximuntur neque a fuſtigatione ſi ignobiles ſint.*

46 *Commutari poſſunt penæ talium nobilium mulierum in pecuniariam.*

47 *Quod de viris dictũ eſt circa circunſtantias aggrauantes delictum de mulieribus etiã intelligi debet.*

1 ANtequam propriam huius loci quæſtionem ingrediar. Præmitto quod nobilitas debet etiam mulieribus ſuffragari; ſicut de viris diximus. ita obſeruat *Farinac. qu.* 140. *de delictis carnis parte* 1. *num.* 9. vbi refert *Caball. reſolut. criminal. caſ.* 98. *nu.* 28. dicentem quod eadem nobilitatis conſideratio haberi debet in muliere ducente plu-
2 res viros. vnde ab aijs pœnis, à quibus viri nobiles abſolui propter nobilitatem ſolẽt, etiam fœminæ, & à fortiori propter dicenda erũt: quãuis alioqui capaces earũ pęnã eſsẽt.

Hoc poſito ad laudatam quæ-
3 ſtionem deuenio. Pro qua omnino faciunt, & valdè ad praxim vtilia quæ ſolent controuerti circa mulieres an ſcilicet includantur in legibus pœnalibus, quæ per verba contra maſculos prolata pronũciãtur necne? Et quod non includantur facit, quod odia ſint reſtringenda *C. odia de reg. Iur. lib.* 6. *reg.* 15. *vbi Aug. Barb. hoc confirmat ex l. cũ quidã ff. de lib. & poſth. cap. renouantes* 22. *diſtinct. tradunt Thom. de Thomaſſ. in florib. leg. reg.* 209. *Ioſeph Adrete de Relig. diſcip. tuenda lib* 2. *c.* 14. *nu.* 6. *Monet. de diſtrib. quotid. p.* 1. *q.* 10. *n.* 1. *Ioſeph de Sẽſſe Aragoniæ deciſ.* 18. *nu.* 102. *& deciſ.* 45. *nu.* 27. *Marc. Anton. Genuenſ. in practicab. Eccleſiaſtica quæſt.* 541. *& eſt text. notabilis in l. at ſi quis* §. *D. Marcus* ibi pœnam in eũ ſtatutam non eſſe *ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* quem ſingulare *dixit Bald. conſ.* 15. *ad Euidentiam lib.* 1. *in l.* 4. *C. de Sacroſ. Eccl. Tiraq. de legib. connub. l.* 9. *nu.* 2. *Clement. de patria poteſt. c.* 6. *eff ctu* 6. *n.* 27.

4 Illud hic prætereundum non eſt quod ab eodem *Barboſa ibidem* notatur. quod quando dicuntur odia reſtringenda eſſe; nomine odij non venit formaliter appetitus diſſonãs à charitate. de quo *S. Thomas* 2. 2. *qu.* 34. *cap.* 1. *vbi gloſſ. de re iudicata hoc libro*: Sed accipitur in ſignificatione magis ampla, prout complectitur tædium, & moleſtiam, & prout complectitur ea, quæ præſtãt materiam odij, ideſt faſtidij. vnde comprehenduntur omnia ea, quæ pœnam, vel diſpendium alicuius continent. Et primo aſpectu videatur acerba, & iniuſta. Hinc deducitur
5 quid veniat nomine fauoris: venit enim quicquid fauorem, & beneuolentiam prouocat, & ita gratiam. Id quod tum de fauore, tum de odio dictum eſt colligitur *ex l. qui exceptionem in princ. ff. de condict. indeb. & l. quod fauorem C. de legibus tũcta regula quod ob gratiam.*

Quod non includantur fœminæ in ſupradictis legibus pœnalibus illud etiam facit quod in odioſis non admittitur extenſio etiam ex iden-
6 titate rationis *Corſet. in ſingul. verbo extenſio el* 2. *num.* 1. *Tiraquell. de retract. in præf. numer.* 62. *&* 63. *Honded. conſ.* 65. *numero.* 98. *&* 112. *lib.* 1. *Farin. fragment. crimin. p.* 2. *lit. E. nu.* 115. *Ioan. Andr. de reſcrip. lib.* 6. *& ibi Geminianus Imola in c. fin. colum.* 5. *de reſcript. Abb. in proœmio Decretal. colum.* 4. *in capit.* 5. *de locat. Butr. in cap. fin. columna* 13. *de conſuet. Iaſon lege cum quidam numero nono de liber. & poſthum.* In contrariũ tamen eſt *l. ſi quis in tantam C. vnde vi comprahẽdit fęminã, vbi Gloſ. & ibi Bart. num.* 3. *Alberic. col.* 1. *verſicul. his ſic præmiſſ. Salicet. quæſtio. prima Angel.*

col. 1. Alex. in l. iuſtè poſſid. numer. 34. de acquirend. poſſeſſ. ne Ripa in capit. ſæpe num. 88. de reſtitut. ſpoliat. Menoch. de recuperand. poſſeſſ. n. remed. 6. quæſtion. prima num. 9. Bald. in dicta lege ſi quis in tantam, & l. vnica

7 *C. de rap. u virgin.* nam pœnam ibi impoſitam volunt procedere etiam in fœmina rapiente virum *gloſ. magna, & ibidem Bald. nu. 23. & in lege Raptores num. 7. C. de Epiſcop. & Clericis, & ibi Marſil. numero 232. Angel. in dicta lege final.* qui ait *Florentiæ* quandam meretricem, quæ adoleſcentulum rapuit, combuſtam fuiſſe. De huiuſmodi praxi in Gallia teſtantur *Ripa libro 12. c. 6. Areſto 3. Rauen. ſing. 388.*

Ratio autem eſt: quare etiamſi fœmina non nominetur in huiuſ-

8 modi pœnalibus legibus; debeat tamen comprehendi: quia ſcilicet quamquam lex virum, ſeu maſculum nominat: hoc tamen ideo facit; quia in viris frequentiori vſu talia delicta accidere ſolent; non tamen per hoc fœminæ excluduntur, vt habetur *ex gloſſ. notabili in l. 1 gl. ff. 1. C. de his qui ad Eccleſ. confug. in authen. caſſa in gloſſ. 1. Codice de Sacroſanct. Eccleſ. in lege in princip. in verb. præcedentem ff. de vulgar. & pupillar. in lege ſi mater §. hoc Iure ff. de exception. rei iud. Bald. in cap. ex quæſtion. columna 3. de reſtitution. ſpoliator. Iaſon in dicta lege citat. numero 14. ff. de ll. Barbac. conſil. 1. columna 6. volum. 1. conſil. 6. columna 8. conſilio 59. colum. 4. conſil. 40. colu. 9. volum. 1. Felin. in capitulo quoad conſultationem colum. 16. de rer. iudic. Alexand. in lege poſtulante ff. ad Trebellianic. in pulchro caſu Curtius Iunior. conſilio 107. in fine, Bellon. conſilio 52. numero Gerard. ſingul. 97. numero 4. Corſett. in ſingular. in verbo frequentia, Rebuff. in tractat. nominat. quæſtion. 5. num. 26.*

9 Et confirmatur etiam noſtra doctrina ex eo quod lex, quæ prohibet ſub conſtituta pœna, quod nullus nocte vagetur; includit etiã fœminas ita vt etiam ipſa ſi contrauenirent, punirentur. *Barthol. in lege iura numero 2. ff. de legibus, Bald. in lege prima numero 14. Codice de ſſru. fugitiu. Cyn. in lege 1. quæſtione antepenultima c. quæſit long. conſuetud. Alexand. in lege ſi conſtante §. fin. num. 7. ff. ſoluto matrimonio Iaſon in ſi ita ſcriptura ff. de legat. 2. Angel. in l. 1. §. verba ff. de pecul. Marſil. in lege vnica numero 227. C. de raptu Virg. Dec. in lege fœminæ num. 115. ff. de regul. Iur. Apoſtill. ad Bald. in lege ſi Barſatorem Cod. de fideiuſſor. Caſtrenſ. in lege ſi filio numero 4. Codice de condicto. ob cauſ. S. cin. Iun. conſilio 1. numero 91. conſilio 3. numero 19. lib. 1. Viuius lib. 1. opin. 283. ampliat. prima Dec. conſilio 339. numer. 2. Rebuff. ad lege 1. num. 8. ff. de verborum ſignif. Marſil. in l. ſi quis viduam nu. 5. & 6. ff. de quæſt.*

10 Includuntur etiam fœminæ *Canon. ſiquis ſuadente diabolo 17. quæſt. 4.* ſi temerario auſu in clericos manus inijciunt *Gloſſ. in d. Canon. ſiquis Nauarrus in manuel. cap. 27. numero 76. declaration. 1. & ex l. ſi conſtante §. final. ff. ſolut. matr.* vbi habetur quod fœmina comprehendatur ſtatuto, quod pœnam imponit committenti violentiam. Et Induciæ, ſeu tregua, & pax dicuntur rupta per fœminas, vt conſuluit *Marſil.*

12 *81. numero 18.* & mulier etiam prægnans bannita poteſt impune occidi vigore ſtatuti quod bannitus poteſt impune occidi *Bald. in l. Imperator de ſtatu homi.*

Vnde optimum eſt (vt hoc pũctũ concludã) quoad hanc rẽ dicit *Bal. in le. paſſ. C. de Iur. & facti ign.* quod mulieris ita ligantur ſtatutis terrarũ generaliter, & indefinitè loquenti-

13 bus, ſicut maſculi niſi ſpecialiter reperiantur exceptæ. Id quod notat

Ber.

Bertacch. repert. 3. p. verbo mulieres ligantur, vbi etiam ait referēs *Barth.* quod mulier non excuſatur minus
14 quam maſculus a iuris ignorantia, niſi in caſibus à iure expreſſis. Vnde fit vt ſi quæ leges, vel quæ ſtatuta tam ciuilia, quam Eccleſiaſtica de bigamis, vel celebrantibus plures nuptias indefinitè, vel generaliter loquantur quoad pœnas; niſi peculiariter fœminas excipiant; illas omnino includant. atque adeo ex hoc capite; quod aliqua iura maſculinis vocabulis vtantur quoad pœnas; nullatenus debent excludi fœminæ. quinimmo debent includi.
15 nam vt habetur in *Repertorio Inquiſitorum* verbo Fęmininum compręhenditur fœmininum ſub maſculino in pœnalibus, & non è conuerſo, vt *ff. de pęnis ſi quis cum telo, & ff. de Iuriſdictione omnium Iud. l. ſi quit, & quod nota ff. de verborum ſignificat. l. 1. in gloſ. & per DD.*

Quoniam autem fere arbitrarias has Bigamorum pœnas diximus: hinc fit vt etſi in totum mulieres huiuſmodi pœnis ex proximè dictis non liberentur; in tutinam tamen cadat; an ob ſexus debilitatem (eſt enim fragilior, quam virorum in
16 *ſpecul. de actore verſic. item opponitur de actore quod eſt prodigus*) debeant mitius tractari in pœnis corporalibus, ſeu acerbis; vel dedecora minui, ob muliebrem verecundiam; vel aliqua pœnæ nullatenus imponi debeant ob indecentiam, vt ſupra de nobilibus fecimus, quos à varijs pęnis excepimus.

Ex alia vero parte videtur contrarium debere effici, præſertim vero in his delictis carnis, in quibus mulieres propter maiora ſcandala, & familiarum de honeſtationem grauius peccant. Et in deli-
17 cto Biuiriæ grauius peccare mulierem iam ex ſupradictis clariſſime patet. vnde ſi grauior pęna grauiorem culpam debet ſequi; rectè concluditur quod mulieres quandoquidem grauius peccant, debeant grauius puniri quoad reliquas pęnas. nam quoad diuortium, quoad torum, & cohabitationem eadem lex ſeruatur tam ob
17 adulterium viri, quam ob adulterium mulieris, vt ſupradiximus. Id quod tam optabat apud *Plautum* Syra anus, quamuis quoad diuortium illius temporis hoc pacto.

19 *Vtinam lex eſſet eadem vxori, quæ eſt viro*
Nam vxor contenta eſt, quæ bona eſt, vno viro,
Qui minus vir vna vxore contentus ſciet?
Ecaſtor faxim ſi itidem plectantur viri
Si quis clam vxorem duxerit ſcortum, ſuam.
Vt illæ exiguntur, quæ in ſe culpam commerent,
Plures viri ſint vidui, quam nunc mulieres.

Vt ergo hanc difficultatem reſoluamus, debemus allatas rationes pro vtraque parte melius expendere. Et quidem ex vna parte ſi muliebrem fragilitatem, & mollitiem conſideremus: magna hæc apparet; ſiquidem ex ipſo nomine (*Mulier*) eius mollities de-
20 notatur, vt ait *Diuus Auguſtinus in ſermone de tempore 243. & Diuus Ioannes Chryſoſtomus Homilia 25. in D. Matth. Euangelium, Iſidorus Varro, & Lactantius Firmianus.* ita etiam habet *Gratianus 32. quæſt.*
21 *ſeptima §. ſed illud.* vnde bene *Ariſtotelis in hiſtoria Animalium*; ait *in omni Animalium ſpecie fœminam debiliorem maſculo, præterquam in vrſi ſpecie, & Leopardi.* Id quod etiam *Galenus* obſeruat *in Commēt. 17. ſupra quartam particulam Aphoriſmorum Hippocratis.*

Siue autem hæc mollities referatur ad animum ipſius mulieris, vt
22 refert iam dictus *Gratianus*, & *Gloſ. in cap. primo de calend. deſponſ. Paramus de Orig. Inquiſitionis lib. 3. qu. 10. num. 130.* vbi ait; *cum nominentur mulieres non à corporis ſexu, ſed à mollitie mentis*, mirum quod ipſa *Hero* apud *Ouidium* de ſe teſtatur in *Epiſt. ad Leand.*

Sed ſum tibi viribus impar,
Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris.
Vt corpus teneris ſic mens infirma puellis:
Deficiam, parui temporis adde moram.

ſiue ad corpus vt excitatis Ouidij
23 criminibus colligitur: vnde Paramj admiratio ceſſare debet, & vt confirmat *Lactantius Firmianus in prim. libro de diuin. Inſtitution. cap. 1. & Galenus in commentarijs de pulſibus comm. 1. Barboſa in Collect. in lib. 4. decret. tit. 3. cap primo nu. 3.* vbi ait quod mulier dicitur à mollitie mentis: immo corporis, & citat *Tir. quell. l. 1. connub. num 55. Alciatum*, qui ad ſatietatem in *l. mulieris appellatione par. 2 ff de verbor. ſignif. par. 32. Bl. ſ. Aluares Mirabal. in libro quem inſcripſit Conſeruacion de la Salud. cap. 88. pagin. 369. Orozco en el Teſoro della lengua Caſtellana, verbo muger pag. 558.* ſemper fauet in
24 hoc ipſis mulieribus; nam ſi mollities animi attendatur, culpam; ſi corporis mollities pœnas alleuat. ſicut enim ætas cõſideratur ad imminuendas pœnas; ſiue quis iuue-
25 nis valdè, ſiue admodum ſenex, eſt iuxta cauſa imminuendi pœnam, vt per *D. ciuem in l. ferè in omnibus ff. de reg. Iuris* non aliam ob cauſam, niſi quia corporis debilitas attenditur eadem ratione venit mulier excuſanda partim à pœna ob eandem ſexus, corporiſque debilitatem.

27 Hinc ſit, vt in caſu *l. vnicæ C. de raptu Virgin.* ſint Auctores in contraria ſententia, qui probabilius putent, quod mulier rapiens Virum non puniatur pœna *d. l. ita Paulus Grillandus de diuerſorum criminibus lib. 3 quæſt. 10. nu. 33. pract. lod. ci. c. 95. num. 171. Iulius Clarus in §. Raptus verſ. ſed pone*, dicens quod licet raptus ſit crimen grauiſſimum, & capitale; in muliere tamen punitur Iudicis arbitrio citra tamen mortẽ non obſtante Angeli ſententia ſupra relata *Tiber. Decian. tract. crim. tom. 2. de raptu cap. 6. numer. 27.* vbi attendit qualitatem perſonarum; quapropter vilem meretriculam morte punit. Mulieres etiam delictum Læſæ Maieſtatis committentes, mitius puniuntur, vt dicit *Oldrad. cõſ. 39. Boer. in tractat. de ſeditioſis col. penult. Carrer. in pract. part. 1. num. 97. verſ. quid autem Tiber. Decian. ſupra cit. tract crimin. to. 2. lib. 7. cap. 49. de excuſatione reorum num. 9.*

Quinimmo ex dictis maturè cogitandum an pœna ſexui applicabilis ſit. Ita *Veronẽſ. cõſ. 6. num. 27.*
28 & ficit adhoc textus in materia ſacrilegij in *l ſacrilegij pœnam ff. ad l. Iuliam peculat.* vbi pro eodem delicto capitali, multi furca ſuſpendũtur, multi concremantur, multi dãnantur ad beſtias; habita ratione ſexus, & ætatis *l ſi adulterium §. fratres §. inceſtum ff. de adult. & text. in Cano. indigna 32. quæſt. 6.* vbi tanto grauius puniuntur viri; quanto magis ad eos pertinet, & virtute ſuperare, & exemplo mulieres regere. Et in *l. quiſquis §. ad filias C. ad legem*
29 *Iuliam Maieſtatis*. vbi quoad crimen læſæ Maieſtatis ita loquitur: *mitior enim circa eas debet eſſe ſententia ratione ſexus, & ætatis, Tiraquel. tractat. de pœnis temperandis cauſa Nona.*

30 Vnde ob hanc ſexus indecentiã, & corporis debilitatem, mirum nõ

eſt

eſt ſi mulier à pœna remigandi ab-
30 ſoluatur; quamuis alioquin eorũ delicta talem pœnam commereantur.

Ex alia vero parte, quia vt ſæpius diximus, grauius delictum committit mulier in biuiria, quam vir in bigamia: Iure merito ſequitur, quod maiores debeat ſoluere pœnas mulier, quam vir. Si ergo ex vna parte debeat ſoluere maiores, ex alia vero parte minores; mirũ nõ eſt ſi hic exceſſus, & defectus ad æqualitatẽ reducãtur: atque adeo æquales pœnas patiantur mulieres, ac viri iteratis nuptijs ſe implicantes: ſi
31 illas tantum pœnas excipiamus; quę omnino imponi non debent ob ſexus indecentiam, vt diximus de triremibus; quæ nec etiã poſſibilis videtur mulieribus.

Id quod videtur attingere aptiſſimè ad rem noſtram *Menocchius lib. 2. cent. 5. caſu. 420. num. 116.* vbi poſtquam ex Theologorum ſententia refert quod pluralitas maritorũ
32 multò magis repugnat legi antiquę Diuinæ, Euangelicæ, ac iuri naturali, quam ipſa vxorum pluralitas: rectè concludit his verbis: *qua ratione fit, vt mulier iſta eiſdem pœnis, immo, & grauioribus feriendaſit, quibus & viri, qui plures duxerunt mulieres.* Et idem innuit *Cantera in quæſtion. criminal. 480. num. 31.* vbi ait, quod de iure regio punitur contrahens binas nuptias pœna relegationis in inſulam per quinquennium, & perdit omnia bona, quæ habet in
33 loco, vbi contraxit; & eadem pœna punitur qui contrahit cum ſecũdo cõtrahente verbi gratia Petrus liber contrahit cum Maria nupta viro viuente; ille Petrus eadem pœna punitur, qua punitur ipſa Maria ſcilicet relegationis per quinquennium, iuxta textum *in l. fin. titu. 17. p. 7.* Et hoc de Iure Partitarum. De Iure autem fori punitur mulier ſecundo contrahens; vt ipſa, & qui cum ea contrahit ponantur in ma-
34 nu, & poteſtate primi mariti, vel ſpõſi, vt ei ſeruiant; non tamen poterit eos occidere, vt eſt *text. in l. 2. tit. 7. lib. 4. fori. & Souſa in aphoriſmis lib. 1. cap. 35. num. 8.* ait quod quæ dicuntur de viro habente duas vxores; eadem dici debent de muliere cum duobus viris contrahente, pro
35 quo citat *Antonium Gomez num. 28. Iulium Clarum in pract. §. fornicatio num. 26.* Idem aſſerit *Farinac. de delictis carnis quæſt. 140. part. 1. nume. 18. ex text. in l. miles §. mulier in fine ff. ad l. Iuliam de Adult.*

Ex dictis optimè deducitur; quã benè æquentur pœnæ per tribunal Sancti Officij: tam viris, quam mulieribus impoſitæ ob delictum contrahendi plures nuptias. Et ſic in ijs, quæ ad dedecus pertinent; viros vt ait *Albertinus de agnoſc. quæſt. 23. num. 7.* poteſt Iudex Eccleſiaſticus punire abſciſſis pannis ante, & retro: & mulieres crinibus inciſis
36 ad maiorem infamiam iuxta *gloſ. in c. p. benedicta 32. quæſt. 1.* quin immo *Menocchius ipſe loco cit. num. 117* ait quod ipſis etiam mulieribus abſcinditur veſtis ante, & retro; & idẽ dicit *Farinac. de delictis carnis quæſt. 140. par. 1. num. 19.* & addit (quod tam de viris, quam de mulieribus debet accipi) quod hoc modo poſſunt de honeſtari; vnde in quibuſdam locis mitrantur, vel ſcalantur, aut alia ignominia eis irrogatur, & cætera. In ijs vero, quæ tum ad dedecus, tum etiam ad pœnam corporalem ſpectant: æquo iure mulier, quæ ob biuiriam deliquit, centies hic in Sicilia, ducenties in Hiſpania verberatur, ſeu fuſtigatur in publico circunductu, ac vir biga-
37 mus. Ita videtur colligi poſſe ex *cit. Souſa num. 20. vbi poſtquam num. 19.* dicit quod pœna, quæ contrahentibus binas nuptias datur, eſt arbi-

traria

traria attenta qualitate perſonarū, & facti *ex Menocch. ſupracit. nu.* 97. *& Farinac.* etiam *loco cit. numer.* 9. ait quod regulariter perſonæ viles fuſtigantur; quare huic pœnæ ſunt obnoxiæ mulieres; niſi eas nobilitas tutetur: & eodem pacto loquitur *Diana p.* 4. *tract.* 7. *de pœnis delicti reſol.* 4. §. *quibus vero alijs pœnis*, quod ſi dicas quod iſti auctores, nē pe Souſa, & Diana non includant *locis cit.* mulieres in pœna fuſtigationis; mirum mihi eſt, cum praxis
38 ſit in contrarium; nec ratio ſit quare excipiantur: nam cum in alijs delictis viles, ſeu ignobiles mulieres fuſtigentur; dici non poteſt, quod fuſtigatio imponi non ſoleat mulieribus, quare ſi aliunde habemus, quod eaſdem pœnas commerentur, ac vir penſatis omnibus, & ex pœnis de bigamis in genere ſupra adductis habeamus; quod viri ob tale delictum ſoleant modo dicto fuſtigari, omnino ſequitur; quod talis pœna imponi poſſit mulieribus. Præſertim vero; quia cum mulieres à triremium pœna, vel ob indecentiā, vel etiam ob corporis tenuitatem liberentur; rationabile non videtur vt etiam à fuſtigatione liberentur; niſi aliud afferatur.

Nec etiam dici poteſt, quod mulier fuſtigari non poſſit ab Inquiſitoribus; quia Iudices ſunt Eccleſiaſtici; nam præter quam, quod in ſuperiore quæſtione oſtendimus,
39 quod poſſint Inquiſitores viros fuſtigare; & modo addo, quod poſſint ad triremes mittere abſque vlla irregularitate, vt benè probat *Zanchinus Vgolinus de hæreticis cap.* 20. ex paritate perpetui carceris ex *cap. excomm.* 2. §. *ſi qui autem eod. tit. & capit. tuæ diſcret. de pœnis*; præter hoc, inquam, expreſsè habetur ex *Abbate in cap. Præterea de cler. percuſ. num.* 2. quod Epiſcopus mulierem propter delictum fuſtigari facere poteſt, & adducit *cap.* 2. *de calumniat. & 5. quæſt.* 5. *illi qui*; quem Abbatem refert citatus Vgolinus.

Et confirmatur hæc doctrina ex *Farinac. de delict. carnis quæſt.* 140. *n.* 11. vbi ait *ex Caball. reſol. crimin. caſu* 98. *num.* 11. *& 12. num.* 27. in
40 Hetruria ſeruari, quod mulier, quæ plures viros accepit totidem bireta ſuper capite defert, & pariter ſuper aſino publicè fuſtigatur, quare non eſt cur dicamus, quod non poſſint mulieres fuſtigari ob delictum biuiriæ: nam vel Caballus loquitur de Iudicibus Eccleſiaſticis, & pari paſſu poſſunt Inquiſitores, qui ſunt Iudices Eccleſiaſtici; vel de Iudicibus laicis; & eodem pacto poſſunt Inquiſitores. Nam poteſtas puniendi à Iudicibus ſæcularibus ad Inquiſitores tranſijt, in hoc vt ſæpè diximus.

Et confirmatur ſecundo hæc doctrina; nam ſi non deeſt ſententia doctiſſimorum virorum; qui putēt poſſe bigamum capite plecti, vt ſupra vidimus ex *Menocchio*, qui tenet hanc ſententiam; quin immo *Menocchius* ipſe ex pœna mulieris argumentatur ad pœnam viri, vt refert *Farinac. loco cit. num.* 3. & videtur probari *in l. vxor C. de repud.* vbi
41 dicitur, mulierem capitali pœnæ obnoxiam eſſe, ſi ſecundo viro nupſerit non expectato quadriennio, ſi talis inquam, eſt ſententia: omnes aliæ pœnæ minores erunt; & mitiores, ac delictum ipſum meretur. Vnde merito diximus has pœnas ad æquitatem duci penſata debilitate muliebris ſexus.

Sed vt hanc quæſtionem concludamus; debemus ad alias pœnas procedere. Dicit ergo *Souſa loco citato nu.* 20. quod mulieres per quinquennium relegantur, alijs etiam
42 Spiritualibus pœnitentijs impoſitis, & abiurant leuem ſuſpicionem contra fidem, *Diana etiam loco cit.*

ait

ait quod mulieres per quinquennium relegantur alijs ſpiritualibus pœnitentijs impoſitis.

Id quod totum vt vno verbo perſtringam: ita in praxi ſolet exerceri: mulier, quæ de biuiria conuicta eſt, ad publicum locum cum alijs
43 pœnitentibus ducitur; impoſita capiti ignominiæ mitra; in qua duo viri depicti ſint (quæ pœna poſſet in nobilibus excuſari) ſicut etiam aliquando ad arbitrium Inquiſitorum à publico ſuggeſtu mox dicendo; vt olim factum eſſe alicubi mihi cõſtat cum muliere aliqualis nobilitatis, quod tamen delictum in
44 mulieribus nobilibus per rarò accidere ſolet: Deinde in publico illo ſuggeſtu, ſeu loco ſpectaculi lecta prius cum meritis ſententia, leuem ſuſpicionem abiurat; à qua abiura-
45 tione neque nobiles mulieres eximuntur: Denique imponitur eis pœna fuſtigationis ſi humiliores ſint ſi vero honeſtiores; poſſet loco fuſtigationis imponi aliqua recluſio ad tempus, vel aliqua alia ſimilis pœna. Et denique per quinquennium relegantur.

Illud hic aduertendum quod ſicut ſupradiximus de viris nobilibus, quod poſſint huiuſmodi pœnæ commutari in pecuniarias; eodem
46 pacto modo dicimus de mulieribus nobilibus, vt ſcilicet poſſint etiam earum pœnæ corporales in pecuniarias commutari; ſi alioqui habiles ſint ad huiuſmodi pœnas corporales pecuniaria redimendas, quod ſi pecunia non poſſint redimere congruum puto, vt pro qualitate perſonæ in alias pœnas commutentur, quæ talem gradum non admodum dedeceant. Et huc etiam faciunt, quæ initio huius quæſtionis adduximus.

Illud etiam aduertendum, quod quæ ſupra diximus de viris, ſi delictum bigamiæ repetatur, vel aliqua alia circũſtantia admiſceatur, quæ maiores pœnas vſque ad mortem ipſam mereatur, quod eadem ſeruata proportione, debent, & de mulieribus intelligi, quæ vt ne longior ſim, non eſt opus modo repetere.

QVAESTIO DVODECIMA.

Qualiter ſint puniendi Religioſi, & Clerici matrimonia celebrantes.

SVMMARIVM.

1 *POena Religioſorum, & Clericorũ qui ad nuptias tranſeunt à concilio Turonico impoſita.*

2 *Inquiſitores poſſunt punire tales religioſos ieiunijs, & de truſione perpetua ex dicto conſilio Turonico.*

3 *Iſtorum pœna arbitrio Iudicis imponenda eſt in ſententia Simancas.*

4 *Sententia Cauteræ circa hos delinquẽtes.*

5 *Pœna contra hos delinqnentes à Ciriaco Pontifice impoſita.*

6 *In Romana Inquiſitione, etiam ſi tales delinquentes torturam ſuſtineãt ſuper intentionẽ mittuntur ad triremes.*

7 *Monialis matrimonium contrahens ſi communicatur.*

8 *Variæ pœnæ à varij auctoribus aſſignatæ huiuſmodi clericis, & religioſis afferuntur.*

9 *Luterus docuit tales matrimonia iniri poſſe.*

20 *Sententia Simancas circa iſtorum punitionem refertur.*

11 *Clerici, & Religioſi matrimonia ineuntes amittunt beneficia ipſo Iure ſecundum aliquos.*

12 *Eſſe priuatos poſt ſententiam affimat alij.*

13 *Clericus in ſacris conſtitutus matrimonium contrahens efficitur irregularis non ſolum in ſuſceptis ordinibus verum etiam ad ſuſcipiendos vlteriores.*

Sen-

14 *Sententia contra hos Concilij Toletani refertur.*

15 *Tales, & si sustinuerint torturam super intentionem ad triremes mittuntur.*

16 *Episcopi possunt dispensare cum talibus post peractam pœnitentiam dum modo cum vnica, & Virgine contraxerint.*

17 *Non tamen potest si cum vidua, vel corrupta, vel dupliciter contrahat.*

18 *Si contraxit cum vidua, & occultè ex priuilegio Concilij Tridentini Episcopus dispensare potest.*

19 *In nostra Inquisitione Hispanica tales Sacerdotes, & religiosi non torquentur.*

20 *Si vero in talibus augeatur suspicio etiã in nostra inquisitione torquẽtur.*

21 *In aliquibus casibus in talibus sacerdotibus pœna pecuniariæ locum habẽt.*

22 *Assignantur pœnæ quas talibus delinquentibus imponere solent inquisitores Hispani.*

23 *Doctrina superius tradita de attentato, & non consumato matrimonio in Religiosis, & Sacerdotibus locũ habet.*

24 *Sacerdotes Greci si post ordines sacros receptos matrimonium contrahant eisdem pœnis summittuntur.*

25 *Sacerdotes greci orientales canonicis latinorum constitutionibus adstringuntur.*

26 *Equites Diui Iacobi Alcantaræ, & Calatrauæ sunt vere Religiosi.*

27 *Sed non prohibentur matrimonium contrahere.*

28 *Solemnitas voti non est de iure diuino sed ecclesiastico.*

29 *Cum castitate coniugali vera religio stare potest.*

30 *Sicut in voto paupertatis est latitudo, ita etiam in castitate in talibus religiosis.*

1 POenam huiusmodi Religiosorum adducit *Farinacius quæst. 183. §. 6. num. 71. ex decreto Concilij Turonici*, quod scilicet excommunicentur, & ab Ecclesia segregentur; donec ad monasterium reuertentes, impositam ab Abbate pœnitentiam peragant. Et idem docuit *Simanchas de Cathol. Instit. titu. 40. de matr. num. 11.* vbi postquam affert dictum Concilium Turonicũ eo tempore celebratum; quo licebat clericis iuxta vsum Orientalis Ecclesiæ habere vxores, & contra monachos decretum proferens supra à Farinacio relatum. Addit, quod Inquisitores possunt imponere huiusmodi Religiosis ieiunia, &

2 orationes cum detrusione perpetua in monasterium *ex Concilio 2. Turonico can. 11. & c impudicas c. si quis sacro c. monacho, c & quia 27. quæstio 1.* & citat *Nicepho lib. 2. cap. 15. cum sequen. & lib. 6 cap. 30. Alphons. Viruef. aduersus Lutheri dogmata Philip. 18. cum sequen. Perionium lib. 2. topicor Theologicorum.* Et idem *Simanchas* confirmat *in Enchirid. violatæ Relig. titul. 12. rubr. de nefarijs nuptijs num. 2.* & addit quod huiusmodi Re-

3 ligiosorum pœna pro qualitate criminis arbitrio iudicum constituenda est.

Et *Didacus Cantera in quæst. criminal. Rubr. de hæret. & c cap. 1. num. 71.* dicit quod contra huiusmodi proceditur pœna deportationis ex *Authentica incestus C. de incestis nuptijs*. Addit tamen ex sua sententia quod etiam si vincerent torturam (de qua cap. superiori eius sententiam adduximus) si remaneret pro-

4 batio aliqua, deberent deportari ad arbitrium Iudicis. *Bellam. lib. vnic. de matr. cap. 21.* vbi ait quod ex decreto *Siricij Pontificis in Epist. 1. cap. 6.* statuitur, quod monachi, & Sanctimoniales; si matrimonia contrahunt, excommunicentur, & in-

5 ergastulis vsque ad finem vitæ pœnitentiam agant *Farinac.* vero iuxta principia ab ipso posita ex stylo Romanæ

manæ Inquiſitionis ait huiuſmodi Religioſum etiam ſi torturam ſuper
6 intentione ſuſtineret, mittendum ad tempus ad triremes, & quod monialis ſi cõtrahat matrimonium, ex communicatur, habetur *ex gloſſ. in Clem. 1. de conſanguin. & affin. & Cardin. ibi.*

7 Eædem ferè pœnæ contra Clericos ſtabiliuntur; nam quod debeant deportari, & bonorum confiſcatione puniri, & ad arbitrium Iudicis deportari, ſi remaneret probatio aliqua poſt Torturam; dicit *Canttera loco cit.* & quod debeãt ad triremes mitti poſt torturam, ſi eã
8 ſuſtinuerint; dicit *Farinac. d. nu. 71.* & quod detrudi debeant in monaſterium; modo ad tempus; olim autem donec viuebant dicit *Simancas de Cathol. inſtit. d. tit. 40. num. 12.* qui Simancas quoniam diſtinctius *num. 13.* adducit plures clericorum pœnas, omnino prætereundus nõ eſt.

Poſtquam ergo dicto *num* . aſſerit quod has clericorum nuptias eodem errore amplectitur impurus Lutherus contra innumerabilia cõ
9 cilia, & Sanctorum Patrum decreta, & totius Occidentalis, hoc eſt Catholicæ, & Apoſtolicæ Chriſti Eccleſiæ traditionem, & conſuetudinem. Pro quo citat varios Auctores; quorum quia non paucos ſuperiori cap. adduximus; ideo omitto apud ipſum legendos *nu.* deinde 13. clericorum pœnas adducit.

Ait ergo quod huiuſmodi clerici ad vetitas nuptias proſilientes, debent priuari officio, & beneficio Ec cleſiaſtico, & compelli ad dimiſſionem non legitimarum vxorum, &
10 digna pœnitentia puniri, quare ſi prædicti clerici fuerint Præsbiteri; ab ordine deponantur, & ſacro myſterio priuentur; ſi fuerint Diaconi ſegregentur à miniſterio, & ab omni ſacro ordine, & à clero remouentur; & officio, & beneficio Eccleſiaſtico priuentur, quod ipſum & de Subdiaconis ſtabilitur, quæ pœnæ ſacris Canonibus continentur.

11 Et quoad beneficium habetur *ex cap. ſiqui de clericis coniugatis.* vbi *Barboſa nu. 7.* poſtquam ex citandis Auctoribus colligit clericum in ſacris conſtitutum, vel profeſſum Religionem approbatam amittere beneficia: adducit controuerſiam inter eoſdem; quorum aliqui dicũt quod beneficia amittit ipſo Iure: & ita *Abb. hic num. 7. Zabarel. num. 2. Couar. §. 3. num. 4. Aufer. ad Capell. deciſ. 240. num. 4. Azor. Inſtit. Moral. par. 2. lib. 7. cap. 16. quæſt. 5.* cæteri
12 communiter exiſtimant eſſe priuatum per ſententiam ita *gloſ. hic* verbo *dimittere Ioan. Andr. in cap. Ioannes infra hoc tit. uu. 23. verſic. ſi vero, Butrius num. 19. ad finem, Anch. num. 14. Imol. num. 24. Clarus §. fin. quæſt. 73. num. 5. Maſcard. concl. 182. uu. 5. Nau. iu manual. cap. 25. numero 120. Henriquez in ſum. lib. 7. cap. 36. num. 1. Sanchez lib. 7. de matrim. diſput. 42 ſub num. 4. Leſſius de iuſtitia lib. 2. c. 34. num. 115. Nicolaus Garc. de benef. par. 11. cap. 8. num. 17. Antonius Ricciulus de Iure perſonarum extra Gremium Eccleſiæ exiſtent lib. 7. cap. 2. num. 12.* vbi *à num. 14.* diſparitatem affert; quare nimirum clericus in ſacris conſtitutus non priuetur ipſo Iure beneficijs; priuetur autem is, qui tantum minoribus eſt initiatus.

Et quod talis clericus in ſacris cõſtitutus efficiatur irregularis per
13 ductionem vxoris; ita vt nec in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, nec ad maiores ordines ſuſcipiendos promoueri poſſit, habetur *ex capit. decernimus diſt. 28.* vbi *Barboſa* adducit *Couarr. de ſponſal. part. 2. cap. 6. §. 3. num. 1. Nauarr. in Manuali cap. 27. nu. 195. Decian. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 22. num. 9. verſ. Item clericus,*

cus, Viuald. in candelabro aureo part. 1. tit. de matr. num. 230. Matienſ. in Rubr. tit. 1. gloſ. 1. nu. 157. lib. 5. nouæ Recop. Ceuall. Comm. contra communes qu. 558. n. vnico Sayrus de Cenſuris lib. 6. cap. 4. num. 22. Sanchez dicto lib. 7. de matr. diſp. 85. nu. 5. in fine. Val. Reginald. in praxi fori Pœuit. lib. 3. nu. 130. Bonac. de matrim. quæſt. 3. pun. 9. nu. 8. Bellet. diſquit. cleric. part. 1. tit. de diſciplina cleric. §. 5. uum 72. Farinac. in praxi Criminal. par. 5. qu. 138. n. 98. Idem etiam docet Abbas in c. 1. qui clerici vel vouentes allatus à Bertacchino verbo matrimonium; vbi etiam Abbas quærit an Epiſcopus poſſit diſpenſare cum clericis, qui in ſacris conſtituti matrimoniũ contraxerunt.

Id quod ſeuerius ſtatuitur in Concilio Toletano Octauo his verbis:

14 quicunque etiamſi inuiti ad Eccleſiaſticarum officia dignitatum aſſumuntur, deſere quam ſemel receperunt gratiam, donumque nequaquam audeãt. Si vero ad coniugia, moreſque ſæculi redire attentauerint, omni Eccleſiaſtica dignitate priuentur, & Apoſtatæ habeantur, & in monaſterio donec vixerint, ſub pœnitentia detrudantur.

Et quod vltra prędictas Canonicas pœnas, pecuniaria mulcta puniantur addit prædictus Simanchas loco proximè citato. & quod talis clericus poſt torturam ſuper intentione

15 etiamſi ſuſtinuerit, mittendus ſit iuxta morem Romanæ Inquiſitionis ad tempus ad triremes docet Farinacius loco citato.

Quod ſi hic quæras an poſſit Epiſcopus diſpenſare cum Sacerdotibus, qui contrahunt nuptias, pera-

16 cta tamen pœnitentia. Reſpondeo poſſe cum hac tamen limitatione, quod contraxerit cum vnica, & Virgine, in quo caſu procedit text. in cap. 1. qui clerici vel vouentes: non tamen poſſe: ſi cum vidua, aut corrupta, aut duplex matrimonium contraxerint. iuxta quæ debent intelligi text. in cap. nuper, & in cap. fin.

17 de bigamis. vt notare potes ex Couarr. in Clem. ſi furioſus part. 1. §. 2. n. 2. verſ. 2. valent p. 3. diſputat. 7. qu. 19. pun. 3. in 1. ſpecie Irregul. in fi. Sãchez de matrim. lib. 7. diſp. 86. à num. 20. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea reſolut. 220. Fr. Ludouic. Mirãda in manual.

18 Prælat. tom. 2. quæſt. 8. art. 2. concluſ. 3. qui etiam reſoluit poſſe Epiſcopum ex priuilegio Concilij Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 6. diſpenſare cum tali clerico, vel etiam cum profeſſo Religionem: ſi tamen occultè contraxit cum vidua.

His pœnis præmiſſis, circa quas arbitrium Inquiſitorum vagari poſ ſit iuxta grauitatem, & circunſtantias delicti: deſcendo nunc magis præſsè ad pœnas, quas noſtrum Tribunal hodie imponere ſolet.

Et primo quod tortura non ſoleat adhiberi à noſtris Tribunalibus dum hæc delicta intra ſpeciem leuis ſuſpicionis continentur iam ſupra docui in hoc eodem libro, cũ

19 de tortura bigamorum egi: vbi quinam ſit meus ſenſus circa adhibendam torturam, nec ne, iam oſtendi; & modo etiam circa hunc casũ clericorum, & Religioſorum idem affirmo. Quod autem non ſoleant torqueri ex ſtylo noſtræ Inquiſitionis dicit Diana par. 4. reſolut. moral. tract. 7. reſol. 5. & reuera ita eſt praxis noſtræ Inquiſitionis. Si vero augeatur ſuſpicio: ex eo quod huiuſmodi Clerici eſſent ex prouincia

20 infecta lutherana hæreſi, quod debeant torqueri, vt diximus in caſu, & tortura bigamorum, dicimus etiam in hoc caſu, & dicit Diana loco citato.

Secundo de pœna pecuniaria dico quod pro arbitrio Inquiſitorum poſſet imponi, præſertim vero ſi in tali Clerico (nam in Religioſo hæc pœna locum non habet) concurre-

rent

21 rent aliquæ conditiones æſtimatione dignæ, vt nobilitas, vel inſignis ſcientia: quibus cõditionibus poſitis: deficiente tamen pecunia ob clerici paupertatem; poſſet pœna triremium commutari cum incluſione in aliquo monaſterio impoſitis alijs pœnitentijs.

Tertio Dico quod pœna communiter imponi ſolet; præſertim vero ijs clericis, & Religioſis, qui libero quodam modo viuendi prophanos magis, quam ſacros profitentur, quando ſuſpicio remanet
22 intra terminos leuis, vt ad triremes ad minus per quinquennium mittantur; quod ſi ſuſpicio augeatur, tempus triremium augetur ad ſeptennium. Id quod confirmatur ex *Diana loco citato* hoc tenore loquente. (Ordinariè igitur imponerem abiurationem de leui, & ad triremes ad minus per quinquennium damnarem; niſi talis qualitas perſonæ, & circumſtantiæ concurrerent, vt etiam neceſſe fuerit reum torquere & abiurationem de vehementi imponere, & augere pœnam ad triremes: vt ſi verbi gratia clericus, ſeu Monachus eſſet de prouincia infecta lutherana hæreſi).

Cætera quæ poſſent hinc controuerti; vt de attentato matrimo-
23 nio clerici, ſeu Religioſi, vel de contracto, & non conſummato: eodem modo puto debere reſolui: ſicut ſupra reſoluimus de attentato bigamorum, & cæteris huiuſmodi.

Vltimo hic quæri poſſet de Sacerdote Græco, cui conceſſum eſt vt matrimonio ante ſacros ordines celebrato, ſi hic vel poſt ordines ſa-
24 cros ſuſceptos, mortua prima vxore ante ordines ſacros, poſt illos duceret aliam. Ad quod eodem modo reſpondeo, quod debeant puniri, ſicut alij clerici primum Matrimonium celebrantes, vt iam dictum eſt. Ad quod, Id quod affert *Auguſtinus Beroi ad cap. canonũ ſtatuta nu.* 197. *de conſtitut.* vbi conclu-
25 dit Græcos, & Orientales clericos more Græcorum Viuentes teneri Canonicis latinorum conſtitutionibus, *& Azor. Inſtit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 11. quæſt. 7. & habetur ex Gloſ. conuincitur 1. c. de libellis diſt. 21.* ibi: *ſed nonne Orientalis Eccleſia recipit Canones, &c.*

Vltimo hic aduerti debet; quod quamuis Equites D. Iacobi, Alcãtaræ, & Calatrauæ ſint veri Religioſi, vt tenent *Diana prima part. tract. de immun. reſol.* 49. pro qua ſententia citat *Sanchez in ſumma tomo 1. lib. 4. cap. 16. num. 11.* afferentem octo Doctores; quibus ipſe Diana
26 addit alios citatos *à Garſia de Benef. tom. 1. part. 1. cap. 4. num. 15. & Hieronymum de Cenedo tract. de paupert. Relig. dub. 60. num. 12. & ſequent. Baſilium Pontium in tract. de impedim. matri. cauſa 27. q. 1. §. 4.* quibus nũc addo Illuſtriſſimum Ambroſium Machinum Archiepiſcopum Callarenſem, & alios, quos ipſe eruditiſſimè, & ad ſatietatem citat, in reſolutione pro defenſione Iuriſdicti onis dictorum trium ordinum Equitum militatium *art. 1. nume. 10.* vbi addit quod hanc etiam ſententiam tenent 31. DD. noſtri temporis, quos conſuluit, & refert *Didacũ de Mota in tract. Militiæ S. Iacobi l. 2. cap. 1. §. 2. & §. 29. Contra Ioannem de la Cruz de ſtatu Relig. lib. 1. cap. 2. dub. 3. concluſ. 2. Petrum de Ledeſma in ſumma tom. 2. tract. 10. cap. 8. dub. 2. concluſ. 2. Emmanuelem Sà verb. Religio num. 41. Burgos de Paz. conſil. 17. num. 2. & 3. Nattam lib. 3. conſil. 508. & 509. Graſſium tom. 1. lib. 3. conſil. 11. de Regul. Valentiam. tom. 3. diſp. 10. quæſt. 4. pun. 2. Monetam de conſeru. Iudic. capit. 10. num. 389. Molfeſium in ſumma tom. 1. tract. 6. cap. 2. num. 30. & alios, quos refert Sanchez loco citato, & contra ſententiam*

tiam D. Tho. Soti, & Molinæ, de quibus ait prædictus *Ambrosius Machin loco cit. nume.* 10. Quod si legissent Bullas summorum Pontificum in fauorem istorum ordinum emanatas: vtique hanc opinionem secuti fuissent: quod Equites horum trium ordinum sint verè Religiosi.

27 Quamuis, inquam, sint hi veri Religiosi: non tamen supradictis constitutionibus comprehenduntur; quibus alij Religiosi prohibentur matrimonia celebrare. Et hoc stante voto solemni istorum Equitum, istorum trium Ordinum, de continentia coniugali tantum. Ad quod dispensare posse Pontificem plurib⁹ probat prædictus *Machin. loco citato, & art. 3. d. resolut.* ex eo quod solemnitas voti non sit de Iure Diuino, sed Ecclesiastico, vt declaratum esse à *Bonifacio VIII. in capit. 1. de voto, & voti redemptione in 6.*

28 Confirmat ex *Azor. tom. 1. Instit. moral. lib. 2. capit. 9. §. anima duertendum est pag. 134. colum. 2.* vbi dicit: post dictam Bonifacij declarationem cõtrarium defendi non posse. Et idem colligi potest ex supradictis; quando ex *Gregorij XIII.* decreto diximus tria vota simplicia Societatis Iesu post biẽnium constituere emittentes verè Religiosos. Sed magis ad rem videtur facere quod adducit citatus *Pontius loco relato*, vbi ait (dictos Equites esse verè, & substãtialiter Religiosos adeò certum existimo, vt oppositum iudicem, nimis licentiosè dictum, ne dicam grauius, cum pleno ore litteræ Põtificię illos appellent Religiosos,) &

29 etiam cum castitate coniugali vera Religio constare possit, eo quod sicut in paupertate latitudo est; ita etiam in castitate, quæ est materia voti, quare vt ex dictis patet nullo pacto hi Religiosi prædictis constitutionibus continentibus matrimo

30 nium cohibentur.

QVAESTIO DECIMA TERTIA.

Quibus pœnis debeant puniri coniugati, qui sine licentia vxorum in sæculo degentium sacris ordinibus initiantur, & quam suspicionem inducant.

SVMMARIVM.

1 *Coniugatus ad Sacros Ordines ascendens Sacerdoti matrimonium contrahenti æquiparatur.*

2 *Non potest talis coniugatus nec antea, nec post matrimonium consummatum ad sacros ordines accendere.*

3 *Ad hoc vt possit coniugatur de licentia vxoris ad ordines transire probabilius est non requiri, quod vxor religionem ingrediatur sed satis est si emittat votum castitatis.*

4 *Si vxor adolescentior sit requiritur eius ingressus in religionem: si vero senior non item.*

5 *Non potest vxoratus promoueri ad Sacros ordines ante matrimonium consummatum.*

6 *Matrimonium ratum non dissoluitur per susceptionem sacrorum ordinum.*

7 *Quare dissoluatur matrimonium ratum per solemnem professionem non vero per Sacrorum ordinum susceptionem?*

8 *Iniuria fieret vxori per maritum sine eius licentia ad Sacros ordines promotum.*

9 *Vxore adulterante non est necessaria talis licẽtia.*

10 *Talis vxoratus sine vxoris licẽtia ordines sacros suscipiẽs peccat mortaliter.*

11 *Nõ tam est prohibitum cõiugato ordines susc ipere, propter Sacramẽtum matrimonij quã propter actus maritales.*

12 *Matrimonium nõ pugnat cum ordinibus*

bus ratione eſſentiæ ſuæ ſed ratione exercitij coniugalis.

13 *Prohibitur etiam Sacerdotium in vxoratis propter decentiam ſacrificij Miſſæ.*

14 *Quare præceptum fuit Aaron, & eius filij, vt ingredientes tabernaculum arenibus vſque ad fœmora tecti eſſent.*

15 *Perpetua requiritur in Sacerdotibus continentia.*

16 *Coniugatus ad Sacros ordines aſcendens non habens animum reddendi debitum illa inſtante peccat peccato ininſtitiæ contra vxorem.*

17 *Coniugatus ſuſcipiens ordines etiam cum animo ingrediendi religionem lethaliter peccat.*

18 *Matrimonium ratum antecedens non dirimitur per vota ſimplicia Societatis Ieſu.*

19 *Nec per vota Beatarum, nec eremitarum in ſæculo degentium.*

20 *Antea vota Eremite in manibus prælatorum emittebant.*

21 *Dirimitur matrimonium ratum per profeſſionem in Hieroſolymitana Religione.*

22 *Vinculum matrimonij rati omnino dirimitur ſolemni profeſſione alterius ſponſi, & coniux manens in ſeculo eſt vinculo ſolutus.*

23 *Textus qui loquuntur de ingreſſu religionis debent intelligi de ingreſſu cum profeſſione.*

24 *Quod dicitur de matrimonio rato quod ſcilicet peccet mortaliter qui ſuſcipit ſacros Ordines poſt illud intelligi debet à fortiori de matrimonio conſummato.*

25 *Nemo tenetur compenſare rem inferioris ordinis cum re ſuperioris ordinis oneroſiſſima.*

26 *In matrimonium conſummatum non cadit Pontificia diſpẽſatio, vt poſſit diſſolui.*

27 *Non poteſt vxoratus ad primam tonſuram tranſire ſecundum veriorem ſententiam abſque vxoris licentia.*

28 *Vnde proueniat ſuſpicio in fide in hoc caſu.*

29 *Ex eo quod poſſit ſeruatis ſeruandis ſuſcipere ordines ſi relictis medijs licitis dictos ſacros ordines ſuſcipiat ſuſpectus eſt.*

30 *Si coniugatus ordinatus nolit conſummare matrimonium, vel non redde re debitum inſtante vxore, iniuria infertur Sacramento matrimonij, vel etiam ordini ex eo quod animus mutari poteſt.*

31 *Ratio Simancæ ex qua colligitur ſuſpicio in fide, ex eo quod ſuſcipiantur ordines Sacri poſt matrimonium.*

32 *Si huiuſmodi coniugati ſuſcipientes ſacros ordines eſſent ex prouincia, in qua viget lutherana hæreſis eſſent ſuſpecti de vehementi.*

33 *Dicti coniugati, & initiati Sacris ordinibus ſunt irregulares.*

34 *Nec poſſunt ad officium aliquod vel beneficium promoueri, etiam minimum, vel minoribus ordinibus deputatum.*

35 *Et ſicut æquiparantur cum clericis in ſacris conſtitutis in ſuſpicione, ita etiam in pœnis.*

36 *Quo pacto punierit Simãcas huiuſmodi reos.*

37 *Debẽt dicti delinquẽtes puniri pœnis bigamorum.*

38 *Qui in religionem ingrederetur, ſuſpicionem purgaret.*

39 *Eadem probatio de alterius coniugis profeſſione requiritur adhoc vt alter trãſire poſſit ad matrimonium; quæ requiritur de morte alterius, adhoc vt viuẽs poſſit cõtrahere matrimonium.*

1 COnnexio huius quæſtionis cũ præterita ex eo videtur deduci, quod ſcilicet ijſdem pœnis videtur puniendus talis coniugatus ad ſacros ordines aſcendens; quibus

bus punitur clericus in ſacris conſti
1 tutus matrimonium contrahens: quia autem huiuſmodi pœnæ ideo imponũtur ab Inquiſitoribus; quia in ſuo delicto aliquam hæreſis ſuſpicionem includunt; ideo modo tractandum eſt, & videndum quam ſuſpicionem huiuſmodi coniugati inducant, quæ ſuſpicio, quia ab Auctoribus magna ex parte æquiparatur ſuſpicioni clericorum contrahentium matrimonium; ideo apparet, quam rationabiliter noſtram tractationem ingrediatur; & hunc locum ſortiatur.

Et vt hinc præſentem quæſtionẽ incipiam, quod talis coniugatus non poſſit, nec ante, nec poſt ma-
2 trimonium conſummatum ad ſacros ordines proſilire habetur *ex c. coniugatas de conuerſ. Coniugatorum*, vbi textus indiſtinctè loquitur de marrimonio; *vbi Auguſtinus Barboſa* in illa verba *niſi ab vxore continentiam profitente, &c.* probabiliter tenet quod ad hoc vt vir per vxoris licentiam poſſit ad ordines tranſire,
3 non requiritur quod vxor religionem ingrediatur; ſiue iunior; ſiue ſenior ſit; ſed ſatis eſt ſi emittat in ſæculo votum caſtitatis, vt per *gloſ. verb. ſequeſtrato in c. Epiſcopus 77. diſtinct. & gloſam verb. religioſum in c. quia ſunt 28. diſt.* & in præſenti verbo *Continentiam in vlti. opinione*, & citat *Henric. n. 5. & 8. Franc. Marc. deciſ. 734. nutu. 2. part. 2. Maiolum de Irregul. lib. 1. cap. 34. num. 3. verſ. in alijs autem Caetan. in repet. C. ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 195. nume. 465.* ſed tamen probabilius putat *D. Barboſa* reſpondendum eſſe cum diſtinctione, quod ſi vxor ſit ſenior, & de incontinentia minime ſuſpecta, quod vtique valeat quod dictum eſt, ſcilicet ſatis eſſe votũ in ſæculo
4 emanatum: ſecus ſi vxor ſit Adoleſcentior: nam in tali caſu requiritur eius ingreſſus in Religionem, vt colligitur *ex tex. in c. vxoratus, & in c. ad Apoſtolicam hoc tit.* iuxta quam diſtinctionem debet intelligi *tex. d. c. coniugatus*, & ita tenent *Innoc. in d. c. coniugatus in fine, Hoſtienſ. etiam in fine, Butrius etiam in fine, Abbas num. 4. Nauar. in man. cap. 22. n. 52. Greg. lib. 38. verb. mui vieja tit. 6. par. 1. Couar. de ſponſal. p. 2. cap. 6. §. 3. nu. 3. Azor. Inſtit. moral. par. 1. lib. 13. c. 13. q. 7. Cald. Pereira de empt. & vẽdit. cap. 30. num. 16 Gnttier. de matr. cap. 96. à principio, Sanchez eodem tract. lib. 7. diſp. 39. num. 6.*

5 Er quod non poſſit coniugatus promoueri ad ordines ſacros ante matrimonium conſummatum expreſsè habetur *Extrauag. antiquæ Ioãnis 22. de voto*, vbi dicitur, *quod licet votum ſolemnizatum per ſacri ſuſceptionem ordinis quantum ad impediendum matrimonium contrahendũ, ac dirimendum ſi poſt contractum fuerit ſecundum ſtatuta canonum ſit efficax reputandum: ad diſſoluendum tamen prius contractum etiam ſi per carnis copulam non fuerit conſummatum; cum nec Iure Diuino, ne per ſacros reperiamus Canones hoc ſtatutum, inualidum eſt cenſendum, &c.* quare vt patet hic ſtatuitur matrimonium ratum non diſſolui per ſuſceptionem
6 ſacrorum ordinum. Et ira docet *Couar. de ſponſal. part. 20. cap. 7. §. 4. nu. 9. D. Barboſa in rub ff. ſoluto matrimonio part. 2. num. 87. & ſeque. Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 38. à principio, & lib. 2. diſp. 18. num. 9. Bonac. de matrim. q. 3. pun. 9. num. 12.*

Quod ſi quæras vnde proueniat, quod ſolemnis profeſſio in Religione dirimat matrimonium ratum, nõ
7 vero ſuſceptio ſacri ordinis. Reſpõdetur, quod hoc prouenit ex eo quod Ius de ſola profeſſione ſolemni hoc ſtatuit, ita *Sanchez loco proximè citato*: qui addit, vt ſupra etiam diximus, quod votum ordini ſacro annexum eſt per accidens

ſo-

ſolemne.

Ex dictis ſequitur, quod iniuria fieret vxori per maritum ſine eius licentia ad ſacros ordines promotũ, quod docet *Sanchez d.diſp.38.lib.7.*
8 &dimitat ibidem, vt intelligatur vxore non adulterante: tenet enim vt ſe citat *in lib.11.diſp.11.num.16.* quod vxore adulterante, poſſit trãſire vir ad ordines ipſa muliere re-
9 pugnante, idque contra alios contrarium aſſerentes.

Sequitur etiam quod talis coniugatus ita ſine vxoris licentia ad ordines ſacros promotus peccaret
10 mortaliter, quod hoc diſcurſu probo: vel hic promotus non obſtante ordine habet animum, & consũmandi matrimoniũ, & reddendi debitũ; ad quod vxor habet ius ex matrimonio rato non diſſoluto, vt ex dictis patet: ſi tamen vxor petat, & hoc pacto infert iniuriam ſacro ordini; quem ſuſcipit in tali diſcrimine, vt opus ſit illo non obſtante matrimonium conſummare, & reddere: quod aliunde, niſi talis conditio interueniret matrimonij rati antecedentis; inhibitum omnino eſt vt alibi vidimus tot Concilijs, & Pontificijs conſtitutionibus non tam ub ſacramentum ipſum matrimonij, quam propter artus ipſos
11 maritales, vt benè docet *Bellarminus tom.2.controuerſ.controu.2.lib.1. de clericis cap.18.* vbi contra *Clichroũum* arguit, quod ſi non eſt de iure diuino, quod coniugati ſi ordinentur, ab vxoribus ſuis abſtineãt: neque etiam erit de iure *Diuino*, quod Sacerdotes non ducant vxores, probat autem hac ratione, quę facit ad rem noſtram. Matrimoniũ non pugnat cum ordinibus ratione eſſentiæ ſuæ, ſed ratione officij, ſeu exercitij coniugalis; ſi enim Deus
12 prohibuiſſet Sacerdotibus coniugium, certè prohibuiſſet propter actum coniugalem, qui hominem reddit totum carnalem, & ineptum ad Diuina; nec non propter ſollicitudinem domus, & liberorum, quæ plurimam parit diſtractiones; non autem propter ſolum Sacramẽtum coniugij, vel propter contractum matrimonij, qui celebratur ſolo conſenſu animarum, & eſt res breuiſſima, & honeſtiſſima. Huc vſque Bellarminius. Et hoc propter reuerentiam Sacri ordinis; & venerabiliſſimi Euchariſtiæ Sacramenti,
13 quod per Sacerdotes conficitur, & cui per alios ordines ſacros immediatius aſſiſtitur. Id quod benè confirmat *Bellarm.d.lib.1.capi.19.* vbi ait quod pręcepto Diuino dato Aaroni, & eius filijs, vt ingredientes tabernaculum, fœminalibus lineis
14 à renibus vſqur ad fœmora recti eſſent: iuxta *Bedæ expoſitionem lib.3. de tabernaculo cap.9.* indicatum fuiſſe debere Sacerdotes noui teſtamẽti aut virgines eſſe, aut contracta cum vxoribus fœdera diſſolui ſſe, & ex eo quod Archimelech Sacerdos vt dicitur *Reg.21.* noluit dare comedere panes propoſitionis Dauid, & reliquis, niſi ſe continuiſſent, infert iuxta *D. Hieronymi* deducationem *in cap.1.ad Titum*, perpetuam requiri in Sacerdotibus continentiam etiam ab vxoribus, qui corpus Chriſti, quod illo pane propo
15 ſitionis ſignificabatur, conficiunt, edunt, alijſque tradunt: quare cũ tot grauiſſimis ſtatutis prohibitum ſit vt ne in ſacris conſtituti ad matrimonium tranſeant, neue coniugati ad Sacros ordines reſileant propter hunc eundem finem contemptus ordinis: nullum dubium eſt; quod hi mortaliter peccent. Et ita colligitur ex doctrina *Sanchez* loquentis de ſuſcipiente ſacros ordines cum animo ingrediendi Religionem *d.lib.7.diſp.38.num.3.* Vbi addit facillimo negotio mutari animum, & conſummari matrimoniũ,

&

& tunc nullum. Super esse remedium, & quod cederet in grauem sacri ordinis iniuriam. Pro quo citat *Petrum de Ledesma de matr. qu. 53. art. 4. dub. 1.* quod mouet circa primum statum coniugati *Manuel 1. tomo summæ in 2. editione ca. 224. num. 3. Vega 2. tomo summæ capi. 34. casu 48.*

16 Vel hic coniugatus ad Sacros ordines ascendens nõ haberet animũ cõsummãdi matrimoniũ, & reddẽdi debiti: & in casu peccaret mortaliter quia committeret iniustitiã contra vxorem; quæ habet ius eum reuocandi, etiam à Pontificia dignitate, si ad eam prouectus esset, vt docet *Archidiac. cap. vnico nn. 3. de voto in 6. & c. desponsatam numer. 4. 27. qu. 2. & ibi Bellamera* præsertim vero si Pontifex nollet secum dispensare, vti benè posset vrgente rationabili causa, vt ait *Sanchez d. disp. 38. nu. 20.*

Et ita verum est hoc quod coniugatus transiens ad sacros ordines sine vxoris consensu peccet mortaliter; vt etiamsi habeat animum in-

17 grediendi religionem, vt supra innui; culpa lęthali fędaretur. Id enim Iura citata statuant, & quæ solum concedunt per solam solemnem professionem dirimi matrimonium ratum; vnde nec ipsa vota biennij,

18 nec coadiutorum formatorum Societatis Iesu dirimunt matrimoniũ ratum antecedens. Nec per vota simplicia Beatarum, ita eas vocamus Hispani nempe Beatas, quas Itali *monache andarinę*, vel *de casa* nominant. nec per simplicia emissa à quibusdam viris tertij ordinis Sãcti Francisci. Nec per emissa ab Eremitis, si qui fortè extent: quamuis olim dirimeret professio vitæ Eremiticæ; quia solemniter in manu Episcopi, aut alterius Prælati emit-

20 tebatur. Dirimi tamen dicendum per professionem Equitum Ordinũ Militiarum, qui vxorem ducere non possunt, quamuis non viuant in communi, vt sunt Equites D.

21 Ioannis. Et hæc omnia optime approbat, & confirmat varijs Canonum textibus, & Auctoribus *Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 18. qui nu. 3.* ait quod de fide est quod vinculum matrimonij rati omnino dirimitur solẽni professione alterius sponsi; & quod coniux manens in

22 sæculo est omnino à vinculo solutus; potestque liberè ad alias nuptias transire. Id quod definitum est ab *Eusebio Papa*, & habetur cap. desponsatam 27. *quæst. 2. & à D. Gregorio Papa.* habeturque *Cap. Decreta legalia 28. quæstio. 2. & à Ioanne 22.* & habetur *in d. eius extrauaganti antiquæ de voto*, & *ab Alexandro 3. c. 2. & c. ex publico de conuers. conjug.* & ab Innocentio 3. *cap. ex parte tua eodem tit.* & nouissimè *in Tridentino Sess. 24. de matrim. can. 6.* ibi *Si quis dixerit matrimonium ratum non consummatum per solemnem Religionis professionem alterius coniugis, non*

23 *dirimi anathema sit.* iuxta quæ debent explicari textus, qui antea dicebant, *per ingressum Religionis*; debent enim intelligi quod loquãtur de ingressu cum effectu. nempe professione sequuta.

Prędictus autem discursus factus quod peccet mortaliter promotus

24 ad sacros Ordines ante matrimoniũ consummatum à fortiori valet: post matrimonium consummatum. nam pro matrimonio rato datur, vt diximus, aliquod remedium per ingressum in Religionem; ad quem ingressum putant aliqui satis probabiliter teneri in tali casu ad Sacros Ordines promotum, vt sic implere possit votum Sacro ordini adnexũ, & ita à fortiori tenent *Alensis 2. par. qu. 170. membro 3. §. 1. in solutione ad primum in fine D. Thom. 4. dist. 38. quæst. 1. art. 3. quæstiuncula 2. ad 3. &*

ibi

ibi Scotus quæſt. vnica ad finem verſiculo conſimiliter ſi de peccato, Richar. art. 7 quæſt. 1. ad 2. Palud. quæſtio. 3. art. 5. concl. 4. in fine, & concluſ. 5. à nu. 36. vſque ad 40. Durand. 4. diſtin. 25. quæſt. 11. inſolut. ad 3. num. 12. Maior 4. diſt. 32. qu. 2. argum. 2. contra 2. Concluſ. & Alij tam ex Theologis, quam ex Iuriſperitis, quos citat *Sanchez lib. 9. de matrim. diſp.* 25 *34. nu. 2.* Sed probabilius eſt non teneri; quia nemo tenetur compẽſare rem inferioris ordinis cum re ſuperioris ordinis oneroſiſsima, & difficillima, qualis eſt Religio reſpectu continentiæ, & confirmatur *Ex dicta extrauaganti Ioannis 22. antiquæ concertationi de voto ibi. Ad ingreſſum huiuſmodi ſic ordinatum, ſi matrimonium conſummatum non fuerit, per diœceſanum inſtantèr moneri præcipimus, & induci, quod ſi renuerit, ipſum, ſi ſponſa eius inſtiterit, per cenſuram Eccleſiaſticam compellẽdum, decernimus, contractum matrimonium conſummare.* quare vt patet ſupponit Pontifex quod ita promotus poſsit renuere ingredi Religionem; & quidem licitè, vt fatur *gloſſ. ibi verbo renuerit*, & ita *Sanchez loco cit. nu. 3.* & Alij, quos ipſe citat; & eo magis à fortiori valet prædictus diſcurſus; quia in matrimoniũ conſummatum non cadit Pontificia diſpenſatio, vt poſſit diſſolui, vt ſupra *in primo libro* diximus. cadit 26 autem in matrimonium ratum, vt ſæpe etiam diximus, & paulo ante innuimus.

Et confirmatur magis hæc doctrina, quod ſcilicet non poſſit cõiugatus tranſire ad ſacros Ordines abſque vxoris licentia, ex eo quod ſecundum probabiliorem ſententiam neque ad primam Tonſuram 27 abſque vxoris licentia promoueri poſſit. vt probatur ex *cap. finali de temp. ordinat. in 6.* ibi *nullus Epiſcopus vel quiuis alius clericalem præſumat conferre tonſuram coniugato, niſi volenti religionem intrare; aut ad Sacros Ordines promoueri, prout eſt Sacris Canonibus definitum*; vbi *gloſſa* verb. *definitum* ait *dic, vt notatur cap. coniugatus de conuerſ. coniug. vbi petitur licentia vxoris cum voto caſtitatis ipſius manentis in ſæculo.* quod intellige iuxta doctrinam, ſupra hac eadem quæſtione poſitam.

His poſitis venio nunc ad demonſtrandum in quo ſitum ſit fundamentum ſuſpicionis in fide. in 28 hoc autem fundari clariſſimè apparet, quia ſcilicet ſupra diximus quod coniugatus præſertim vero poſt matrimonium conſummatum per promotionem ad ordines ſine dicta vxoris licentia, ſe ponit in tali ſtatu; vt poſt ordines debeat (inſtante vxore, ad quod Ius habet, & rationabiliter ſupponi debet, quod inſtet) proſequi actus maritales, ſi iam matrimonium conſummatum erat; vel conſummare, & reddere, ſi erat tantum ratũ quare videtur huiuſmodi coniugatus facto ſuo ſignificare, quod velit poſt ordines vitam maritalem proſequi: quod ita abſolutè conſideratum præſcindendo à tali occaſione, quod ipſe ſit antecedenter coniugatus; eſt imitari vitam Lutheranorum, qui non obſtantibus Eccleſiaſticis cõſtitutionibus: tenent poſſe in ordinibus ſacris conſtitutos tranſire ad matrimonium. Et licet negari non poſſit: vt ſatis ſupra me declaraui, quod iſte poſt ſacros ordines teneatur inſtante vxore conſummare, & reddere: ſiue proſequi vitam maritalem (reddendo, non autem petendo) in quo neque peccat; neque vitam Lutheranorum imitatur quin immo ſatisfacit obligationi iuſtitiæ. Attamen ex eo quod huiuſmodi coniugatus facto illicito, & peccaminoſo ingreditur in talẽ ſtatum, & obligationem: in illo ipſo

ſo facto, quoad ordines promouetur, videtur ſatis præſe ferre ſuſpicionem hæreſis: & tanto maiorem; quanto maiorem adhibet malitiam in eo quod in tali ſtatu ſe ponit, vt omnino remoueri non poſſit, ab hoc vt ſimul, & ſemel ordinatus ſit & vitam maritalem proſequitur; quod non accidit in eo, qui poſt ordines ſacros matrimonium contrahit; nam ſtatim compellitur dictum illicitum matrimonium dimittere. Id quod benè docet *vera Cruz prima parte ſpecu. art.* 37. Non ergo ſuſpicio eſt in eo quod poſt ſuſceptos ordines reddat debitum; ſed in eo quod coniugatus cum ſit, ſuſcipit ordines, poſt quos reddere debeat.

Et cõfirmatur hæc ſuſpicio; quia poſſet ſi vellet hic, ritè tranſire ad
29 ſacros ordines petita ab vxore licẽtia, & alijs circumſtantijs obſeruatis: quæ à ſacris canonibus ſtabiliũtur. In eo ergo quod hæc nõ ſeruat, ſignũ eſt eum velle poſt ſuſceptos ordines vitam maritalem proſequi, & quidem non ſolum reddendo; verum etiam, & petendo: petere autem nullo pacto poteſt; niſi per Põtificis diſpenſationem. Et quidem in hoc caſu ſuſpicio eſt in eo quod malè ſenciat de Sacramento Ordinis; cui iniuria infertur, vt ſupra dictum eſt.

30 Si vero ponamus quod hic cõiugatus nolit reddere debitum: neque conſummare matrimonium, inſtante vxore; tunc iniuria infertur Sacramento matrimonij; quando cõtra eius inſtitutum, & leges iniuſtè diuortium affectat; vel quoad torũ, & habitationem, vel etiam quoad vinculum iuxta eius intentionis malitiam. Et ordini etiam ipſi infertur iniuria ex eo, quod vt ſupra innui facillimè animus poteſt mutari: atque non ſolum inſtante vxore (vt poteſt licitè) ſed etiam ſponte ſua, & illa non inſtante.

31 Totam ſuperiorem doctrinam de ſuſpicione optimè confirmat *Simãchas de Cathol. iuſtit. tit.* 40. *de matr. num.* 14. vbi reddens rationem quare huiuſmodi coniugati ad ordines ſacros tranſeuntes debeant puniri eiſdem pœnis; quibus puniuntur ij, qui poſt ſacros ordines matrimonium contrahunt, vt mox videbimus addit rationem hoc pacto. Neque enim magni refert, an matrimoniũ antecedat, vel conſequatur; quandoquidem vtroque caſu, & Sacramento matrimonij, & ſacrorum ordinum, & Cęlibatui clericorum par fit iniuria. Vnde rectè videtur colligi quod hi ſuſpecti ſint in fide de leui. Et idem colligitur *ex Diana par.* 4. *reſol. moral. tract.* 7. *de pęnis delictorum*. vbi & ex pœna; quam ijs imponendã dicit; & ex eo quod
32 addit; quod ſi huiuſmodi coniugati eſſent ex natione, apud quam viget Lutheri hæreſis; maxima præſumeretur malitia, & vehemens ſuſpicio: apertè ſignificat huiuſmodi coniugatos promotos ad ſacros ordines eſſe in fide ſuſpectos de leui. Id quod Clarius dicit *Farinacius de hæreſi qnæſt.* 183. *num.* 74. vbi poſtquam *nu.* 72. *in prima* ampliatione quintæ ampliationis dicit Reljgioſos, & Clericos eſſe ſuſpectos de hæreſi: addit ſecundam ampliationem dictæ quintæ ampliationis, his verbis *Ampliaſecuudo eamdem quintam ampliationem, vt idem, & è contra ſit in marito laico, qui vxore viuente, vel ſine vxoris conſenſu, vel etiam de conſenſu illius: niſi in caſu, quod ipſa monaſterium ſponte ingrediatur, ibique profeſſionem emittat, ſe ad ſacros ordines promouere fecit.*

Viſo iam quam grauiter peccent huiuſmodi coniugati ad Ordines Sacros tranſeuntes, & quam ſuſpicionem incurrãt. breuiter nunc videndæ ſunt pęnæ, quæ illis imponi debent.

debent. Id quod facili negotio expediri poteſt Nam quod attinet ad pœnas Pontificias *Veracrux* innuit impedimentum Ordinis, quod talis coniugatus promotus contrahit; dum ait *loco citato in* 4. *Concluſ.* loquens de ordine ſuſcepto: quod ſi fiat propria vxore contradicente, executionem non recipiat, patet. Nam cum matrimonium verũ fuit, non poteſt mulier priuari iure vtẽdi marito ipſa inuita: ſed priuaretur, ſi haberet ordinatus exequutionem Ordinis. Tunc enim non poſſet vti marito ſuo, quando exequeretur. & addit. Et quod ſit irregularis patet in extrauag. antiquæ de voto. Id quod Clarius affert *Simancas loco citat.* dicens non eſſe aliam pœnam Iure Pontificum definitã, quam eam, quæ quadam Conſtitutione *Ioannis* 22. continetur: hoc eſt quod neque matrimonio ſoluto in ſuſcepto Ordine miniſtrare, neque ad ſuperiores Ordines prouehi, neque ad aliquod beneficium, vel officium Eccleſiaſticum valeat promoueri. *Et Farinacius loco citato* ab ipſo Simanca accipiens.

33

Declarat autem illud verbum, *nec matrimonio ſoluto*, dictæ Extrauagan. *Ioannis* 22. ibidem *Auguſtinus Barboſa*, vbi ait quod ſi coniugatus nondum etiam conſummato matrimonio ad ordinem ſacrum abſque vxoris licentia tranſeat, nequit conſtante matrimonio aut eo ſoluto in ſuſcepto ordine miniſtrare; aut ad ſuperiorem prouehi: nec poteſt ad officium aliquod, aut beneficium promoueri.

34

Pro quo citat *Palat. in repet. cap. per veſtras de donat. inter virum* §. 18. *n.* 27. *& Sanchez de matrim. lib.* 7. *diſp.* 49. *n.* 2. Id quod verum ait ipſe *Barboſa* ſiue matrimonium morte: ſiue ingreſſu alterius cõiugis in Religionem ante conſummationẽ ſoluatur *ex gloſſ. in d. verbo nec matrimonio, & verbo officium iuncto verbo nec ad aliquod*. ait non poſſe promoueri hunc ad beneficium quamuis minimum etiam ordinibus minoribus deputatum. Quare quod huiuſmodi ſit irregularis dicunt *Maiol. de irregul. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 10. *Couar. de ſponſal. p.* 2. *cap.* 6. §. 3. *num.* 2. *Petrus de Ledeſma de matrim. quæſt.* 53. *arti.* 4. *paulo poſt principium*. *Azor. inſtit. Moral. par.* 1. *lib.* 13. *cap.* 14. *quæſt.* 3. *Henriq. in ſumma lib.* 13. *cap.* 39. §. 1. *Rebell. de oblig. Iuſt. p.* 2. *lib.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 53. *Sayr. de cenſuris lib.* 4. *ca.* 14. *num.* 28. *Bonacina de matrim. qu.* 3. *pun.* 9. *in fine num.* 20.

Quia tamen, vt ait *Farinacius loco cit.* ſequens *D. Simancam*: prædicta *Ioannis* 22. Conſtitutio non prohibet; quod talis alia maiori pœna poſſit puniri, videtur dicendũ quod ſicut in ſuſpicione æquiparatur illi qui poſt ſuſceptos ſacros ordines matrimonium celebrat; ita etiam & in pœnis eum æquiparari debere: quare quæ ſupra diximus de pœnis clericorum, vt ne eadem repetamus debent huic applicari: ſi tamen vnum, aut alterum auctorem afferã, qui dictas pœnas inculcant, quare prædictus *Simancas loco citato* narrat quo pacto ſe geſſerit in tali caſu puniendo illum coniugatum pœna nimirum ſuſpenſionis ab officijs, & beneficijs Eccleſiaſticis; & vltra publicam pœnitentiam pecuniariæ mulctæ, & detruſionis in monaſterium ad tempus. Sed magis ad rem *Diana loco etiam citato*, vbi ait quod dicti coniugati abſque conſenſu vxoris in ſæculo degentis ad ſacros ordines promoti, debent puniri pœnis bigamorum. Quare totaliter confirmat hanc noſtram doctrinam, & addit; quod ſi eſſet è natione amplectente Lutheranam hæreſim; quando vt diximus ex eodem *Diana* daret ſuſpicionem de vehementi, deberet abiurare de vehe

35

36

menti, & etiam ei tortura adhibenda, vt detegeret intentionem, quare ex dictis Auctoribus colligitur posse huiusmodi reum carcerari, vel relegari, vel ad triremes mitti per quinquennium; vel pœna pecuniaria mulctari ad arbitrium Inquisitorum iuxta personæ, & delicti circumstantias præmissa tamen abiuratione de leui.

38 Puto tamen illud aduertendum si reuera talis coniugatus ad Ordines promotus ante matrimonium consummatum probaret efficaciter quod ideo hoc fecit; quia in animo habebat ingredi Religionem: maximè vero si ita de facto ingressus in religionem reperiatur, quod vtiq: magna ex parte suspicionem purgaret; & quamuis mortaliter peccaret, vt dictum est, ex eo quod contra tot constitutiones grauissimas auderet ordines suscipere etiam cũ animo ingrediendi. Attamen si reuera ingrediatur religionem, omni eum liberarem suspicionem, & prorsus à pœnis absoluerem iuxta nostri Tribunalis Hispanici consuetã lenitatem; si vero nondum ingressus est Religionem, pœnas mitigarem iuxta probabilitatem talis animi ingrediẽdi in Religionem. Hoc autem post matrimonium consummatum locum non habet. quid autem efficeretur iuxta Inquisitionem Romanam, alijs remitto.

39 Aduertendum secundo quod eadem omnino probatio, quæ requiritur de alterius coniugij morte, adhoc vt viuens possit matrimoniũ contrahere: est necessaria de alterius coniugis professione, adhoc vt remanens in sæculo possit matrimonium inire, & ita *Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 47. num. 4.* quare quicquid supra diximus de probatione mortis alterius coniugis, applicari debet hic modo suo.

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

An qui committit delictum Bigamiæ sit excommunicatus.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in sacris constituti, & religiosi matrimonium contrahentes sunt excommunicati.*

2 *Hæc excommunicatio nemini reseruatur.*

3 *Hac excommunicatione ligantur Religiosi Societatis Iesu quamuis solẽnem professionem non emiserint.*

4 *Non ligatur censura qui falso putans subesse impedimentum voti solẽnis init matrimonium.*

5 *Nec ligatur Religionis quæ clandestine contrahit, si vero contrahit corã parocho e testibus ligatur.*

6 *Non incurrunt in dict. excommunicationem consulentes neque mandantes, neque operè ferentes.*

7 *Communicans scienter cum excommunicato maiori excommunicatione, in crimine criminoso pro quo lata est, excommunicatio peccat morsaliter.*

8 *Quare consulentes. Religiosum, vt matrimonium cõtrahat non incurrat excommunicationem.*

9 *Adhoc vt participans cum tali excommunicato iucurrat in excommunicationem quinque requiruntur.*

10 *Clericus qui carnaliter cognouit mulierem excommunicatam propter suum vel alterius concubinatum excommunicationem incurrit.*

11 *Parochus celebrationi matrimonij talium religionum assistẽs non est excommunicatus.*

12 *Quando quis ficte in matrimonio consentit ab hac excommunicatione liberatur in sententia aliquorum.*

13 *Non eximitur a censura in opinione aliorum.*

Rese-

14 *Referuntur fundamenta in quibus hæc ſententia nititur.*

15 *Opinio veritati præfertur.*

16 *Non obſtante impedimento dirimente poteſt dari conſenſus in matrimonio quantum in ſe eſt.*

17 *Exſponſalibus nullis ratione conſanguinitatis, &c. oritur pubia honeſtas dummodo adſit conſenſus.*

18 *Hæreticus quamuis putet baptiſmum eſſe rem irriſoriam ſi tamen intendat facere quod poteſt, & intendit Eccleſia vere baptizat.*

19 *Voluntas non poteſt ferri omnino abſolute in impoſſibile.*

20 *Quamuis erretur circa valorẽ matrimonij non tamen hic error matrimonium irritat.*

21 *Neceſſarium eſt agentem ſcire ex qua cauſa, & quo iure eundem actum agat.*

22 *Bigamos eſſe excommunicatum tenet Grillandus. ſed abſque vero fundamento.*

23 *Carena quid ſignificet.*

24 *Carentena Italice, & Cuarentena Hiſpanice quadraginta dies pœnitentię ſignificant.*

25 *Intellectus cap. nuper de Bigamis.*

26 *Bigami ſeculares non ſunt excommunicati ex ipſo Bigamiæ delicto.*

1 OPortet ad propoſitam quæſtionem cum diſtinctione reſpondere, ſi enim loquamur de clericis in ſacris cõſtitutis, facilior eſt Reſponſio; de clericis enim ait *Vera Crux prima parte ſpecul. coniug. art.* 37. *de imped. Ord. concl.* 3. quod ſint excommunicati. Et tam de clericis, quam de Religioſis, & Monialibus loquitur *Sanchez lib.* 7. *de matrimon. diſp.* 48. in principio, vbi affert verba *clem. vnic. de conſanguin.* quæ ſunt hæc: *Eos, qui ſcienter in gradibus conſanguinitatis, vel Affinitatis conſtitutione Canonica interdictis, aut cum Monialibus contrahere matrimonialiter non verentur: Nec non Religioſos, & Moniales, & Clericos in ſacris Ordinibus Conſtitutos, matrimonia contrahentes refrenare metu pœnæ ab huiuſmodi eorum temeritatis audacia cupientes, ipſos excommunicationis ſententiæ ipſo facto decernimus ſubiacere.* In quam Conſtitutionem ita dicit citatus *Sanchez* quod tenore huius Conſtitutionis tria perſonarum genera excommunicantur: ſed primum ad rem noſtram non pertinet. Secundum ergo genus eſt Religioſorum, aut Monialium contrahentium ſacrilegum matrimonium. Tertium Genus eſt Clericorum, qui cum ſint in Sacris Ordinibus Conſtituti matrimoniũ ſacrilegè cõtrahunt. Et addit quod

2 prædicta excommunicatio nemini reſeruatur. Idem refert *Auguſtinus Barboſa in Collect. DD. in d. clement. vnic.* ibi *necnon Religioſos, & Moniales*, vbi citat *Zerolam in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. caſus pag.* 80. *Paul. Comitol. reſp. moral. lib.* 1. *quæſt.* 56. *& quæſt.* 115, *num.* 3. *Farin. in praxi criminal. p.* 5. *quæſt.* 138 *nu.* 97.

Sed nullatenus omitti poſſunt,

3 quæ *loco cit.* affert *Sanchez* ad hoc propoſitum. Et primo quidem hac excommunicatione ligari Religioſos Societati. Ieſu; qui profeſſionẽ ſolemnem non emittere, ſed ſimplicia biennij vota: propter doctrinã ſuprapoſitam, quod ſint veri Religioſi. Et idem docet *Valẽtia* 4. *par. diſp.* 10. *de matrim. quæſt.* 5. *pun.* 3. *vbi de impedimento voti* §. *Porro qui huiuſmodi.*

Secundo aduertit non ligari hac communicatione illum, qui falsò

4 putans ſubeſſe impedimentum voti ſolẽnis, init matrimonium: quia d. Clementina non ligat ſolam voluntatem opere non ſecuto, vt in ſimili docent omnes DD. & nos ſupra docuimus.

Tertio aduertit non incurri hanc

5 excommunicationem; ſi Religioſus,

ſus, aut clericus ſacris initiatus cõtrahat matrimonium Clandeſtinũ; ex eo quod is contractus non habeat hodie formam veri matrimonij: nec contrahentes faciant quicquid in ſe eſt, vt illud ineant. Et ita Sentit *Petrus de Ledeſma de Matrim. q. 65. art. 9. dub. 1. in dub. quod mouet circa ſolut. ad 4. & Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 5. nu. 9.* vbi expreſsè ait, initiatum in ſacris contrahentem matrimonium coram Parocho & teſtibus eſſe excommunicatum.

Quarto docet non incurrere ex-
6 communicationem d. Clementinę neque conſulentes, neque mandãtes, neque opem ferentes, quia d. Clementina ſolum cõtrahentes includit *Caiet. ſumma verb. excomm. c. 47. & Armilla caſu 45. numer. vnico Tabiena verb. excommunicatio 5. caſu 49. num. vltimo Nauar. ſumma ca. 27. Hiſpanè num. 142. Latinè numer. 141. Petrus de Ledeſma de matrim. q. 55. art. 9. dub. 1. poſt dubium, quod mouet circa ſolut. ad 9. argum. principale contra Roſellam verb. excommunicatio 1. caſu 43. in fin. ſylueſt. verb. excommunicatio 9. caſu 41. dub. 8. nu. 79.* Et addit quod neque excommunicantur excommunicatione lata *cap. nuper verſi. in ſecunda vero quæſtione, & cap. ſi concubinæ de ſententia excõmunicationis*, ex eo quod participẽt in crimine propter quod alter contrahit excommunicationem, vt benè notat *Auguſtinus Barboſa d. cap. nuper* ibi *ſcienter in crimine communicat, &c.* vbi ait *notatur ad hoc, quod communicãs ſcienter cũ excommunicato maiori excommunicatione in crimine criminoſo, pro quo*
7 *lata eſt excommunicatio, peccat mortaliter, & maiorem ſimiliter incurrit excommunicationem.* Pro qua re citat *Henriq. ſumma lib. 13. cap. 9. §. 1. Vgol. de cenſuris tab. 1. cap. 13. §. 8. latè Mari. Alter. eodem tract. tom. 1. de excomm. lib. 1. diſp. 12. cap. 9. Sayr. eodem tract. lib. 2. cap. 11. num. 5. cum ſeq. Auila eodem tract. par. 2. capit. 6. diſput. 10. Bonac. eodem tract. diſput. 2. quæſt. 2. pun. 6. §. 1. numero 8.*

Ratio autem quare dicti conſulentes non incurrant dictam excommunicationem *ex d. cap. nuper, & ca. ſi concubinæ* eſt quia vt docet idem
8 *Sanchez* ad hoc vt participans incurrat excommunicationem, requiritur, vt is, cum quo participatur iã incurrerit excommunicationem, & ſit nominatim excommunicatus. Et idem confirmat *Bonacina loco citato*, vbi ait, quod quinque requiruntur ad hoc vt participans in crimine criminoſo incurrat prædictã excommunicationem, quæ quia valde ſunt ad praxim vtilia, non grauabor referre. Primum eſt vt participatio fiat poſtquam ille, cum
9 quo participatur, contraxit excommunicationem. Secundum eſt, vt participatio ſit in eodem crimine propter quod alter incurrit excommunicationem. Tertium vt participans ſciat illum, cum quo participat, propter talem crimen fuiſſe excommunicatum: quartum vt ille, cum quo participat ſit excommunicatus vitandus. Concilium enim Conſtantienſe ad tollendos conſcientiæ ſtimulos permiſit participare cum excommunicatis toleratis. immo requiritur, vt ille cum quo participatur, ſit excommunicatus denunciatus. Quintum vt cooperatio non ſit leuis, ſed grauis; ad incurrendam enim maiorem excõmunicationem requiritur materia peccati mortalis. Cum ergo hi cõſulentes, mandantes, &c. participent cum contrahente matrimonium, vel ante excommunicationem, vel ſaltem ante denunciationem, quod ſit excommunicatus, non eſt cur dicamus huiuſmodi conſulentes incurrere dictam excommunicationem *ex cap. nuper.*

Et

Et eandem doctrinam poſſumus obſeruare in *d. cap. ſi concubinæ* vbi
10 probatur clericum, qui carnaliter cognoſcit mulierem excommunicatam propter ſuum concubinatū, vel alterius clerici, participare in crimine: qua propter maiorem excommunicationem incurrit. Et ita docent *Antoninus Ricciulus de iure perſ. extra gremium Eccleſia exiſten. lib. 4. cap. 45. num. 6. & Iulius Lauor. de Iubilæo, & Indulg. par. 2. cap. 21. num. 14. & 15.* In quo etiam caſu, ad hoc vt participans incurrat excommunicationem, requirunt eaſ dem conditiones inter alios *Couar. in cap. Alma mater part. 1. §. 3. num. 5. Nauar. in manuali cap. 27. nu. 32. & nu. 112. Henriq. in ſumma lib. 13. capit. 9. in comment. littera D. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 32. num. 95.* vbi addit quod excuſatur etiam participans cum Clerici percuſſore, non tamen notorio.

Et propter hanc eandem rationē quod citata *Clement.* includat tan-
11 tum contrahentes excuſat *Sanchez loco citato* ab excommunicatione Parochum celebrationi matrimonij interuenientem, quem tamen excommunicationem incurrere volunt *Caietan. Armilla, Nauarr.* ab eodem *Sanchez dicta diſputat. citati num. 4.* vbi ait, hos nulla ratione niti. Quod ſi Caietanus nitatur, quod referens textum *d. Clementin. vnica*, referat etiam hæc verba. *Et inter eos ſcienter eadem celebrantes matrimonia*: negat idem *Sanchez* hæc verba reperiri in eo textu.

12 Quinto docet Sanchez non eſſe locum huic excommunicationi; quandoquis fictè conſenſit; quia dicta *Clement. vnica* punit illam voluntatem contrahendi cum illis impedimentis; quamuis ea praua voluntas executioni mandari non poſſit propter ea impedimenta dirimentia. Quare omnino requiritur; vt quantum eſt ex ſe habeat voluntatem, & conſenſum; qui non reperitur; quādo fictè conſenſit. Et ita tenent *Adrianus 4. quæſt. 3. de matrim. dub. 10. ad finem, Couarr. 4. Decretal. 2. par. cap. 3. §. 2. num. 8. & §. 7. nu. 2. ad finem. Petrus de Ledeſma de matrim. quæſt. 55. art. 9. in dubio, quod mouet circa ſolutionem ad 2. concluſ. 2. Id quod notandum eſt cohæret enim cum doctrina à nobis poſita lib. 2. quæſt. 10. nu. 2. & 3.*

Quamuis non deſint, qui oppoſitum teneant probabiliter, vt ait
13 *Ledeſma loco paulo ante citato*, ſcilicet, quod incurrant excommunicationem etiam fictè conſentientes: eo moti principio quod exiſtente impedimento dirimente, non poſſit dari conſenſus in matrimonio; ac proinde illud non poſſit valere; quāuis contrahētes falsò exiſtimaſſent ſubeſſe impedimentum; quod valdè notandum eſt pro praxi, quando
14 aliquis vellet hanc ſententiā ſequi. quæ ſententia tribus nititur argumentis. primum eſt quia voluntas non poteſt ferri in impoſſibile. Secundum quia erratur circa matrimonij ſubſtantiam; quia coniuges exiſtimant impoſſibilem ſibi eſſe corporis traditionem. Tertium *ex l. is qui putat ff. de acquir. hæred.* deciditur, credentem ſe neceſſarium hæredem eſſe, cum verè non ſit, repudiare non poſſe: quia opinio veritati præfertur. Et illam tenent ex
15 Theologis *Sotus 4. d. 37. quæſt. vnica art. 5. concluſ. 3. Augles floribus 1. p. de matrim. quæſt. 11. de impedim. Ordin. art. 3. dub. 3. Ludouicus Lopez 2. parte Inſtruct. dt matrim. cap. 47. vbi de impedimento conditionis, & capitulo 55. paulo poſt principium, Vega lib. 2. ſummæ caſu 282. & ſequenti*, & ex Iuriſtis *Vincentius cap. cum in apoſtolica de ſponſal.* vbi *Ioan. Andr. nu. 9. Anton. num. 9. ante verſic. ſecundo obſtat Anchar. nu. 5. Abb. nu. 6. Alexander de*

Ne-

Neuo. num. 13. & 14. *Præpoſ. num.* 3. *in fine*.

16 Sed contraria ſentẽtia nimirum quod non obſtante impedimento dirimente poſſit dari conſenſus in matrimonium, quantum in ſe eſt, quam ſupra *libro* 2. ſequutus ſum, & modo ſequor, eſt probabilior, & in ea fundantur res grauiſſimi momẽti; inter quæ duo principaliſſima reperiuntur. Primum eſt quod habetur *ex cap.* 1. *de ſpõſal. in* 6. *in principio*, vbi deciditur ex ſponſalibus nullis ratione conſanguinitatis, vel alterius impedimenti, oriri publicam honeſtatem, modo adſit conſenſus. ſupponit ergo Ius poſſibilem

17 eſſe conſenſum cum impedimento dirimente. Et idem videtur ſupponere dicta clementina in hac quæſtione allata; quæ ſupponit conſenſum in matrimonium non obſtantibus impedimentis dirimentibus conſanguinitatis, voti ſolemnis, &

18 Ordinis. Secundum eſt quia quamuis hæreticus putet baptiſmum eſſe rem irriſoriam, & nihil valere: verè tamen baptizat; ſi verè intendat facere, quod poteſt, & intẽdit Eccleſia; vt tenent omnes. Et tamen vt hoc poſſit procedere; neceſſario ſupponendum eſt, quod cum errore valoris baptiſmi ſit compoſſibilis conſenſus, & intentio baptizandi. quarè idem dici poteſt in caſu noſtro de matrimonio. Et in hac ſententia fundatur maxima pars noſtræ tractationis tam quoad ſuſpicionẽ hæreſis, quam quoad pœnas, vt conſideranti patebit.

19 Quare ad primum argumentum Reſpondetur volũtatem non poſſe ferri omnino abſolutè in impoſſibile; benè tamen ſub conditione in quantum poteſt.

20 Ad ſecundum reſpondetur quod quamuis erretur circa valorem matrimonij, non tamen hic error irritat matrimonium, vt patet in alijs Sacramentis.

Ad Tertium Reſpondetur, opinionem præferri in eo caſu veritati; eſt enim neceſſarium agentem ſcire ex qua cauſa, & quo iure eundem actum agat, vt notat *Iaſon. in d. l. is*

21 *qui putat*. Cæteras animaduerſiones, quas poſſet hic quis deſiderare, videat apud citatum *Sanchez*. Ego enim libenter omitto, quia non ita faciunt ad negotium noſtrũ quare ad rem noſtram in præſenti quæſtione propoſitam redeo.

Diximus iam Clericos in ſacris conſtitutos: viros religioſos, & Moniales cõtrahentes matrimonium, ipſo facto eſſe excommunicatos. Modo de alijs bigamis, qui primo

22 matrimonio durante, ſecundum contrahunt, ſi loquamur: ſolum reperio *Paulum Grillandum in tract. de pœnis omniſar. coitus quæſt.* 14. qui aſſerat quod de Iure Canonico ſunt excommunicati *ex cap. accepiſti de ſponſa duorum, & ex cap. nuper de bigamis*: Sed in dicto *capit. accepiſti* nullus ſermo habetur de excommunicatione, ſed ſolum quod qui ſciẽs

23 vxorem adhuc viuere ducit ſecundam, debet agere quadraginta dies pœnitentiæ in pane, & aqua (quod *Carinam* vocat textus & *Gloſſ. carenam à carentia hominum, & ciborũ; (includebantur enim, & ieiunabant)* ſeu potius carenam corruptam pro carentenam verbo Italico, & quarẽtena verbo hiſpanico, quod quadraginta dies ſignificat, & aliorum ſeptem annorum pœnitentiam, &

24 ſummum a *Reginaldo in praxi fori pœnitentialis lib.* 31. *nu.* 74. quinque pœnæ referuntur, inter quas non reperitur excommunicatio. Has ſupra retuli cum de pœnis bigamorum.

Et in *d. cap. nuper* ſolum cauetur;

25 quod qui mortua vxore, accedit ad ſacros Ordines, & aliam ducit vxorẽ, licet non ſit verus bigamus,

ſed

ſed ſimilitudinarius, vt ſæpè diximus; attamen pœnam ſubſit bigamiæ, & ſic non decidit aliquid de excommunicatione. nec ſuam ſententiam patrum auctoritate comptobat. Vnde cum contrarium videatur tenere *gloſſ. in d. clem. vnic. de conſanguin. & affin.* quam ſequuntur ibi *Imola*, & *Cardinalis*: cenſeo ſic binas celebrantes nuptias non eſſe excommunicatos. Atque hæc dicta ſint ſatis.

QVAESTIO DECIMA-QVINTA. *lib 3*

Qualiter ſint tractandi cõtrahentes binas, vel plures nuptias: & ſupradicti Religioſi, vel Clerici, &alij, huiuſmodi delinquẽtes: qui tamen ſe ſponte manifeſtant Inquiſitoribus.

SVMMARIVM.

1 *QVare Sãctum Tribunal Crucem inter Oliuã, & gladium pro ſtemate portet.*

2 *Hæretici conuerſio gaudium magnum in cælo, & in terra cauſat eo magis quia res difficilis eſt.*

3 *Diſcrimen inter pertinacem, & pœnitentem hæreticum ſecundum D. Auguſtinum.*

4 *Diuus Petrus ſuam culpam cognoſcens & flens maiorem gratiam reperit quam amiſit.*

5 *Cum his qui promptius ad pœnitentiã veniunt maiori miſericordia agendum eſt.*

6 *In alijs Tribunalibus confeſſio delictorum nihil prodeſt reo imo ſuplicium accelerat.*

7 *Intellectus cap. accuſaſti.*

8 *Sacrum Inquiſitionis Tribunal cũ integre confitentibus miſericorditer ſe gerit.*

9 *Legum ſcopus eſt, vt quieti Reipublicæ conſulatur.*

10 *Si delicta manerẽt impunita Reipublicæ quieti minime conſuleretur.*

11 *In hoc foro principale negotium eſt ſalus animarum.*

12 *In hoc tribunali (quia Dei eſt) ſicut in Tribunali conſcientiæ dolor, & confeſſio requirũtur.*

13 *Deus fatentibus humiliter propios reatus miſericorditer condonat.*

14 *Plures ſunt confitendi gradus quibus pœnitentiæ formæ reſpondent.*

15 *Tempus gratiæ quare vltra triginta vel quadraginta dies nõ extẽdatur.*

16 *Quæ pœnæ condonentur ſponte venientibus tempore gratiæ.*

17 *Gratiæ edictum non comprehendit iã carceratos denuntiatos, nec per publica edicta citatos.*

18 *Non gaudent indultum tempore gratiæ Dogmatiſtæ Hereſiarchę, & qui circuncidendi munus exercent.*

19 *Clauſula* non obſtantibus *in reſcriptis poni ſolita non prodeſt quando plura obſtant.*

20 *Relapſi hac indulgentia minime gaudent.*

21 *Neque receptatores, & fautores hæreticorum, & quare.*

22 *Quamuis multi ſint qui teneant non debere admitti ad pœnitentiam qui paſſus fuit labi tempus gratiæ, & poſtea in hæreſi deprehenſus eſt, contrarium eſt verius.*

23 *Cum exponte venientibus mitius agẽdum eſt.*

24 *Apud Atheniẽſes impunitatem donabant cõfitẽti crimẽ ſi nihil tacebat.*

25 *Cum exponte confitentibus crimen hæreſis non ſolum Inquiſitores quoad pœnas mitiſſime ſe gerunt verum etiã nec beneficia Eccleſiaſtica amittere permittunt.*

26 *Poteſt accidere vt quanto citius quis poſt commiſſum crimen coram Inquiſitoribus ſe repreſentat eo magis metu teſtificationis id faciat.*

27 *Verba* cõtinuo ſtatim, & incõtinẽti *quomodo accipienda.*

28 *Quod eodem die fit præſumitur factum*

eodem contextu.

29 *Hæc vocabula dilationem ex ſua propria natura ſuſcipiunt iuxta ſubiectam materiam.*

30 *Praxis Iuquiſitionis eſt, vt hæreticus pœnitẽs expontaneus omnes pœnas exceptis ſalutaribus euadat.*

31 *Hæc ſpontaneitas ſuos gradus habet, & vndecim ampliationes ſecundũ Farinatium.*

32 *Ante vltimam ſententiam condemnatoriam (exemptis relapſis) poſſunt hæretici ad miſericordiam recipi.*

33 *Qui poſt prolatam ſententiam condẽnatoriam relaxationis ante publicationem tamen in publico ſugeſtu conuertitur ad miſericordiam admitti poteſt.*

34 *Et hoc in noſtra Hiſpanica Inquiſitione merito præticatur.*

35 *Sententia Simancas diſcutitur.*

36 *Quæ pœnæ imponi debeant talibus hæreticis qui tanſero conuertuntur.*

37 *Quid faciendum quando hæreticus iã in tabulato conuertitur.*

38 *Referuntur verba inſtructionis Hiſpanicæ maturiſſime ſcripta.*

39 *De qua ſententia ſunt intelligendi auctores qui de cõdẽnãdis reis locũtur.*

40 *Ratio in qua fundatur opinio eorũ qui tenent non debere admitti ad miſericordiam tales delinquentes.*

41 *Arbitrio Inquiſitorum totum hoc deferri debet.*

42 *Pertinaces hæretici ſi conuertantur non viui ſed mortui prius conburi debent.*

43 *Particulari prouidentia in Sacris Inquiſitionis Tribunalibus Deus aſſiſtit.*

44 *Refertur ſententia Simancas, & ſatisfit eius rationibus.*

45 *Quid fieri debeat cum his qui in tali tẽpore ad miſericordiã recipiuntur.*

46 *Quomodo agẽdum eſt cum eo qui curię ſæculari tradito cõuertitur.*

47 *Aliqui tenẽt quod in ipſo ſuplicio ligatus reus ad cõburẽdũ ſi pœniteat ad miſericordiam recipi debet.*

48 *Alij, & melius tenent non debere admitti ad veniam in tali caſu licet ſtrangulari debeat ante cõbuſtionẽ.*

49 *Auctoris pium, & mite conſilium.*

50 *Supoſita doctrina de admiſſione ad veniam a fortiori valet in Bigamiæ delicto.*

51 *Sententia Caſtri Palao de carceratione ſponcaneorum Bigamorum nullo pacto eſt admittenda.*

52 *Bigami ſpontanei nulla corporali pœna plectendi ſunt.*

53 *Doctrina ſupra tradita de hæreticis quomodo vel in quo Bigamis aplicari poteſt.*

54 *Vtrum propter alia delicta quæ in delicto Bigamiæ inuoluuntur iſti expontanei plectendi ſint.*

55 *Propoſitæ difficultati ſatisfit.*

56 *An Inquiſitores ſtriges, & lamias propter infanticidia relaxare poſſint?*

57 *Refertur tenore cõſtitutionis Gregorij XV. cõtra ſtriges infanticidia perpetrãtes.*

TRibunal hoc Sanctiſſimæ Inquiſitionis integræ, catholicæque fidei obſequijs deſtinatum; cuius inſignia in venerabiliſſima Cruce præſefert: nam vt ait *D. Auguſtinus in Epiſt. ad Galatas Crucem, vt in ea glorietur, Dominus ſuo geſtans humero pro virga regni nobis cõmendauit quod eſt grande ludibrium impijs, grande myſterium pijs, & vnde mundi Philoſophus erubuit: ibi Apoſtolus Theſauram reperit: quod illi viſum eſt ſtultitia: Apoſtolo factum eſt ſapientia, & gloria:* Hoc, inquam

1 Tribunal ſolet eandem Crucem mediam inter oliuam benignitatis, & miſericordiæ ſymbolum ex vna parte, & Iuſtitiæ Hieroglyphicum gladiũ ex altera parte appingere, vt peruerſũ hæreticorũ ingeniũ ſicut gladio à lethali pertinacia deterret; ita Oliua ad pœnitentiam, cõuerſionẽque aduocet, ſuper quibus

hæ-

hæreticis pœnitentiam agentibus quod gaudium ſit in Cœlis, ipſa Dominici oris ſententia ſi de quolibet peccatore teſtatur; maximum ſuper
2 hæretico conuerſo eſſe; ab omninos dubio remouet; quo enim periculoſior hæretici lapſus, & gra- 5
uior obſtinatio ſolet eſſe (nam de ijs dicit *D. Chryſoſtomus qui vero exurgunt contra veritatem, & alteros adhortantur aduerſus Eccleſiam, remanent apud Inferos, voragine terræ abſorpti; quemadmodum circa Chore, Dathan, & Abiron*) eo maius gaudium fieri ſolet in cælo ob deperditam ouem ad S. Matris Eccleſiæ caulam reuocatam. Id quod benè 6
paucis perſtringit *D. Auguſtinus*: nã ex vna parte, quid agendum docet cum pertinax eſt hæreticus; quando vt ſupra *D. Chryſoſtomus* quodãmodo ab Inferno abſorptum dicit; ex altera vero quia miſericordia recipiendus ſi reſipiſcat; cuius ſunt
3 hæc elegantiſſima verba. *Hæreticum Hominem poſt primam, & ſecundam correptionem deuita. quia ſubmerſus eſt huiuſmodi, & peccat in ſemetipſo damnatus. ſed qui ſententiam ſuam quamuis falſam atque peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendunt, præſertim quam non audacia ſuę præſũptionis pepererũt, ſed à ſeductis; atque in errorem lapſis parentibus acceperunt: qui ſunt autem cauta ſollicitudine veritatem, corrigi parati, cum iuuenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi.* quæ ſententia habetur 24. *q.* 3. *c. Dixit.* Neque enim ita iſtorum deſperanda ſalus eſt; vt non omni diligentia Eccleſiæ filij procurent iſtos ad ſemitam veritatis reuocare, vt per pœnitentiam, & lacrymas Deo ſatisfaciant, & fideliores euadant, agnoſcentes præteritam culpam; vt de D. Petro *D.*
4 *Ambroſius* loquitur *in Sermone ad vincula* his verbis: *Fidelior factus eſt Petrus, poſtquam fidem ſe perdidiſſe defleuit: atque adeò maiorem gratiã reperit, quam amiſit.*

Verum qua prudentia debeat ſe Tribunal gerere circa hæreticos, & ſuſpectos in fide, pœnitentes à Sacris Canonibus, grauiſſimiſque PP. & DD. inſtruitur, in quo illud pro fundamẽto poni poteſt; vt quo maior promptitudo ad conuerſionem, & ſpontanea pœnitentia in ijs reperitur; eo maiori miſericordia tractandi, & recipiendi ſint.

Nam contrarium in iſto Tribunali euenire ſolet, ac in alijs foris exterioribus, in quibus delinquentibus de commiſſo crimine veniam petere parum ſoleat prodeſſe, parumque crimen proprium fateri operari ſoleat; niſi vt breuius puniãtur *l. qui eam mentẽ ordine 97. ff. de furt. l. & generaliter §. 1. ff. de calumniat. l. pœn. ff. vi bon. rapt. l. quis ſit fugitiuus ordine 17. in princ. ff. de edil. edic. quid notant Cy. & Bal. nu. 1. in 4. oppo. in l. ſi quis non dicam rapere C. de Epiſcop. & Cler. Bar. in d. l. qui ea nu. 1. 3. Ioan. Andr. in reg. in pœnis de reg. Iur. in 6. Franc. in c. 1. nu. 6. de homicid. in 6. quod, & ſentit Cicero in lib. 1. de off. vbi de Iuſtitia agit in §. exiſtunt ſemper in fine. verſic. atque haud ſuo, An ſatis ſit, eum, qui laceſſierit iniuriæ ſuæ pœnitere.*

Ex quibus non eſt audiendus *Hippol. in l. qui falſum nu. 59. ff. de falſ.* dicens non ſolum in delictis non puniri affectum, ſed nec effectum: ſi delinquentem facti pœniteat, & ipſe emendatur, qui text. 7
in c. accuſaſti pro ſua citat ſententia qui quidem textus, vt *Innoc. Abb.* & communiter ibi DD. aduertunt nõ de delinquente, ſed de accuſatore diſponit, cui imponendam eſſe pœnitentiam, ait, ſi non pro pace, & iniuria Reip. facta, accuſauit, ſed odio motus. Citat ſecundo *Hippol. ſpeculat. in tit. de accuſatore §. 1. num.* 15. qui etiam non de delinquente,

ſed de accuſatore loquitur, quærēs an filius patris occiſorem accuſare teneatur, ſi occiſor homicidij doleat; & ſic *Hyppoliti* ſententia non tenetur.

Habet tamen hoc peculiare hic forus Sanctæ Inquiſitionis, quod in
8 eo crimen integrè cōfitentibus, miſericordia abundanter miniſtratur, veniaque quodammodo conceditur; confitenti enim apoſtaſiæ à fide, ſeu hæreſis crimen, verè abſolutio ab excommunicatione conceditur, ad Eccleſiæque gremium, a quo deceſſerat, admittitur, eique reintegratur abiuratis hæreſibus, & apoſtaſia ſi eam commiſit *c. ad Abolendam, & c. penult. de hæreticis. cap. vt commiſſi, §. necnon c. cum ſecundum leges eod. tit. in 6. Clem. 1. §. duo tamē eodem tit. c. ſuper quibuſdam de verb. ſignificat. c. conuenientibus c. quotiens c. ſi Epiſcopi c. ſaluberrimum 1. q. 7. c. Ego Berengarius de conſec. diſt. 2. tex. in Auth. Gazaros C. de hæret. l. fin. C. ad leg. Iul. Maieſt. apud Hiſpanos cap. 4. Inſtruct. Hiſpalenſ. & 5. Abulenſ.*

9 Cuius piæ diſpoſitionis duplex ſe mihi offert Ratio. Prima quod etſi in alijs exterioribus foris ſcopus, & finis ſit commouere ſubditos in commune bonum, hoc eſt inquietum, tranquillumque Reip. ſtatum. vnde *Ariſtot. in 9. Et hic.* ait *iuxta leges ita*, hoc eſt ciuiles leges *factiua eſſe, & conſeruatiua felicitatis, partiumque eius. Et Plato dialog. 1. de legi.* ait *legumlatores pacis publicæ gratia, debere omnes condere leges.* Et *Cicero lib. 2. de legi.* inquit, *conſtat profectò ad ſalutem ciuium, ciuitatumque incolumitatem, vitamque omniū quietam, & beatam conditas eſſe leges.* Et *Ariſt. 5. Ethic. c. 1.* manifeſtat idem dicens: *ipſæ leges de omnibus dictant conſectantes, aut communem omnium vtilitatem, aut optimarum, aut Principum.* Et noſtra iura idem aſſeuerant *l. 1. l. iura ff. de legi. c. erit autem lex 4. diſt. cum vulgatis*, quod non contingeret ſi delinquētes pœnas pro criminibus debitas ex confeſſione, & dolore euaderēt. Vnde cum de eorum criminibus conſtat, ſiue eorum confeſſionibus, ſiue teſtibus; quantumcunque de commiſſis dolere dicant vt ipſis ſit
10 pœna, & culpæ ſatisfactio: cęteriſque ſcientibus ea ſit terror, ne ſimilià committere tentent. Et ſic Reſp. quieta, tranquilla, & pacifica ſit, neceſſe eſt vt delinquentes, & ſi crimen confiteantur, pœnis criminis ordinarijs puniantur. In hoc tamen Sanctæ Inquiſitionis foro cum ſco-
11 pus, finiſque ſit, eiuſque obiectum, & præcipua intentio, animarum ſaluti mederi, quæ conſequitur certius veniam confitentibus ſua crimina concedendo: cum ſic inducantur ad veram criminis confeſſionem, ad doloremque de crimine commiſſo. Ideo confitentibus venia conceditur, & procedendi modus ſeruatur ab alijs foris valde diuerſus; quamplures enim monitiones delatis fiunt, vt ſua detegant vulnera ſi ſani reddi cupiunt.

12 Præterea nō ſatisfaciunt, nec integrè confiteri dicuntur etiamſi ad vnguem crimina aperiunt, ſi non ex corde verè eos pœniteat: cum ſicut in interiori foro ſyncerus, & verus animus, vt ſatisfactoria ſit cōfeſſio; requiritur, ita & in iſto, dolorque de commiſſo crimine, qui non ex verecundia, & ignominia, quam ipſa criminis commiſſio apud populum infert, naſcatur, ſed potiſſimè quod pijſſimum offenderit Dominum, alias non vt confitens veniam conſequitur, ſed vt fictus, & ſimulatus confitens punitur.

Sit ſecunda Ratio; quod cū hoc
13 crimen hæreſis Deo Omnipotenti aduerſetur, qui fatentibus humiliter proprios reatus condonat, & quo purius, & ſincerius ſe condemnant,

nant, nullam excuſationem prætẽdentes liberationem a morte ſpirituali, quam incurrerant, ipſo facto propitio conſequuntur. quod promulgauit per os ſapientis, vt habetur *Prouerb.* 28. Vnde Rex Dauid hac lege, immo ſolo confitendi proposito, miſericordiam nactus eſt, vt ipſe teſtatur *Pſal.* 31. *dixi confitebor aduerſus me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti iniquitatem peccati mei*, & idem firmant plura ſacræ ſcripturæ exempla, quæ facilè reperies. Cum igitur hæc cauſa directè Diuinæ aduerſetur Maieſtati, quæ confitentibus ſyncere veniam concedit: Iudices qui eandem cauſam Dei agunt, hoc eſt Inquiſitores hæreticæ prauitatis, eius veſtigia ſequi debent, eumque imitari. vnde opportunè deciſum fuit, vt ſicut Deus Omnipotens confitentibus ſe exhibet liberalem veniam concedendo: ita & fidei cenſores faciant pœnitentias ſalutis animæ adiutrices iniungendo.

Sunt autem plures confitendi gradus, quibus pœnitentiæ formæ
14 correſpondent: quidam enim in tempore Indulgentiæ Generalis alicui Prouinciæ, populouè conceſſæ ſpontè confitentur, vt olim in Diœceſi Carthaginenſi in Regno Valentiæ, & Siciliæ, & alijs accidit. Hoc tempus dicitur Gratiæ; ſignatur enim certum limitatum tempus triginta, vel quadraginta dierum, ne diuturni temporis gratia graſſandi occaſionem hæreticis ſuppeditet, vt ait *Paramus de Origine S. Inquiſitionis lib. 3. quæſt. 4. rubr. de forma, & ordine iudiciario S. Officij nu. 9. & ſeqq.* intra quod integrè confitentibus plena venia conceditur. Ita quod ab excõmunicatione abſolutio eis impartitur, Eccleſiæque gremio abiuratis hæreſibus reſti-
16 tuuntur; pœnam carceris perpetui, & delationis ſacci pœnitentialis eui tant, & ex Regia benignitate bona eis, quæ ipſo facto amiſerant, relinquuntur. Ita apud nos Hiſpanos eſt hoc deciſum *in c. 2. 3. Inſtruct. antiqu. Hiſpal.* tenentur tamen, niſi crimen ſit omnino occultũ, vel aliud in Indulgentia caueatur, publice abiurare crimen.

17 Iſtud tamen Gratiæ edictum, & hæc Indulgentia non amplectitur iam ex crimine incarceratos, nec per publica Edicta citatos; nec denique quorum cauſa iam cepta eſt in hoc foro arg. *l. fin. C. de abolitio.* quod ſenſiſſe *Iulium* 3. conſtat ex ſuis litteris motu proprio conceſſis Romæ anno Incarnationis Domini 1550. cum in Edicto Gratiæ in eis per ipſum conceſſo, excipiat eos, contra quos inquiſitio eſt cepta; & relapſos.

Non gaudent ſecundo prædicta
18 gratia hæreſiarchæ Doctores, qui vulgo Dogmatiſtæ dicuntur, nec qui ob legis Moyſi, vel ſectæ Mahomettanæ obſeruantiam, circuncidendi munus exercent: ita ad hæc ſunt in argumento, quæ dicit *Bald. in l. præſcriptione num. 11. C. ſi contra ius vel vtil. & in l. eam quam nu. 36. & 37. C. de fideicommiſſ. & text. in l. quoniam multa C. ad leg. Iul. de vi publ. & in l. ſiue ex prætoriano C. de except. & exact. lib. 12. & ibi Ioann. de Plat. & ſt gloſſ. & ibi Abb. in cap. dilectus filius el primero de Reſcript. Franc. Curt. conſil. 49. col. 10. & ſeqq. P. Paris conſ. 5. nu. 113. in primo volum. Deci. in c. quæ in Eccleſia nn. 14. de Conſtit. & Gomec. in reg. de trien. poſſe q. 11. verſ. circa primum, & Aimon Granetta in conſ. 6. num. 59.* vbi
19 firmant clauſulam non obſtantibus in Reſcriptis poni ſolitam non prodeſſe, quando non tantum vnum, ſed plura obſtant, & ita in praxi ſeruatur.

Simi-

Similique ratione hac indulgentia relapsi non gaudẽt, quod sentit
20 *l.3.C.de Episcop.audi. vbi Bald.num.* 4. notant geminantem delictum non debere veniam sperare: Et si de delictis venia concedatur. Et idem dixit *Specul. in tit. de contumac.* §.4. *vers.sed pone Iudex, & Ioann. Andr. in c.si motu proprio de præbend.in 6.& gloss. Abb.nu.2.& Anan. in c.1. de cleri.percuss. Bar.in l.si cui in fin.ff.de accusa. & in l.omnes C. de delato, & in l.1.C.de super exacto.lib.10. Felin. in c.ad abolendam num.2.de hæretic. Idem Felin.in cap.pastoralis nu.27.de except. Alex. in l.2. §. quod diximus ff.si quis Cautio. Decisio rotæ in nouiss.* 21.23. *sub tit. de rescript. &* 12. *sub tit. de re Iudic. Bellamera decis.* 739. *Barbat.in c.super litteris num.*176.*de rescriptis, Lasc. in l.nec damnosa nu.*3. *C.de præci. Impera. offer. P. Parisius cons.*1.*vol.*1.*Guiller. Bened.in c.Rainucius in verbo mortuo itaque testatore el primero nu.*112.*de testam. Ioann. Lopez in rep.c.per vestras* §.9.*nu.* 25. *fol.*62.*Thom.Guam. voto* 9.*num.*23. *&* 24.*& voto* 17.*nu.* 7. *Bermond. de public.concubin. in part. qui si post dispensationem per totum, & in part. alicuius dispensationis fol.* 209.*&* 210. *in Regnis Castellæ est l.*2.*tit.*11. *lib.*1. *ordin. id decidens.*

Nec etiam hac indulgentia gaudent hæreticorum fautores, & re-
21 ceptatores, quia cum sæpè hæc gratia concedatur prætextu ignorantiæ, & erroris, quæ non in fautoribus, sed dolus interuenit, ad eos nõ videtur extendenda, & ita in simili quæstione tenent *Andr. de Isern.& Matth.de Afflict. nu.* 18. *in constitut. Reg.Siciliæ lib.*1.*rubr.*2.

22 Quamuis *Hostiensis in summ. tit. de hæret.* §. *qualiter deprehendatur quis in hæresi, & Ioann. Andr. col.*2. *Archid.& Franc.in d.cap.vt commissi & hæret. in 6.* quibus se subscripsit ibi *in* §. *necnon nu.* 3. *Domi.* asserant non esse admittendum ad Ecclesiæ gremium etsi integrè confiteatur, qui passus fuit labi tempus Edicti de gratia, nec eo se voluit iuuare, sed quod brachio sæculari est relinquendus. in Hispania tamen contrarium in praxi seruatur: & quod dicit *Hostiensis* rigorẽ sapit ab hoc foro satis alienum.

23 Alij vero sunt, qui sponte hæresis crimen fatentur, licet non vigeat indulgentia prædicta, nec gratiæ tempus. Cum quibus esse mitius agendum etiam in pœnitentijs patet tam ex Iure Canonico, & Ciuili, quam antiquorum exemplis, & præceptis *c.fin. de furtis c. inter corporalia* §. *sanè quoniam de translat. Episcop.cap.fin.*82.*distin.c.non dicatis* 12.*q.*1.*vbi glos.l.*1. *C. de ijs, qui se defer.lib* 10. *& Auth.nouo Iure C. de pœu. Iudi. qui mat. Iud. & in prouerb. cap.*28. *qui confessus fuerit scelera sua misericordiam consequetur, &* sapiẽs. 11.*dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam.* Et ex *Senecæ* prouerbijs illud vulgo referre solet *proximum ad innocentiam tenet verecũdia locum, peccatique confessio.* Et refert *Alexand.ab Alex. lib.*3.*cap.* 5. apud Athenienses esse lege sancitum, vt qui maximis criminibus reus ageretur: si fateretur admissum nullo
24 addito mendacio, impunitate donaretur. Et *Ouid.lib.* 1. *de Ponto Eleg.*1. *ait.*

Sæpè leuant pœnas, exceptaque lumina reddunt.
Cum benè peccati pœnituisse vident.

25 Cum his ergo misericorditer agendum: & quidem eò peruenire hæc promptitudo, & spontaneitas pœnitentiæ commissi delicti, potest, vt tales pœnitentes maxima misericordia excipiantur: quare si quis in errorem hæresis se lapsum deprehenderit; & statim ante vllas probationes, & antequam quid Inquisitori-

taribus notum eſſet, ſeſe Inquiſitoribus detulerit; errorem ſuũ ſecretò abiurans, paratus ad quamlibet pœnitentiam ab ijſdem impoſitam ſuſcipiendam pro congrua ſatisfactione: poterunt eum Inquiſitores prædicta abiuratione præmiſſa, & impoſita ſalutari pœnitentia; ita benignè ſuſcipere; vt non ſolum ab hæreticorum pœnis liberentur: verum etiam nec beneficia Eccleſiaſtica ab illis, nec alia bona amoueantur, vt tenet *in c. ad Abolendam Ioannes Andr. Butrius, Ananta, Panormit. & Reliqui, Rebuffus in praxi beneficiali tit. de modis amittendi beneficia ſub num. 5. & 6. Ricciulus in tracta. de Iurè perſonarum lib. 5. cap. 19. nu. 20. & Auguſtinus Barboſa in Collect. DD. in d. cap. num. 10.* & iſte propriè, & verè cõfeſſus ſpõte reputatur, *vt notãt d. Abbas in c. de hoc n. 8. de Simo. Archid. in d. cap. vt commiſſi in 2. col. Ariet. in c. cum dilecti de accuſat.*

26 Circa id autem, quod diximus, quod ſtatim ſeſe detulerit: illud aduertendum eſt; quod poteſt accidere, vt quis quanto citius ſeſe Inquiſitoribus defert; eò magis timore pœnæ adhoc faciẽdum moueatur: ne ſcilicet accuſator, aut denunciator præueniat. quod non ita videtur eſſe in eo, qui poſtquã aliquod tempus elapſum eſt; nulla delatio allata fuit; quando videtur eſſe magis tutus; quod vel teſtes obliti; vel nulla circa ſuum delictum religione moti ſint: ſe tamen integrè D. Inquiſitoribus manifeſtat; vt condigna habita pœnitentia, ad Eccleſiæ ſinũ admittatur. Id quod ideo dico, vt prudẽs Inquiſitor, ſi dictũ timorẽ agnoſcat in xe tẽpore ſeſe reuelante: maturius rem agat, vt dignos pœnitentiæ fructus recipiat. Et contra, non quia alius poſt multum tempus, ſe propalat, repellẽdus eſt: ſi modo dicto ante probationes, &

27 vllam notitiam apud Inquiſitores, adueniat. Ad quod facit id, quod benè aduertit *Vmbertus locatus in Iudiciali Inquiſitorum verbo incontinenti*, vbi ait, quod verbum, *cõtinuo, & incõtiuẽti*,

28 ſignificet rigoroſe loquendo id, quod eodem die fit; quia quod eodem die fit, præſumitur factũ eodem contextu ſecundum *Baldum in l. 2. C. de oper. liber. Imo. & Bart. in l. in operis ff. loca.* Attamen quod hæc vocabula dilationem ex ſua propria natura ſuſcipiant iuxta ſubiectam materiam ad arbitrium Iudicis, & in ſpecie iuxta

29 poſitam doctrinam reſpondet ad textum *d. cap. ad Abolẽdam* his verbis. *Vnde textus ille in cap. ad Abolẽdam dò hæreticis, neceſſario nõ concludit, & propterea hic locum habeat regula illa l. 1. ff. de Iure delibr. videlicet quod vbi de incerto tempore tractatur, talis incertitudo arbitrio Iudicis declarãda remittitur. Accedit quod cum in tot legibus tam Canonici, quam Ciuilis Iuris de pœnitẽtia iſta tractẽtur nullibi præter in d. c. ad Abolẽdam inuenitur ſtricta, & anguſta illa temporis arctatio, quod eſt mirabile. Nec eſt credẽdum, quod ſi reuocatio iſta tã cito faciẽda eſſet, id ab alijs legibus præterm iſſum fuiſſet.* Et eandem doctrinam affert *Paulus Grillãdus in tract. de hæreticis quæſt. 5. nu. 2. & 3. iuncto num. 15. & 16.*

30 In cuius confirmationem addi poteſt praxis indubitata Inquiſitionis, apud quam poſt quodcunque tempus adueniat hæreticus pœnitens; ante vllas tamen probationes modo dicto: benignè eodem modo recipitur ſalutari impoſita pœnitentia, & præmiſſa abiuratione; ita vt effugiat omnes alias pœnas hæreticorum.

Poſſet hæc ſpontaneitas pœnitẽtiæ ſuos gradus habere iuxta varias DD. ſententias, quos videre potes

31 apud *Simacam de Cathol. Inſtit. tit.*

47. *de*

47 *de pœnit. & Cõuerſ. Dianam 4. p. reſol. Mor. vl. tract. 7. de pœnis delict. reſolut. 24. de hæreticis pœnitentibus, Farinac. de hæreſi quæſt.* 193. *§.* 2. vbi vndecim ponit ampliationes, quibus ferè vndecim reperiuntur varij modi iſtius pœnitentiæ, & ſpontaneæ conuerſionis; quos quia ſuperfluum duxi hic afferre, ad ipſum te remitto: varium etiam modum remiſſionis pœnarum iuxta cuiuſcunque magis, vel minus promptam conuerſionem vide apud citatum *Dianam* aptiſſimè dictas pœnas referentem; & aliqua etiam ex parte apud citatum *Simancam*.

32 Relictis ergo omnibus alijs conuerſionis gradibus, qui poſſunt euenire poſtquam Inquiſitoribus delictum innotuit; ſed tamen ante vltimam ſententiam cõdemnatoriam; in quibus in dubium vocare non licet, non obſtantibus Auctoribus in contrarium, quod debeant ad miſericordiam recipi hæretici pœnitentes, ita vt brachio ſæculari nõ relaxentur; (dummodo non ſint relapſi;) quamuis debeant; vt ſæpè diximus, iuxta maiorem, vel minorẽ conuerſionis promptitudinem, pœnas ſuſtinere, vt videre potes apud paulo ante citatos Auctores. His inquam relictis tres adduco difficiliores caſus: in quibus hinc inde validè controuertitur an debeant recipi ad miſericordia prædicti hæretici pœnitentes; ita vt brachio ſæculari non relaxentur.

Primus caſus eſt: an poſt prolatam iam ſententiam condemnatoriam, & ipſi reo in carceribus exiſtenti intimatam, & in ductione ipſa vſq; ad tabularum. recipiendus

33 ſit hæreticus pœnitens ad miſericordiam; ita vt non relaxetur brachio ſæculari; impoſitis tamen alijs grauiſſimis pœnis. Cui caſui, & quæſtioni Reſpondeo; quod vtique recipiendus ſit hæreticus pœnitens ab Eccleſia; ita vt non relaxetur Curiæ ſæculari: imponantur tamen grauiſſimæ pœnæ iuxta dicenda. Ita tenet *Abb. in cap. excommunicamus el primero num.* 13. *verſ. venio ad extrinſeca extra de hæret.* vbi reſpondet ad verba *incõtinẽti*, & *confeſtim ex d. cap. ad abolendam.* vt ſcilicet intelligantur, dummodo pœniteat ſtatim, hoc eſt poſt ſententiam, & ante traditionem brachio ſæculari. Et docet *Campegg. in additt. ad Zãchin. in tract. de hæret. cap.* 16. *littera B. verſic. primo* 2. *&* 3. *& verſic. fin.* vbi poſt multa vndique exagi-

34 tata, tandem cnncludit: nemini dubitandum eſſe, quod in quacunque parte Iudicij redeuntes ad fidem recipiendi ſunt etiam poſt condẽnationem. Et quod ita per Summos Pontifices, per egregios DD. per Religioſiſſimos Inquiſitores, Sanctiſſimos Epiſcopos, & denique per antiquam cõſuetudinem firmatum eſt. Cuius accuratiſſimæ ſentẽtiæ meipſum ſubſcribo. Itaque de praxi Hiſpanicæ Inquiſitionis teſtis ſum fideliſſimus. Et idem confirmat *Diana d. reſol.* 24. vbi verſic. *ſed reſtat hic inquirere*, affert verba *Pegnæ in direct. par.* 3. *comm.* 175. pro noſtra ſententia, cuius verba aliquid maius vocant in dubium, & noſtrũ caſum clariſſimè admittunt; ita enim ait. *Verumtamẽ, vbi malitiam perfidorum huiuſmodi contemplor, auderem dicere iuſtiſſimè fieri ſi locus miſericordiæ pateret reis, donec à carceribus Inquiſitorum educerentur.* Et quamplures alij, quos refert *Simãcas d. tit.* 47. *& nu.* 36. *& Farinac. d. §.* 2. *nu.* 56. contra alios, quos refert idem *Farinac. d. §.* 2. *nu.* 57.

Quare ſententia *Simancæ d. titul.*

35 47. *num.* 37. quod ſententia à nobis poſita ſit à Iure, & à ratione longè auerſa, nullo pacto admittenda eſt; ſi loquatur de tempore antequam ad tabulatum ipſum perueniatur;

nimis

nimis enim rigidè loquitur, & contra ferè communem ſententiam, & praxim ipſam vt diximus: ſi vero loquatur de tempore, quo iam intabulatu ipſo exiſtit reus, infra videbimus. Pœna autem, quæ imponi poſſet his hæreticis pœnitentibus modo dicto, vt minimum præter publicam abiurationem, & ſaccum pœnitentialem, quem vulgo *Sanbenito* vocamus: debet eſſe perpe-
36 tuus carcer, vt ſtatuit *Gregorius Nonus à Simanca relatus d. tit. 47. n. 33.* pro ijs, qui conuertuntur, poſtquã teſtibus conuicti ſunt, ſeu publicatis teſtimonijs, ſuos errores confiterentur, quare cum pertinaciores appareant, qui expectarunt iam ſententiam definitiuam; vt minimum illam debent ſuſtinere: & pro maiori pertinacia aliquas aliàs pœnitẽtias ſalutares. loco cuius perpetui carceris poſſet etiam dimiſſio ad triremes per aliquod tempus decerni.

Secundus caſus eſt; quando hæreticus iam in tabulatu, ſeu loco publici ſpectaculi apparet, & quã-
37 uis quouſque illuc peruenerit pertinax, ſeu negatiuus extiterit; tamẽ ibi iam exiſtens ad ſanam mentem redire ſe oſtendit, & publicè pœnitentiam ingeminat, & conclamat, an hic debeat cum eadẽ miſericordia recipi; vt non relaxetur; quamuis augeri poſſint, & aggrauari aliæ pœnæ. Ad hunc caſum ita reſpondet *Diana d. reſolut. 24.* afferens *inſtructionem Toletanam anno 1561. num. 64.* cuius inſtructionis hæc verba ſunt. *Muchas vezes los Inquiſi-*
38 *dores Sacan al tablado reos, que por eſtar negatiuos ſe determinan relaxarlos, y porque enel tablado antes de la ſentencia ſe conuierten, y dizen ſus culpas los riciben à reconciliacion, y yſobrelean las determinaciones de ſus cauſas, y pareze coſa muy peligroſa, y que ſe deue ſoſpechar lo agan mas por temor dela muerte, que con verdadero arrepentimiento, pareze que ſe deue hazer pocas vezes, y con muy particulares cõſideraciones.* Et in idẽ ferè recidit *Pegna in direct. part. 3. num. 175.*

Vbi id aduertendum eſt quod quamuis prædicti Auctores dicant
39 ante ſententiam; vel quod nondum damnationis ſententia promulgata eſt; intelligi tamen debent de illa vltima promulgatione ſententiæ, quæ in ipſo ſuggeſtu fieri ſolet; & per quam Curiæ ſæculari de facto relaxari ſolent, & ſententia prius edita quod relaxentur, executioni mandatur, non de illa, per quam reuera condemnantur adhuc in carcere exiſtentes, & per quam è carceribus damnati, iam ad tabulatum ipſum emittuntur, ſæculari curiæ relaxandi.

In hoc ergo caſu ita declarato quamuis prædicti Auctores ita teneant: non deſunt tamen Auctores à *Farinacio* relati, qui teneant etiã in tali caſu dari locum pœnitentiæ, ita vt non relaxentur. Idque a fortiori tenere debent ij, qui in tertio caſu infra ponendo, adhuc tenent, vt videbimus eſſe locum pœnitentiæ, & miſericordiæ prædictæ. Poſſet autem horum ſentẽtia ea ratione ſtabiliri: quia adhuc in tali caſu adhibentur pij, & Religioſi hortatores ad ſalutem animæ (quidni etiam ad corporalem ſalutem
40 inuitantes?) quod ſi ideo adhortantur; quia ſpes adhuc veræ pœnitentiæ eſt. quidni dato caſu veræ pœnitentiæ etiam à tam terribili ſupplicio mortis liberentur: tota enim ratio quare qui ſunt in contraria ſententia negent huiuſmodi hæreticos etiam pœnitentes non debere recipi ad miſericordiam prædictam eſt, quia putant non eſſe veros pœnitentes. quod negari non debet; ſi reuera prudens Inqui-

ſitor animaduertat, hæreticum ficte conuerti ad vitandas pœnas. Sed negari etiam non poteſt quod ſi efficacia ſigna pœnitentiæ reus de monſtret, debeat miſericorditer recipi. quare totum negotium ſaltem arbitrio Inquiſitorum relinquitur. qui ſi in tali reo verum dolorem, & pœnitentiam diſcernant; non deſint ſolitæ miſericordiæ beneficium præſtare: quod in maiorem animarum ſalutem vertat: ſin autem fictionem animaduertant, relinquant ſæculari Curiæ, quæ eũ cõdignis puniat combuſtionis pœnis.

42 In hoc caſu quamuis ex miſericordia inclinem, quod deberent huiuſmodi à morte liberari: tutius tamen mihi videtur, vt praxi ipſa comprobatur, ſi relaxentur. Cum quibus in hoc miſericordia exercetur, vt ita pœnitentes viui non comburantur, ſed poſt ſtrangulationem. libenter tamẽ omitto alijs vt ſequantur quam velint ſententiam. Illud tamen omnino ex diſcurſu facto conuincitur, vt ſaltem hoc arbitrio Inquiſitorum relinquatur. Id quod non ſine grauiſſima ratione dicitur. Solet enim peculiari quadam aſſiſtentia Deus hos integerrimos Iudices, qui nihil aliud in tam arduis Sanctiſſimæ fidei negotijs, quam Diuinum obſequium intendunt, dirigere, & eis aperire probabiliſſimis Indicijs veram, vel falſam pœnitentiam; ita vt mirum ſit; quam multa alioquin abditiſſima ad eorum cognitionem peruenerint; profecto non ſine Diuinæ fauentis dexteræ peculiariſſimis auxilijs.

43

44 Vndè valde diſplicet *Simancæ* ſententia, præſertim ſi de Inquiſitoribus loquatur in *d.tit.* 47. *num.* 39. vbi poſtquam *nu.* 38. refert ſententiam in caſu prædicto, id tempus in arbitrio Iudicum eſſe: addit (verùm ea periculoſa opinio ex ploſa quoque atque eiecta eſt; nec enim vita pœnitentium ex arbitrio Iudicum pendere debet; quorum arbitratui leuiora dumtaxat relinquẽda ſunt, & ea, quæ impoſſibile fuit legislatori definire, vt *Plato*, & *Ariſtotiles* tradunt.) Nec in hoc caſu ſumus contra *Platonem*, & *Ariſtotilem*; quandoquidem ferè impoſſibile fuit decernere omnes circunſtãtias veræ pœnitentiæ in hoc caſu, & fictę pœnitentiæ; quare non eſt abſurdũ quod relinquatur arbitrio Inquiſitorum in hoc caſu. Adde quod prędicti Auctores volunt oſtendere;

45 non quod debeant Iudices abſque vllis legibus conditis iudicare propter dictam rationem, ſed nõ quod poſitis legibus non debeant intra illarum terminos arbitrari, & circũſtantias attendere; nam hoc fere pacto nihil poſſent iudicare. Dico inſuper quod ſi accidat; quod huiuſmodi in tabulatu ipſo pœnitens ad miſericordiam recipiatur, debet perpetuò inmurari; vt ita ſuum errorem deflens, & pro pertinacia Deo ſatisfaciens; alijs ſit potius bono exemplo, & terrori, quam errori. In quo ſatisfit his, qui ægrè veniũt ad eum liberandum, ex eo quod poſſet ita liberatus alios peruertere; quod non ita facilè videtur poſſe accidere; ſi ita perpetuò immuratus maneat.

46 Tertius deniq; caſus eſt, quando pertinax, vel negatiuus cõuertitur toto eo tẽpore, quod poſt relaxatio nẽ Curiæ ſæculari ſupereſt. Et quãuis ex dictis appareat à fortiori; quid in hoc caſu dicendũ ſit, non tamen inutile erit illũ maturius adducere; vt quid habeat peculiaris appareat: & quouſq; tandẽ miſericordia peruenire poſſit, melius oſtendatur. In hoc ergo caſu nõ deſunt qui teneãt quod hæreticus pœnitẽs recipiatur quãdocũq; vſque quò puniatur, & ſic etiã ꝙ fuerit traditus Curiæ ſæculari.

Ita

Ita *Eymeric. in direct. Inquisitorum part. 3. Rubr. de decimo modo terminandi processum fidei nu. 204.* vbi dixit quod quando impœnitens ducitur ad supplicium, debet associari ab aliquibus viris probis, & fidei zelatoribus, qui eum inducant, & hortentur ad fidem Catholicam, & si resilire, pœnitere, ac abiurare se velle dixerit etiam ligatus ad palũ, vt comburatur, debet ad misericordiam recipi, & vt pœnitens hæreticus perpetuò inmurari. Et tenent Alij, quos refert *Farinac. d. quæstio. 193. §. 2. nu. 52.* Apud quem etiam vide eadem *quæst. §. 4.* varias imponendas pœnas pro varijs cõuersionis gradibus dictorum hæreticorũ pœnitentium. pro quo præcipue citat Zanchinum in *tractatu de hæret. cap. 20. nu. 1. & sequentibus.*

Contrarium tamen tenent *Abbas* 48 *in cap. excommunicamus el primero vers. vel potest dici, Paulus Grillãd. in tract. de hæret. q. 5. nu. 5. & nu. 10. & post nn. 12. Rimin. conf. 395. num. 56. Pegna in addit. ad Eymer. in direct. Inquisit p. 2. qu. 11. comm. 36. littera E, vers. postquam traditus fuerat fol. mihi 285. col. 2.* vbi expressè dixit nullo modo hos sic pœnitentes, dũ Curiæ sæculari fuerunt traditi esse recipiendos, & hanc sententiam sic semper æquã visam fuisse affirmat, & quod contrarium facere valdè periculosum est. Cui sententiæ à fortiori mihi videtur standum esse. Pro hoc etiam addo citra dubium debere, priusquam comburatur, strangulari.

49 Illud tamen non desinam addere pro misericordiæ reuerentia, & pœnitentiæ cultu, quod si hæreticus pœnitẽs talia signa doloris ederet, vt manifestissimè eius pœnitentia appareret; qualiter esset; qui cum multis lacrymis, & animi sensibus, & religiosissimis sententijs suum errorem ob Dei offensam defleret; ita vt adderet, se libentissimè ad pœnas accedere in suorum peccatorum pœnitentiam; seque maiores pœnas pro suis culpis mereri, & cætera huiusmodi; in tali casu illum non relaxarem, sed prout dicit *Eymer.* perpetuò immurarem. Id quod multò magis deberet effici; si hæc manifestissima signa contritionis euenirent in supradicto secundo casu, antequam de facto curię sæculari tradatur.

His ergo positis, vel pro fundamento; vel arrepta occasione eorũ quæ dicemus, deuenio ad nostram quæstionem de bigamia, ad cuius satisfactionem dico. quod si Hæretici pœnitentes spontanei debent recipi ad misericordiam, si veniant 50 ante vllas probationes; ita vt nullas luant pœnas: ita à fortiori debẽt recipi bigami, qui sponte se Inquisitoribus manifestant; ita vt etiam ab omnibus pœnis liberentur; neque enim verum puto (pace tanti viri, & de Tribunali nostro benemerentissimi) 51 id quod in hoc casu dicit *Diana par. 4. resol. moral. tract. 7. de pœnis delictorum resol. 4.* vbi ait ex doctrina *Castri Palai summa tom. 1. tract. 4. disput. 8. pun. 16. §. 8. num. 2.* quod etsi prædicti bigami, si antequam de eis probationes accipiantur, seipsos Inquisitoribus deferãt, non sint puniendi solitis bigamorũ pœnis; neque in secretis carceribus recludendi; dum eorum causa agitur; attamen quod in aliqua peculiari domo retinendi sint, dum eorum causa tractatur, vt obseruatum Campostellæ testatur *D. Castrus Palaus.* Addit etiam; quamuis fustigãdos nõ esse, (nec etiam plebeos) putet; quod debeant tamen exilio, aliaque pœna pecuniaria condemnari. Non verum, inquam, puto; nam, & praxis in contrarium est, & ratio supra tacta. Hinc enim fieret quod peioris conditionis essent su-

ſpecti in fide leuiter, quam ipſi Hæretici formales. hæretici enim totaliter liberarentur, ſi ſponte modo prædicto ſeſe deferrent: bigami vero quamuis ſuſpecti in fide leuiter aliquas luerent pœnas non parui momenti. Illud etiam quod dicitur
52 quod deberent in aliqua peculiari domo retineri, dum eorum cauſa agitur, neſcio quo modo cohæreat; ſi enim dicimus; quod ſe ſponte manifeſtant, quæ cauſa deinde eorum debet agi? niſi fortè velint hi Auctores; quod eorum agatur cauſa in hoc, quod ſcilicet rectè videatur, an aliqua antecedēs de eis delatio circa tale delictū appareat, & q̄ pœna debeat imponi, ſtatuatur, etiamſi nulla talis delatio appareat.

53 Cæterū caſus pro hæreticis pœnitentibus poſiti hic locum non habent; niſi quando bigami non ſuſpecti tantum; ſed vt formales hæretici conuincerentur, in quo caſu eadem doctrina amplectēda eſt. ſiſtendo tamen intra terminos ſuſpicionis; ſolum hic accōmodari poſſet proportionaliter in eo ſcilicet quod eo minores, & minores debēt imponi pœnæ huiuſmodi bigamis; quo maior in eis ſpontaneitas, & promptitudo ad ſe manifeſtandum Inquiſitoribus cognoſcitur, quod etiam ſupra agendo de pœnis bigamorum diximus.

54 Sed illud hic omitti non poteſt (& fortè in hoc fundatur prædicta *Dianæ*, & *Caſini Polaï* ſententia) quod cum in delicto bigamiæ non ſolum ſuſpicio in fide, vt diximus, ex eo quod videantur malè de Sacramento matrimonij ſentire; verū etiam alia delicta reperiantur, præſertim vero adulterij ex eo quod iniuria fiat alteri coniugi; cumque adulterium ſuam commereatur pœnam, præſertim in muliere, præſcindendo ab eo, quod includat ſuſpicionem prædictam; videtur quod eſto abſoluatur a pœnis; quas apud Tribunal S. Officij meretur: propter illam ſpontaneitatem, & promptitudinem, quam habet bigamus ſe manifeſtando Inquiſitoribus ante vllas probationes; non tamen debeat abire inultus, ex eo quod alioqui commiſit adulteriū, quod ſuas peculiares meretur pœnas; nā hæc pœnitentia, & dolor poſt delictum commiſſum non debet habere locum in alijs delictis: alioquin melioris conditionis eſſet; qui adulterio admiſceret duplicatum matrimonium, & ſacrilegium ob iniuriam factam Sacramento matrimonij committeret, quam qui ſolum adulterium perpetraret.

55 Ad hanc difficultatem Reſpondetur, mirum hoc non eſſe quod accidat in delicto bigamiæ, in quo ſola ſuſpicio reperitur; & adulteriū admiſcetur: quandoquidem idem dici debet in grauiſſimo delicto hęreſis, cum quo etiam admiſceatur aliud delictum vel homicidij, vel adulterij; quod nimirum ſi ſponte veniat, ab omni pœna liberetur. Et hoc priuilegium videtur tendere in animarum ſalutem, & ſanctæ fidei obſequium. Et hæc miſericordia concedi poteſt ſpontaneæ accuſationi, & voluntariæ pœnitentiæ quandoquidem ſi ipſemet reus ſuū crimen non aperiret, nullo pacto cognoſceretur. Et ad id, quod dicitur, quod peioris eſſet conditionis qui ſolum adulterium commiſiſſet, quam ille, qui bigamiam admiſcet, reſpondetur non eſſe peioris conditionis bigamo accuſato, vel denunciato, ſed illo, qui ſe manifeſtat, quod ita eſt, ac ſi neſciretur, quoad hoc ex miſericordia noſtri Tribunalis imitantis ſpeciali quodam modo Dei Tribunal, quod ad miſericordiam recipit peccatores, & ad ſalutem animarum; Id quod intendit Tribunal Sancti

Offi-

Officij ex ſpontanea Confeſſione, & peccatorum pœnitentia. Cuius ſanctiſſimum inſtitutum experientia ipſa comprobat.

56 Et confirmatur noſtra doctrina à fortiori ex eo quod docet *d. Diana tract. 8. de officio, & poteſtate Inquiſitorum 4.p.reſol.moral.reſol. 118.* vbi poſtquam proponit an Inquiſitores propter cædes infantium debeant tradere ſtriges, & lamias Iudicibus ſæcularibus, & ſententiam affirmatiuã ex vna parte proponit: deinde ex alia parte ſuam ſententiam declarat his verbis: *Sed cõtrariam ſententiam, & meritò tenet doctas Pegna in ſuis notis ad Ambroſiũ de vignate quæſt. de ſtrigibus artic. 2. §. ſi vero dicunt, vbi adducit verba Petri Duſini Generalis Inquiſitoris Aſſeſſoris, & S. Pœnitentiariæ Dotarij ſic aſſerentis. Quamuis auctor mallei maleficarum, & Sylueſter teneant, lamias ob infanticidia etiam in primo lapſu tradi poſſe Curiæ ſæculari. & ita aliquando obſeruatum ſit in quibuſdã Inquiſitionibus particularibus, & præſertim Pedemontanis, vbi multum inualuit hæc peſtis; non conſueuit tamẽ hoc S. Officium illas tradere: nec aliter punire, quam Sacri Canones puniri mandent Apoſtatas à fide Chriſti.* Huc vſq; Diana, & ab ipſo relati ex quo patet quod quamuis in his veneficis reperiantur homicidia: non traduntur tamen Curiæ ſæculari; adhoc vt peculiariter puniantur ob illas neces. Et præterea quod non magis puniantur, quam ipſi hæretici: neque ſpecialibus pœnis; quãuis abſolutè deberent morte puniri ob ipſa homicidia; etiamſi veneficia non admiſcerent. quanto magis ergo debent illi à peculiaribus pœnis aliorum delictorum abſolui; qui ſuos errores ſponte fatentur. Circa tamen ſupradicta infanticidia, quæ huiuſmodi veneficę committunt vi de conſtitutionem Gregorij 15. ad-

57 uerſus maleficia ſeu ſortilegia committentes emanatam, Vbi quoad hoc dicitur *Conſtito, quod aliquis pactum cum diabolo fecerit, & à fide apoſtatãdo, maleficijs, ſiue ſortilegijs vnam ſeu plures perſonas ita leſerit, vt ex maleficio, vel ſortilegio mors ſecuta ſit etiam pro primo lapſu, curiæ ſæculari tradatur, debitis pœnis puniendus; qui verò ſimiliter apoſtatando, pactum cum diabolo, vt præfertur, fecerit, & maleficium, ſeu ſortilegium commiſerit: ex quo licet mors ſecuta non ſit, infirmitas tamen: diuortia, impotentia generandi: ſiue animalibus frugibus, vel alijs fructibus, damnum notabile prouenerit, muro claudi ſiue perpetuis carceribus in Sancto Inquiſitionis officio, vbi illud exiſtit fabricandis; mancipari debeat.*

QVAESTIO DECIMA-SEXTA.

Dẽ Teſtibus qui falſo coram ordinario atteſtantur de morte coniugis, vel de celibatu volentis contrahere, an ſint puniendi per S. Officium, & qualiter, & de ijs qui eos ad deponendum falſum inducunt.

SVMMARIVM.

1 *SVpponitur doctrina de probatione facienda, vel per teſtes, vel per publicam famam cum ſuis requiſitis ſecundum diuerſas ſententias, de obitu primi coniugis adhoc vt ſecũdum coniugium ineatur.*

2 *Ponitur caſus, quod teſtes falſo deponant coram ordinario de morte primi coniugis: an huiuſmodi teſtes puniendi ab Inquiſitoribus ſint.*

3 *Ratio quare huiuſmodi teſtes non videantur pertinere ad Tribunal Sãcti Officij, ſed ad Ordinarium, eſt*

quia

quia deliquerunt in foro Ordinarij. Et confirmatur ex l. nullum C. de teſtibus.

4 *Non deſunt qui dicant, Clericum per falſam depoſitionem coram Iudice ſæculari, effici illius fori quoad punitionem.*

5 *Sed omnino tenendum clericum à Iudice ſæculari non poſſe puniri nec in hoc caſu.*

6 *Ad quod obſtat; quin eſt incapax iuriſdictionis Eccleſiaſticæ Iudex ſæcularis.*

7 *Iudex ſæcularis non poteſt punire clericum nec in perſona, nec in bonis.*

8 *Clericus non poteſt, nec inuite nec voluntariè priuilegio fori renunciare.*

9 *In caſu noſtro, vt pertineant dicti teſtes ad ordinarium non obſtat nec incapacitas, nec incompetentia.*

10 *Congruentia quare huiuſmodi teſtes debeant pertinere ad Inquiſitores.*

11 *Nimis optabile quod bigamiæ delictũ eradicetur; quod fieret, ſi huiuſmodi teſtes ab Inquiſitoribus punirentur.*

12 *Probabiliſſimum eſt, quod huiuſmodi teſtes ab Inquiſitoribus debeant puniri.*

13 *Ducitur ratio ex continentia cauſæ.*

14 *Inter Iudices, qui poſſunt de eodem delicto inquirere datur præuentio.*

15 *Dicta præuentio datur etiam inter Iudices Eccleſiaſticos.*

16 *Afferuntur dictæ prævẽtionis duæ rationes.*

17 *Probatur ex l. Nulli Cod. de iudicijs quod continentia cauſæ non debeat diuidi.*

18 *Exemplum faciens ad rem noſtram de pluribus delinquentibus.*

19 *Si Clericus cum laico ſimul delictum perpetret, Iudex Eccleſiaſticus debet tam clericum quam laicum punire, & referuntur huius ſententiæ auctores, cuius Anteſignanus Antonius de Prado.*

20 *Quæ ſententia vocatur receptiſſima.*

21 *Referuntur contrarium tenentes.*

22 *Modus loquendi Menocchij videtur fauere ſententiæ relatæ nn. 19.*

23 *Quando proceſſus formatur contra hæreticum apud Ordinarium, mittitur dictus proceſſus ad Tribunal. Vnde deducitur cõfirmatio pro noſtra Concluſione.*

24 *Proceſſus fabricatus coram alio Iudice ex continentia cauſæ eſt nullus.*

25 *Tum bigamus, tum teſtes falſo deponẽtes in caſu noſtro ſunt vnius, & eiuſdem fori. ex eo quod ſint delicta mixti fori.*

26 *Adducitur ratio pro ſententia eorum qui dicunt clericũ, & laicum ſimul delinquentes pertinere ad diuerſos iudices: quæ ratio fauere videtur noſtræ Concluſioni.*

27 *Exceptio perplexitatis facit quod vnus, & idem Iudex puniat plures delinquentes licet diuerſi fori.*

28 *Ponitur exemplum mandantis, & mandatarij pro eiuſmodi perplexitate.*

29 *Abſolutus mandatarius prodeſt mandanti.*

30 *Eadem perplexitas repentur in caſu noſtro.*

31 *Concluditur quod data prævẽtione apud Inquiſitores, quod debeant etiam teſtes falſo deponentes punire.*

1 SVpponimus pro hac quæſtione doctrinam ſuprapoſitam; quod ſcilicet antequam aliquis tranſeat ad ſecundas nuptias; debet probare primum coniugem iam obijſſe vel per teſtes, vel per publicam famam cum debitis circunſtantijs iuxta varias ſententias. Hac doctrina ſuppoſita ponitur caſus: ſi dentur teſtes ad probandam mortem primi viri
2 verbi gratia qui certo deponant de morte illius coram Ordinario, adhoc vt poſſit vxor ad ſecunda vota tranſire: in hoc caſu ſi iſti falſum deponant, mortuum ſcilicet primũ virum qui verè adhuc viuit. Vnde

ille-

illegitimè dicta vxor, vt pote quæ falsos testes induxit, secundum cele bret coniugium, quare deinde cõtra ipsum insurgat accusatio, quod est contra omne ius ad secundum matrimonium transierit. Eaq; apud S. Officij Tribunal deferatur de bigamiæ delicto, & de falsorum testium inductione. In tali casu quæritur: quo pacto tractandi sint dicti testes qui falsum coram Ordinario deposuerunt; interrogandi ne sunt, & puniendi apud Tribunal S. Officij necne.

Ardua profecto est hæc difficultas, & nõ ita facilè solutum: nec ab vllo vsque adeo quod sciam tractata. Ex vna enim parte nos vrget; quod huiusmodi testes, qui falso coram ordinario deposuerunt; non videntur vllo pacto pertinere ad Tribunal Sancti Officij. Et Ratio est in promptu, quia cum huiusmodi delictum sit mixti fori quoad Inquisitores, & Episcopum; potest Episcopus se ad illam agnoscendam intromittere. Cum ergo hi testes apud eius tribunal deliquerint; non videtur dubium; quod ad ipsum ordinarium talis cognitio huiusmodi testium pertineat *ex l. nullum C. de testibus.* quæ ita ait *Nullam penitus cum semel ad Iudicẽ quemlibet, licet non suum dicendi gratia testimonium fuerit ingressus; armatam forte militiam, vel quamlibet aliã fori præscriptionem ad euadendum iudicis motum, quem vel testimonij verborum improbitas, vel rei qualitas fla gitauerit, posse prætẽdere præcipimus, & cet.* vbi glossa in verbo *nullũ. interme, & Titium vertebatur quædam causa produxi quosdam testes, qui non erant de foro Iudicij causæ, vel erant milites: illi testes inueniuntur incredibilia dicere: an Iudex eos possit punire; cum non sint de sua iurisdictione dicitur quod sic. nec possunt allegare priui legium fori: quia dum sunt in iudicio, debet cessare eorum priuilegium.* Et adeo vera est hæc doctrina quod propter falsum testimonium, reus efficiatur illius fori apud quem falso testificatur, quamuis alioquin incompetens sit, vt non desint qui teneant, quod Clericus per falsum testimonium efficiatur fori sæcularis quoad punitionem talis delicti; si coram Iudice sæculari falsum testificetur. Et ita docent *Guillel. Bened. in c. Raynutius vers. & vxorem decis. 2. n. 142. Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. n. 81. Franc. Marc. p. 1. decis. 21. n. 1. Lãcellot. de attent. p. 2. c. 15. n. 97. & ex antiqnior. Angel. in l. quoties in fi. C. de Iud. & Feder. de Senis cons.* 88. & alij quos retulit *Iul. Clar. in pract. crim. q. 37. n. 14. & Anguiano in trac. de legib. to. 1. lib. 3. cõtr. 22. n. 7.* quamuis contrarium sit omnino tenendum, quod scilicet nullo pacto possit Iudex sæcularis ob falsum testimonium clerici coram ipso, illum punire. vt patet ex additione ad *glossam add. l. nullum* verbo *præscriptionẽ*: vbi glossa ait, *quia sit clericus aduertas in quantum glossa ista sentiat clericum in casu istius legis posse puniri à Iudice laico, quod hoc reprehendit Innoc. in c. verum extra de for. cempet. & post eum Paul. de Castro hic*; & ita docet *Bonac. in Theo. Mor. to. 2. disp. 10. circa octauum Decalogi præceptum q. 2. p. 1. §. 1. nn. 20.* vbi inquit *Nono colligitur, clericum qui corã Iudice laico falsum deposuit non posse ab eo puniri pœna pecuniaria vel corporali nec ex officio, nec ad instantiam partis.* pro quo citat *Iul. Clar. q. 38. n. 14.* vbi asserit hanc esse communẽ Canonistarum sententiam. Et ratio est, quia non solum hic cõstat incompetentia, sed etiam incapacitas, Iudex enim sæcularis non solum est incompetens respectu clerici; sicut esset respectu viri sæcularis, qui alioqui esset alterius fori; verum etiam est incapax talis iurisdictio-

dictio-

dictionis ſupra clericum quare illũ nullo pacto poteſt punire neq; in
7 perſona neq; in bonis ; & ita etiam docet *Ceuall.in tr. de cogn. per viam violent.p.2.q.67.Affl.deciſ.230.Gutier.practi.quæſt.lib.1.qu.24.verſ.ſic quaro. Facchin.lib.9 cõtroverſ.c.27. Salcedo in pract.crim.Bernard. Diaz*
8 *c.63.Duard.in ſuis Comment.in Bull. Cœn.lib.2.can.15.q.11.n.34.* Vide *Farinac.q.8.citanda n.26.* vbi quam plures alios affert auctores. Et ita verum eſt hoc, vt clericus non poſſit, nec inuite nec voluntarie priuilegio fori renunciare, nec poſſit ſibi Iudicem laicum conſtituere. vt notatur in cap.ſi diligenti de foro cõpetente. vbi *Aug.Barb.* citat pro hac vltima propoſitione *Couar. in cap. quamuis pactum de pact.lib.6.p.2.in initio n.9.& pract.c.33, nu.2.Caſſan. in Conſu.Burg.rub.1.§.5.verſ.Archidiac.n.45. Salzed. in pract. Bernar.c. 65.n.3.in nouiſſ.impr.Perez l.1. gloſ. 1.p.59.col.2.tit.3.lib.1.Ord.& l.2. gl.1.verſ.quæri etiam poteſt pag.467. tit.1.lib.3.Menoch.de arbit. caſu 430 n.2.Iacob de Graff.in deciſ.aurcis p.1. lib.4.c.18.n.54. Vinc.de Franch.dec. 400.n.6.p.2.Buiard.ad Clar.in §.fin. q.36.n.10. Franc.Viu.deciſ.25.nu.1. Surd.conſ.2.n.31.& conſ.369.nu.15. Vinc.Hond.conſ.3.nu.21.lib.1. Marcheſ.de commiſſ.p.2.cap.3.quarti cap. princ.nu.34. Anaſt.Germon. de Sacrorum immun.lib.3.c.15.n.51.late Carol.de Graff.de effect.Cler.eff.1.n.42. Guteter.de iur.confir. matr. p.1. c.16. n.50. Farin.in praxi crim.q.8.à n.10* & alios, quos vide apud ipſum. Quare vbi non obſtat iſta incapacitas iuriſdictionis valet regula; quod falſus teſtis pertineat ad illum forum,
9 apud quem falſo deponit: & multo magis in caſu noſtro in quo nec incapacitas, nec incompetentia obſtat, vt dictum eſt ex eo quod delictum bigamiæ ſit mixti fori. Et magis augetur hæc difficultas; quia hoc adhuc indeciſum remanetur à ſupremo Senatu, & praxis diuerſa eſt pro diuerſis tribunalibus.

Ex altera vero parte videtur quod debeat hęc teſtium cognitio ad Inquiſitores pertinere ; in caſu quo preuentio eſt apud eos ſi enim ipſi hanc cauſam nõ cognoſcerent, nũquam efficaciter hoc bigamię delictum extirparetur; Hinc enim prouenit quod tam temerè teſtes falsò teſtificentur, quia ſcilicet nimirum impuniti ſolent remanere ex eo quod ad noſtrum tribunal eorum cauſa non ſic feratur. Et alioquin non poſſunt ipſi Ordinarij eos punire; nam cum præcipua cauſa verſetur ſecreto apud noſtrum Tribunal, nullo pacto ad eos notitia peruenire poteſt: Nec ſolent qui bigamum vel biuiram accuſant; teſtes ipſos accuſare vel denunciare. Quã vero optabile; quod huiuſmodi de-
11 licta radicitus extirpentur ex graui tate ipſa delicti, & alijs ſcãdalis toties inculcatis patere poteſt. quid ergo agemus? an ne in ſolutum nodum relinquemus? vt vſque adeo, perſeuerat? profectò non expedit. Dicamus ergo quod ſentimus, & rationes addamus; vt ſi forte in medium: adductę,& in oculis poſitæ ſi placeant.id Deo præſtetur obſequij in his vitijs extirpandis,quod tamdiu deſideraui. Et reuerſa ab hac teſtium ſuſceptione magnum in parte hoc negotium pendet : nam pro vagis ſatis ſuperq; conſultum proſpectumq; videtur *à Concilio Tridentino*, vt ſuperiore libro dictum eſt: ſit Ergo, Vnica Concluſio: Puto probabiliſſimum:poſſe & debere huiuſmodi teſtes falſo corã Ordinario deponentes de obitu pri
12 mi viri: ſi iam bigamus vel biuira apud Tribunal noſtrum deferatur: ab ipſis Inquiſitoribus examinari, & puniri ijſdem pœnis; quibus dicemus debere puniti alios falſos teſtes

in

in dicta bigamiæ cauſa coram ipſis Inquiſitoribus deponentes.

13 Moueor autem ad hoc dicendũ: quia cum continentia cauſæ poſtulet perfectam cognitionem omniũ circunſtantiarum ipſius; omnino negari non poteſt; quod ſi reus bigamiæ delicti ad Tribunal Sancti Officij deferatur; quod etiam,& teſtes qui falſo depoſuerunt de morte primi viri, debent, & illuc trahi; vt ſuam ferant pœnam; qui magnam culpam habuerunt in delicto. Et quod inter plures Iudices, qui de eodem delicto inquirere poſſunt lo

14 cum habeat præuẽtio: ita & taliter, quod vnius proceſſus faciat ſilere alterius iuriſdictionem habetur ex *l. ſi quis poſtea ff. de Iudi. c. propoſuiſti de foro comp. c. vt debitus Ext. de app. c. cumplures de off. delegati in 6. l. 1. ff. de off. conſult.* In quacumq; enim materia potius eſt ius præoccupantis *l. pluribus, & l. ſi quis ſtichum ff. de procu. l. qui prior ff de iud. l. ſi pluribus ff. de leg. 1. C. ſi duo de proc. C. ſi quis iuſto de elect. in 6.* Ita *Farinac. in praxi crimin. q. 7. n. 52.* vbi citat *ſpec. in tit. de reſcript. §. ratione autem cauſæ verſ. item quod impetrans Catald. in pract. Sindic. uerſ. 555. incip. adde quod quãdo duo, & verſ. 556. Rom. cõſ. 412. pro habenda n. 1. & 2. Marſ. in l. fi. n. 204 ff. de iuriſd. omn. iud. Iodoc. in practic. crim. 33. tit. de remiſſ. n. 1. & ſeq. Boſſ. tit. de fo. comp. n. 39.* vbi ampliat etiã quod Iudex prẽueniens eſſet minor Iudice præuento *Hier. de Monte in tr. de fin. regen. c. 25. n. 6. Anton. Theſaur. de Pedem. 90. n. 6. verſ. nam præuenti locus eſt Decian. vbi ſup. d. c. 20. n. 1. & ſeq.* vbi ampliat ſiue ſit præuentum a Iudice, ſiue parte, & nu. 4.

15 vbi tam inter Eccleſiaſticos, quam etiam inter ſæculares Iudices. Cuius rei duæ afferuntur rationes. Prima eſt, quia abſurdũ videtur, quod quis vexetur, & conueniatur coram

16 pluribus Iudicibus de qua *in d. cap. propoſuiſti.* Secunda quia ibi cœptũ eſt iudicium ibi de iure fieri debet *l. vbi ceptum ff. de iud. §. quoniam in auth. de teſtibus.*

Cum ergo in caſu noſtro ponamus, quod præuentio facta fuerit ab Inquiſitoribus apud quos delatus eſt reus delicti bigamiæ, per cõtinentiam cauſæ iam dictam efficitur, vt non ſolum de ipſo præcipuo delinquente apud Tribunal inquiratur, ſed etiam de teſtibus, qui omnino pertinent ad ipſius cauſę continentiam. Et quod cauſæ continẽtia non diuidatur probatur ex

17 *l. nulli C. de Iudic.* ibi *qui cauſæ continentiã diuidet, & cet.* vbi notatur per DD. quod cauſæ continentia non debet diuidi, vt per *Barth. in l. eum quem temere, in fi. principij ff. de hoc tit. & in l. a Diuo Pio §. 1. n. 2. ff. de re iud. Boer. deciſ. 69. n. 24. & 25. Decia. volum. 2. reſp. 97. n fi. Viu. Neap. deciſ. 136. nu. 1. Alciat. lib. 1. parerg. iuris c. 9. Iacob Concennat. lib. 1. quæſt. iuris c. 3. nu. 8. Card. Tuſch. pract. concl. to. 2. lit. C. cõ. cl. 976. Bernard. Græuæ ad pract. Camerę Imper. lib. 1. concl. 32. Mart. de iuriſd. p. 2. c. 39. n. 27. Et late Menoc. de arb. lib. 2. caſu 371. per tot.* vbi plu-

18 ra tradit exempla huius cõtinentiæ cauſæ. præcipue vero ad rem noſtrã facit quartum exemplum ab ipſo adductum *n. 12. & 13.* vbi ait, quod ſi plures ſimul delictum commitiũt, omnes ab vno, & eodem iudice puniendi, vel abſoluendi ſunt: ita *laſ. d. l. nulli n. 3. verſ. tertio dicũtur in fi. & Addit d. Menoc.* quod hic inferũt DD. quamplurimi, quod ſi clericus

19 cum laico delictum perpetret, cauſam hanc eſſe ab vno Iudice tãtum decidendam: Et cum Iudex Eccleſiaſticus ſit laico dignior ab illo totam cauſam eſſe dirimendam. Pro qua ſententia refertur omnium primus *Antonius à Proto in l. 1. in fin. ff. quæſt. ſine app. reſcind.* quem ſecuti ſunt *Maria. Soc. Sen. conſ. 12. col. 5. &*

6. lib. 1. & in cap. 2. col. 4. de mut. pet. Barth. Soc. in l. cum Senatus in fi. ff. de reb. dub & Maria. Soc. Iun. conſ. 1. n. 3. & conſ. 34. col. 1. lib. 2. Fel. in c. ex litteris 3. notab. de conſt. Marſil. ſing. 180. Idem probatur Thom. Ferrat. Caut. 10. ſi contingat Neuiza. lib. 6. Syluæ nupt. n. 38. in fin. Ferdinand. Loazes tra. de matrim. dub. 10. n. 20. Goſſan. in Conſuet. Burg. rubr. 1. §. 1. verſ. Archid. nu. 70. & conſ. 1. quarto præſuppoſito n. 47. Maranta in praxi Iudic. p. 4. diſt. 11. n. 22. Pariſ. cõſ. 154. n. 1. lib. 4. Rebuff. in arbore exceptionũ n. 16 prope fin. Mart. de Iuriſd. p. 4.

20 cent. 2. caſu 119. qui nu. 1. quamplures citat pro ſua ſententia, & expreſſe ait, quod receptiſſima eſt ſententia, quod clericus, & laicus ſimul delinquentes debeant à Iudice Eccleſiaſtico iudicari. Et merito nam quod d. lex nulli extendatur ad cauſam criminalem tenent DD. ibi, & præcipue Iaſ. Vrſil. ad Affl. deciſ. 155 in fi. Crauett. conſil. 23. lib. 2. Couar. cap. 24 pract. quæſt. Capic. deciſ. 122. Fab. de Anna in annot. dicta lege

21 verſ. 194.

Et quamuis contra exemplum propoſitum ex Menoch. teneant d. Crauetta conſ. 232. col. 1. Gutt. pract. quæſt. 6. vbi latiſſimè probat etiam in clerico delinquente cum laico, quod vnuſquiſque eorum coram ſuo Iudice ſit conueniendus Anton. Gomez 12. 3. to. c. 10. Couar. pract. qu. c. 24. circa fin. Dida. Perez in rubr. tit. 1. lib. 1. ordinat. coll. 746. & 748. Io. Garz. reg. 9 n. 2. Mich. Ferr. obſer. 218 Cancer. var reſol. lib. 2. c. 2. num. 131. Mexia in prag. taxæ panis concl. 5. n. 74. cum ſeq. Bouadigl. in ſua polit. lib. 2. c. 17. n. 90. Iul. Clar. in §. fin. q. 36. nu. 41. qui quamuis dicat hanc ſecundam ſententiam practicari: de iure tamen, ait quod contraria opinio ſit verior. Et idem dicit Menoc. loco cit. vbi ait, quod licet ſuperior ſententia ſit magis recepta; quod illam tamen vix obſeruant laici Iu-

22 dices. Quo modo loquendi videtur ipſe Menocchius potius carpere laicos iudices; quam eorum praxim approbare. Et ſaltem in caſu noſtro videtur nobiſcum ſentire etiam quoad praxim ipſam. agimus enim de cauſa; quæ vertitur inter Iudices Eccleſiaſticos.

Confirmatur primo noſtra Concluſio neceſſaria quadam deductione ex eo quod in praxi obſeruatur

23 in alio caſu. Si enim accidat; quod apud Ordinarium fiat proceſſus cõtra hæreticum; ex eo quod crimen Ad Inquiſitores priuatiuè pertineat; ad ipſos ſtatim proceſſus defertur; quo ſolent vti ipſi Inquiſitores ac ſi in proprio Tribunali formatus fuerit. Ex hoc deducitur; quod non reputetur diuerſus forus ille Ordinarij quoad continentiam cauſæ. ſiue ad eius perfectam cognitionẽ. Nam hic videtur inferri. quod ſi Tribunal Sancti Officij ex vna parte proceſſum effeciſſet de bigamia, & Epiſcopus ex alia parte de teſtibus, qui falſo depoſuerunt modo ſupradicto; quod ex eo quod Tribunal S. Officij præuenit in cauſa quoad partem principaliorem, quod Ordinarius debeat mittere proceſſum ad Tribunal: præſertim vero attenta maxima Vrbanitate; quã obſeruãt dicta Tribunalia S. Officij, & Ordinariorum inter ſe, poteſt enim illo vti, nec in hoc cenſetur diuerſum Tribunal; quod vt patet faciliorem reddit noſtram ſententiam. Nam

24 alioqui proceſſus fabricatus coram alio Iudice ex continentia cauſæ debet eſſe nullus vt docet Afflictus deciſ. 354. Quod ſi continentia cauſæ reddit nullum proceſſum fabricatum coram alio Iudice; quanto magis quando cauſa ita eſt eadem, vt ſolum propter pleniorem cognitionem poſſit inſeruire proceſſus ab alio Iudice formatus, vt in caſu dicto

cto de crimine hæreſis, deberet reddere nullum proceſſum ab alio Iudice formatum. Et tamen in praxi videmus, vt dictum eſt; quod illo proceſſu vtitur Tribunal; ſignum eſt ergo quod in ijs quæ pertinent vel ad maiorem, & ampliorem cognitionem; vel ad cauſæ continentiam; quod non ſit diuerſus forus Ordinarij forus ab Inquiſitorum foro.

25 Confirmatur ſecũdo noſtra Cõcluſio; quod ſcilicet à fortiori debeat habere locum in caſu noſtro: quia in alijs caſibus qui ab auctoribus contrariæ ſententiæ adducuntur, ſaltem hoc reperitur; quod delinquentes ſint diuerſi fori: at in caſu noſtro ſunt tam principalis delinquens quam minus principales nẽpe teſtes ipsi vnius, & eiuſdẽ fori; ſiue reſpectu tribun. S. Officij ſiue reſpectu Ordinarij. Ex eo quod ſint delicta mixti fori. Nam ſicut ſupradiximus conſultur bigamiæ eſt eodem pacto ſuſpectus in fide; ſicut eſt ipſe bigamus, & ijſdem pœnis puniendus ab Inquiſitoribus. Et eadẽ eſt ratio quoad teſtes; vt quæſtione ſequenti probabimus.

26 Confirmatur tertio; quia auctores; qui negante; quod quando clericus ſimul cũ laico peccat, debeat laicus ab Eccleſiaſtico Iudice puniri: ideo videntur negare; ne ſcilicet laicus fruatur foro clerici: quo nullo pacto debet frui; nam ſi non fruebatur ante delictum, multo minus poſt delictum, & vtne delicta multiplicentur; propter modum procendi Eccleſiaſticorum, qui mitior eſt, & quod alioqui poſſet in detrimentum ipſius ordinis Eccleſiaſtici deuenire; facile enim laici cum clericis aſſociarentur, vt poſſent tutius peccare. At nullum tale inconueniẽs reperitur in caſu noſtro; quinimmo ideo ad Tribunal debẽt deferri vt ſcilicet acrius puniantur; vel ſaltem diligentius inquirantur, & remedio ſalutari quod alias inculcaui abiurationis in futurum præmuniantur.

27 Confirmatur tertio noſtra Concluſio ex doctrina *Martæ dicto caſu 119. num. 5.* vbi veriſſimam ſententiam vocat; quod propter continẽtiam cauſæ ſimul delinquentes pertineant ad eundem Iudicem quamuis diuerſi alioqui fori; præſertim quando exceptio perplexitatis impedit proceſſum Iudicum, vt notatur per Canoniſtas, *in cap. per hoc de hæret. lib. 6.* & per *Bald. in c. 1. n. 7. in fi. de controuerſ. feudi apud pares termin.* Et ponit *d. Mart.* exemplum in mandante, & mandatario delicti prout dicit *Nat. in conſ. 135. num. 1.*

28 *verſ. tertio dicitur*, vbi ait, quod licet ſit diuerſitas perſonarum, tamen eſt identitas negotij, & quod propterea debet ab vno Iudice expediri. Cum ergo eandem perplexitatẽ reperiamus in caſu noſtro, non eſt cur tam rationabiliter fundata ſententia, negetur ad praxim deduci. perplexitatem probat optimè dictus *Marta* in caſu ab ipſo adducto mandantis, & mandatarij; quia ſcilicet poſſet vnus Iudex abſoluere, mandatarium, & alius mandantem condemnare. quæ iure optimo magna eſt perplexitas; nam quo pacto ille eſt mãdans pœna dignus; ſi hic mandatarius, eſt innocens, & abſoluitur. Quare merito *Dynus in c. ratihabitionem de reg. Iur. lib. 6.* dicit

29 quod ſi fuit pronũciatum delictum non fuiſſe commiſſum, & ideo abſolutus mandatarius prodeſt mandanti. Et ita tenet *Alber. in l. non ideo minus col. 2. in fi. verſ. an autem ſententia abſolutoria C. de accuſat. & in tract. de ſtatut. p. 3. q. 45. incipien. à ſententia abſolutoria Grammat. deciſ. 38. num. 9. Dec. in tract. criminal. lib. 9. c. 33. nu. 7. verſ. ſed certè Sanior mihi videtur opinio Dyni, & verſ. ego ſic*

distinguo Barth. in l. amissi §. fi. ff. de fideiuss. & in l. ex duobus nu. 16. ff. de duobus reis.

30 Quod autem reperiatur eadem perplexitas in casu nostro patet cõsideranti. Nam si Tribunal S. Officij V. G. liberaret bigamum, vel biuiram: Ordinarius vero condemnaret testes vel è contra magna Oriretur perplexitas: ex vna enim parte viderentur testes falsi; quia scilicet Ordinarius eos condemnat; ex alia parte viderentur innocentes, nam bigamus, vel biuira liberatur, vel è contra; si bigamus vel biuira condemnaretur, quo pacto testes liberantur; quia ab illis inducti fuerunt; & omnino falsarij conuincuntur, liceat ergo cõcludere in nostra quæstione sicut concludit *Mart. in suo casu*, his verbis *ergo ad euitandam hanc perplexitatem coram vno Iudice negotium expediendum est. Itaq; corã Ecclesiastico. ex illa regula, quia magis dignum trahit ad se minus dignum.*

31 Concludo ergo quod data præuẽtione apud Tribunal Sancti Officij circa causam, & delictum bigamiæ, quod dictum Tribunal debet trahere ad se cognitionem falsorum testium; qui apud Ordinarium deposuerunt, tum ad tollendam dictam perplexitatem, tum etiã propter præuentionem; & quia Inquisitorum potestas, vt delegata dignior in eadẽ tum denique quia causa quoad principaliorem partem apud Tribunal erepta est vt supponimus.

(:)(:)

QVAESTIO DECIMA-SEPTIMA.

De testibus falsum in hoc, & in alijs criminibus, in Sancto Officio deponentibus, & de ijs qui iuridice, & legitime interrogati, negant veritatem.

SVMMARIVM.

1 *Falsidicus testis maxima est, punitione dignus.*

2 *Tres ledit, Deo, Iudici, & Innocenti.*

3 *Idem crimen falsitatis includit non solum qui mendacium dicit sed qui veritatem occultat.*

4 *Testis qui veritatem tacet falsum deponere videtur.*

5 *Non excusat eum ignorantiam quia ius naturale, & diuinum lædit.*

6 *Per constitutionem Leonis X. Inquisitores sine metu irregularitatis testes falsos relaxare possunt.*

7 *An delegatus Iudex testem coram se falso deponentem punire valeat?*

8 *Ad punitionem istorum non necesse est, vt concurrat ordinarius.*

9 *Diuersimode in iure punitur hoc delictum.*

10 *Si crimen in quo deposuit falsus testis capitale fuit eadem pœna puniri debent.*

11 *Si non fecit capitale testis vilis est poterit puniri pœna ordinaria si vero nobilis pœna deportationis.*

12 *Testis falsus apud Romanos ex tarpeio saxo præcipitabatur apud indos extremis membris decurtabatur.*

13 *Quæ pœna puniri debeant illi quorũ falsitas ante condemnationem detecta fuit.*

14 *Pœna talionis plectendi qui post executionem sententiæ innocentis detẽguntur.*

15 *Pœna talionis dura videtur.*

In

16 *In lege Moyſi ob duritiam illius populi pœna talionis erat introducta.*

17 *Si delatus ex ſolo teſtimonio teſtis falſidici fuit condemnatus quia in tortura confeſſus fuit delictum non commiſſum, ad quam ob eius teſtimonio fuit ſubpoſitus teſtis nihilominus condemnandus eſt.*

18 *Falſidio teſti quare non conceditur venia propter expontaneitatem?*

19 *Elucidatur ſententia Dianæ.*

20 *In arduis caſibus ſupremum conſilium conſulendum eſt.*

21 *Si quis combuſtus fuit propter falſum teſtimonium falſus teſtis etiam debet comburi.*

22 *Qui negant veritatem mitius puniendi quam qui poſitiue falſo deponunt.*

23 *In Bigamiæ delicto teſtes tam qui falſo imponunt quam qui veritatem negant puniri debent.*

24 *Falſi teſtes in delicto bigamiæ debent puniri ijſdem pœnis, quas falſo accuſati paſſi ſunt.*

25 *In ipſis Canonibus iacta fundamenta puniendi falſos teſtes in delicto bigamiæ.*

26 *Miſericordia excipiendi teſtes falſi qui ſeipſos deferunt præſertim antequam falſo accuſatus pœnas ſoluere incipiat.*

27 *Maiori miſericordia excipiendus eſt teſtis qui verum tœlat, vt reo non noceat.*

28 *Teſtis negans veritatem coram Inquiſitoribus, vt reo faueat, debet abiurare fautoriam.*

29 *Idem dici debet de teſtibus, qui coram Ordinario falſo depoſuerunt de obitu primi coniugis, & eaſdem ſuſtinere pœnas, ſaltem quas ſuſtinent verum negantes coram Inquiſitoribus.*

1 CVm teſtis falſus in qualibet cauſa maxima ſit punitione dignus; quia ius naturale, & diuinum lædit. Id quod colligitur ex eo quod *tribus perſonis eſt obnoxius*

2 vt habetur ex *capit. falſidicus* de crimine falſi *ibi primum Deo, cuius præſentiam contemnit: deinde iudici, quem mentiendo fallit: poſtremo innocenti, quem falſo teſtimonio lædit, &c.* & hinc etiam colligitur quod deteſtabile ſit hoc crimen falſi teſtis. Vide *Farinac. in praxi criminali p. 2. qu. 67. nu. 1. & num. 8.* Sed bene hic etiam in *d. cap. falſidicus* notatur, quod idem crimen falſi teſtis incurrit non ſolum; qui falsũ coram Iudice pronunciat; verum etiam, & qui veritatem tacet: nam

3 bene additur. *Vterque reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit; quia, & ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat.* Vnde quod teſtis, qui veritatem tacet, falſum deponat, docet *Tiraquel. de pœnis temperand. cauſa 44. num. 15. cum ſeqq. Zinchin. de hæret. col. 14. n. 2. Penna in direct. Inquiſit. part. 3. qu. 73. commẽto 122. verſ. falſum autem*

4 *teſtem*, Maſcard. *de probat. concluſion. 743. nu. 12. & in præfat. qu. 5. à num. 70. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 10. nu. 30. Farin. in praxi criminal. p. 2. q. 67. a nu. 220.* Ex eo autẽ quod dictus falſus teſtis ius naturale, & diuinum lædat, ignorantia eum non excuſat *Angelus in l. plagij C. ad l. Iuliam de plagia*, & tradit *Cepol. conſil.*

5 21. in hæreſi ex detrimento quod accuſato, & eius familiæ inferre curauit, non eſt, qui voce plena non exclamet, talem acerbiſſimis pœnis eſſe dignum. Vndè Sanctiſſimè Inquiſitoribus eſt conceſſum, vt ſine irregularitatis metu eum brachio poſſint relinquere ſęculari.

6 vt ibi inde condignam recipiat vltionem. Ita cauetur in litteris *Leonis x.* datis Romę ſub annulo piſcatoris 14. die Decembris anni 1518. directis, vt notat *Farinac. de hæreſi q. 188. §. 2. n. 39.* Adriano Caldinali

Gene-

Generali Inquiſitori Hiſpaniæ, & ita docere videtur *Simãcas catholic. inſtit. tit. 64. rubr. de teſtib. n. 86. iũcto nu. 90. & in Enchirid. violat. relig. tit. 38. rub. de teſtib. nu. 2. & 3. Ioan. à Rojas in tract. de hæret. p. 2. aſſertion. 8. num. 156.* vbi teſtatur de communi *Anton. Gomez in l. Tauri 83. n. 8. in fi.* & alijs quos citat ibidem dictus *Farin. loco proxime citato*, & *Zechius in ſumma to. 1. & de hæreſi* relatus *à Diana par. 4. reſol. Moral. tract. 7. de pœnis delictor. reſol. 16.* Vnde ſuperflua erit in iſtis cauſis illa quæſtio, 7 an delegatus teſtem coram ſe deponentem punire valeat de qua per *Abb. in c. 1. nu. 9. de crim. fal. per Barth. in l. nullũ C. de teſtibus, & ibi Bald. & Sali.* per eũdem *Barth. in l. Diuus ff. de falſ.* per *Iaſ. in l. 1. §. qui mãdatũ nu. 6. cum ſeqq. ff. de offi. eius* pluresq; opiniones refert hoc dubium reſoluens *Couarr. in pract. quæſt. c. 18. & Menochius lib. 1. de arbitr. Iud. q. 91.* Vnde ex dictis litteris Apoſtolicis cautum eſt *in c. 8. inſtruct. Abulenſ.* quod Inquiſitores poſſint vti 8 pœna ordinaria in teſtem coram eis falſum deponentem. Et eſt notandum quod in iſtis teſtibus puniendis non eſt neceſſaria Iudicis Ordinarij auctoritas nec conſenſus cum non de hæreſi, ſed de crimine falſi fiat punitio.

9 De Iure varie hoc crimen punitur, vt apparet *l. 1. ff. de Sica. & de falſ. & in c. ſatis hic apparet 33. q. 6.* tradidit *Bald. & Sali. in l. 2. C. de rebus cred. Idem in c. 1. de pace Iuram. firm. in vſibus feud. Alex. in d. l. 1. in prin. ff. de ſicar. Iaſ. in l. etſi legibus C. ſi contra ius. Idem in l. Diuus ff. de re Iudic. Idem in §. Item ſiquis poſtulante nu. 64. Inſti. de actio. Cappella Tol. ſ. deciſ. 17. Guid. PP. deciſ. 44. & in conſ. 39. Couarr. in rep. quamuis pactum in prima par. §. 7. nu. 6.* Ex qui- 10 bus hæc ſumitur diſtinctio, quod ſi crimen eſt capitale, pro quo accuſatus mortis pœnam deberet ſubire, & tunc, quod eadem puniatur teſtis *l. 1. §. præterea*, & ibi *Hippol. ff. ad leg. Corn. de Sica.* vel crimen non erat capitale, & tunc ſi teſtis eſt ſeruus vel vilis, poteſt etiam pœna mortis puniri, ſi vero non eſt vilis, pœna deportationis, & publicationis bonorum eſt de Iure puniendus *l. 1. §. fin. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Apud Romanos ex lege 12. tabularum, vt dicit *Balduinus in commenta. ad illas leges in l. 51.* & refert etiam *Gellius lib. 20 noct. attic. c. 1.* teſtis falſus è Saxo Tarpeio præcipitabatur. Apud Indos manuum pedumque digitis, & extremis membris decurtabatur, qui periurij crimine conuincebatur ita ait *Alex. ab Alex. lib. 6. c. 10.* vbi quod apud Aegyptios capite priuabatur. Quod etiam refert *Diodor. Siculus lib. 2. de reb. anti. cap. 2.* Et quod in hoc crimine patiatur talionis pœnam firmat *Simancas in Cathol. inſtit. cap. 69. num. 90. & 91.* & *in Enchirid. tit. 38.* quod in praxi receptum videtur referam, videlicet quod ſi falſitas fuit aperta ante accuſati condemnationem, & execu- 13 tionem pœnæ, & tunc ſolet ad publicum tabulatum teſtis falſus adduci cum ſignis publici pœnitentis, & flagellis cæditur ipſa die, vel ſequenti, & ad triremes ad tempus dãnatur, vel falſitas detegitur, poſtquam falſo accuſatus paſſus eſt pœnam, & in tali caſu videtur, quod debeat pati pœnam talionis; vt de 14 facto huiuſmodi punitos eſſe conſtat, vt de praxi teſtatur citatus *Diana verſ. verum his non obſtantibus*, in Inquiſitione Logronenſi. Citans *Souſam in aphor. lib. 2. c. 8. nu. 29. Caſtrum Palaum in ſumma to. 1. trac. 4. diſp. 8. punct. 15. §. 6. n. 6. & prædictũ Simancam in cathol. inſt.* Et hæc diſtinctio eſt de mẽte *Bald. in c. ſicut in fi. de teſt.* & ibi *Ariet. & Fel. n. 2.* & eſt in Caſtellæ Regnis *l. 26. tit. 13. p. 3.*

& alia

& alia in noua copilatio. *l.1. tit.17. lib.3.* abſolute enim conſiderata ra-
15 lionis lex dura videtur, ſicque intel ligenda eſt declaratio citati *Simancæ in d.tit.64.nu. 94.*

Nec mirum eſt quod in lege Moyſi inter cęremonialia hoc eſſet præceptum, vt patet *Deuteron. 19.*
16 propter duritiam enim illius populi ad nectendas calumnias procliuis, poſita fuit, cum conſiderata naturali ratione ſatis ſit, quod qui occidit occidatur; qui vero ſolum procurauit; non idem ſubire debet re non ſecuta: & ſic apparet ſatis pia diſtinctio licet de rigore aliud ſit dicendum ſcilicet ſemper locum eſſe pœnæ talionis, quod ſeruari in parlamento Delphinatus teſtatur *Guid. in d.deciſ. 44.* & Caſtellæ *eſt l. 6. de Toro.* Quare videtur quod ſaltem deduci poſſet ad praxim in perſona perſuaſoris qui ſcilicet præminis, aut pretio teſtem corrupit, vt falſum coram Inquiſitoribus contra aliquem depoſuerit. Sed tamen contrarium obſeruatur, vt infra melius dicemus.

Sed poſſet quis adhuc iuxta prędicta dubitare ſi contingeret quod
17 delatus non eſſet condemnatus ex ſolo teſtimonio falſo; quia erat tantum vnus teſtis; ſed quia ſimul fuit confeſſus delictum, an aperta falſitate eſſet pœna talionis puniendus, & videtur, quod ſit puniendus, cũ ipſe teſtis fuerit illius damni cauſa maxime ſi in tortura ad quam condemnatus fuit propter talis teſtis depoſitionem (alijs cõcurrentibus adminiculis) confeſſus fuit non perpetratum delictum ob torturæ acerbitatem, & dolorem, pro quo facit *gloſ. in verbo* priuatus *in l. damus Cod. de falſis* quam ibi ſequitur *Bart. & Idem Bart. in l. ſi quis legatũ ff. de falſ. latè Socin. conſ.104. lib.1.*

18 Illud etiam aduertendum, quod etſi petenti de crimine hæreſis veniam concedenda ſit, vt ſupra hoc eodem libro docuimus: non tamẽ commitenti crimen falſi, vt bene docet *Simancas d.tit.64.num 94.* & addit rationem quia hæretico tantummodo id conceſſum eſt, vt ad fidem catholicam redeat. firmat, & *Bald. in l. fin.nu.3. C. de accuſatore*, qui de accuſatore loquitur. idem tenet *Abbas, & Maria. Soccin. in c. excommunicamus 2. de hæret. Hipol.* ſola Angeli citatione contentus in *l. qui falſam num.125. ff. de falſ.* ratio autem alia aſſignari poteſt, quod teſtis pœnam ſimilem, quam fallo accuſatus de Iure pati debet in dicto crimine vt ſupradictum eſt; ſed falſo accuſatus non poſſet ſi crimen quod non commiſit fateretur admitti adueniam. igitur nec teſtis falſus admitti debet. quam rationem adducit etiam *Simancas loco proxime citato*, & confirmat *lege qui ea mente de furt. Ioan. de Platea in lege 1. C. de grege domi.li.11. regia lex Taurina 83.* An vero plures teſtes poſſint de crimine falſi in eodem accuſari libello dubitatur perſcribentes *in l.1. C. ſi reus val. accuſat. mort. fue.* per *Bart. in l. nihil ff. de adult.* latiſſime per *Soc. in c.1. nn.144. de lib. obla.* in hoc foro cuilibet proceſſus formabitur, vt facilius cuiuslibet cauſa finem accipiat.

Verum hęc omnia ita temperanda puto, vt prudenter tenet *Diana d. reſol. 16.* vbi etſi contrarium docere videatur; tamen nobiſcum cõciliari poteſt; etſi non doceat, quod regulariter nec in Romana, nec in Hiſpanica Inquiſitione ſeruatur;
19 quod teſtes falſi etiam in crimine hæreſis puniantur pœna talionis, nec curiæ ſæculari relaxentur. Ex *Sanctarello de hæreſi cap.39. dub.3. n.17.* attamen poteſt nobiſcum conciliari; Ex eo quod approbet ſupradictam praxim Inquiſitionis Lagronenſis. Vnde videtur etiam ipſe

ſen-

ſentire quod ſi huiuſmodi caſus in noſtris Inquiſitionibus accideret, idem poſſet ad praxim deduci. Et ſolum ipſe requirit; quod pro hoc caſu conſulatur Generalis Inquiſitor. Ita enim ait *itaq; ſi teſtes falſi de vera, & formali hæreſi contra aliquē depoſuerunt, qui vt hæreticus negatiuus combuſtus fuit, & eius bona fuerunt publicata, ſi Inquiſitores pro tam graui crimine exiſtimauerint ad condignam punitionem teſtes ſæculari curiæ tradendos, oportet, vt conſulant Generale Senatum Inquiſitionis; quia tam grauis pœna abſq; expreſſa lege Canonica prætextu cuiuslibet opinionis huius, vel illius Doctoris facilè imponenda non eſt: quia decretum illud Leonis x. non eſt vbique receptum, nec voluit, vt lex vniuerſalis obſeruetur.* Huc vſq; *Diana.* Sed hæc cautela conſulendi, ſupremum Senatum
20 non eſt ſola in hoc caſu; ſed ſemper ita ſeruatum, quoties quis brachio ſæculari eſt relaxandus. Addit autē ibidem prædictus Diana: quod ſi Inquiſitores velint dictos falſos teſtes propria auctoritate eos punire: pœnam perpetui carceris, aut condemnationem ad triremes impo-
21 nent, productis prius tanti criminis reis in publicum ſpectaculum. Qua re admittendo prędictam cautelam dico, quod in dubium vocari non debet, quod ſi prędictus caſus accidat quod per falſam depoſitionem quis comburatur; quod tum teſtis falſus; tum corrumpens teſtem à fortiori debeant pœna talionis puniri; conſulto tamen prius ſupremo Inquiſitore. Et omnino teneo quod non debeant ijs leuioribus pœnis in caſu tam aduo procedere propria auctoritate; Ne ſit anſa tam nefarijs improbiſque hominibus tam graue crimen; (quo fama, & vita tam atrociter innocenti eripitur;) patrādi ad libitum. Quod confirmatur ex Caſtro *ſumm. tom. 1. tract. 4. diſp. 8. pun.* 15. §. 6. *nu.* 6. vbi ait. Dicendum tamen eſt primo, pœna mortis, & curiæ ſæculari omnino tradendum eſſe teſtem falſo alicui hæreſim imponentem, ob cuius depoſitionem curiæ ſæculari, vt negatiuus fuit cōdemnatus, & obijt. idq; pluribus confirmat. Ex quo proportionaliter colligi poteſt in ſupradictis caſibus quid ſentiendum. quando ſcilicet non ſequitur: quod huiuſmodi accuſatus puniatur; ex eo quod detegatur falſitas ante punitionem. ſcilicet mitius puniendum: & idem dicendum de ijs qui iuridicè interrogati negant veritatem; vt nimirum non noceant accuſato: nam ij quamuis puniri debeant ex eo quod
22 Deum, & Iudicem lædant; attamen mitius tractandi videntur: ex eo quod proximum non lædant; vt graui ter lędūtur, qui falſo accuſātur, & eandem miſericordiam innuit habendam *Simancas* cum teſte qui ſe ſponte defert *d. tit. 64. n. 95.* vbi ait, *ſed quamuis pœnitentia teſti falſo non proſit, vt non coerceatur eadem pœna, qua hæreticus ad Eccleſiam conuerſus puniendum, mitius tamen agendum eſt cum eo, qui ſeipſum detulit: præſertim ſi alios etiam eiuſdem coniurationis ſocios Iudicibus iudicauerit. Id enim, & publica vtilitas, & ipſa clementia ſuadet, ac multis etiam legibus & exemplis comprobatur*; quæ apud ipſum vide.

His poſitis venio ad examinandos peculiares caſus in noſtra materia de bigamia. qui facilius modo
23 expediri poſſunt. Et ex dictis ſuppono, quod tam hi qui falſo deferunt aliquem tanquam bigamum; quam hi, qui interrogati ab Inquiſitoribus, veritatem negant; vt bigamum excuſent; debeant puniri ab Inquiſitoribus. Non enim eſt rationabile quod falſi teſtes lædant Deū Iudicem, & homines ſeu accuſatū, & tamen nullam pœnam ſuſtineāt,

an

an quia pęna digni non ſunt? at hoc dici non poteſt, vt conſtat ex diſcurſu facto an quia ad Inquiſitores nō pertineant? Et hoc etiam falſum eſt; vt ex ſuperiore quæſtione patet. Nec obſtat, quod Inquiſitores ſint Iudices delegati. nam, vt alibi probauimus Inquiſitorum Iuriſdictio accedit ad Ordinariam, & habet commoda delegatę,& Ordinariæ Iuriſdictionis.

Si ergo non debent abire inulti proportionaliter ad ea quæ dicta ſunt diſcurrendo; puto ita dicendum; quod ſi per falſos teſtes quis 24 bigamus vel biuira;ſeu polygamus, vel polyuira condamnetur ad pœnas imponi, ſolitas pro huiuſmodi delictis nempe carceris exilij fuſtigationis triremium dedecoris ad pœnam pecuniariam,& alias huiuſmodi; ita ut iam, illas pœnas luerit, antequam veritas detegatur, quod etiam ad huiuſmodi pœnas debeāt condemnari falſi teſtes, vel falſi accuſatores, vel teſtium corruptores. Et ratio eſt euidens ex ſupradictis ſi enim qui cauſa fuit iniuſta combuſtionis innocentis; debet eandē pœnam iuſtiſſimè; & iuxta omnium rectum ſenſum: ergo eodem pacto, qui cauſa fuit aliarum pœnarum; vt eas innocens iniuſtè pateretur; debet eaſdem iuſta ratione ſuſtinere. Cum hac tamen differentia; quod ſcilicet in hoc caſu Inquiſitores non debent conſulere Supremū Inquiſitorem; ſicuti in caſu combuſtionis: tota enim ratio qua Diana nititur, vt in caſu mortis falſi teſtis Supremus Inquiſitor conſulatur eſt; quia tam grauis pœna non debet imponi abſq; expreſſa lege canonica: cum ergo in caſu noſtro hæc ratio non militet non eſt, cur negemus debere ad huiuſmodi pœnas deueniri; præſertim vero; quia tam ſolida fundamenta habemus ad eas imponendas;nempe rectam rationem ita dictantem; vt ealdem luat quis pœnas; quas iniquè innocenti proximo machi- 25 natus eſt, & in ipſis canonibus iactum ſit, etiam fundamentum tum talium pœnarum; ex eo enim quod lædit, vt dictum eſt Deum, Indicē, & innocentem, debet pœnas ſuſtinere condignas, quod ſi deinde tales pęnæ non aſſignentus non eſt; quod reuera, debeant impuniti abire; ſed potius quia dijudicari debet ab ipſiſmet pœnis, quæ alijs malā eorum opera impoſitæ fuerunt, vel innocentibus machinati ſunt.

Quod ſi aliqua adhibenda ſit mi- 26 ſericordia; ea vtique in ijs caſibus ſeruari debet; ſcilicet quādo falſus teſtis ſeipſum defert; antequam, vel Innocens pœnas totaliter ſuſtineat, vel multo magis antequam ſoluere incipiat; itaut cum eadem proportione maiores, vel minores ſuſtineat pœnas. Alter poteſt adduci caſus in quo ex vna parte videtur falſus teſtis maiori miſericordia dignus ex altera vero minore.

27 Nempe quando teſtis ab Inquiſitoribus interrogatus veritatem negat vt reo non noceat; in hoc enim caſu; ex eo quod proximo cupit non nocere videtur maiori miſericordia tractandus: id quod procedit cōſequenter ad ea quæ diximus in crimine hæreſis ex altera vero parte; quia dum ſuſpectis in fide fauet, eadem ſuſpicione redditur ſuſpectus, vel paulominori; & nocet in bonis animæ, ſcilicet non noceat in corpore, dum eius emendationem impedit; videtur minori benignitate excipiendus. Ad hunc tamē caſum Reſpondeo nō obſtantibus; ijs quę pro ſecunda parte adducūtur, quod mitius tractari debeat qui verum tacet, quam qui falſum deponit. ſi quis autem cupit adæquatam huius rei rationem legat *Caſtrum Palaum d. punctō* 15. & §. 6. *nu.* 10. &

11. vbi in crimine eodem pacto ſibi obijcit, & adæquatè reſpondet.

28 In hoc caſu etiam Dico huiuſmodi teſtem interrogatum, & veritatem negantem debere abiurare fautoriam. nam in alio caſu quãdo teſtis falſum deponit, vt innocẽti noceat, non datur talis ſuſpicio in fide; non enim ideo falſum deponit, quia ſuſpectus; ſed vt noceat, nec ex tali animo nocendi arguitur ſuſpicio: at bene arguitur ex eo quod fauere vult ſuſpectis in fide. Confirmatut hoc ex eo quod docet *Diana d. reſolut.* 16. §. *ſed audiamus Souſam* vbi ad rem noſtram ait (loquitur tamẽ in crimine hæreſis.) *Sed quid ſi teſtis pro defenſione Inquiſiti falſum depoſuit coram Inquiſitoribus negando hæreſim, quam ſibi conſtat commiſiſſe? Reſpondeo, quod in tali caſu teſtis falſus debet abiurare fautoriam pro qualitate ſuſpicionis tanquam fautor hæreticorum.*

29 Quæ hic diximus de teſtibus verum tacentibus coram Inquisitoribus tum quoad pœnas tum quo ad abiurationem fautoriæ : intelligi etiam debent de teſtibus falſo deponentibus coram ordinario de obitu prioris coniugis.

QVAESTIO DECIMA OCTAVA.

Quas cauſas, & quos articulos cauſarum Inquisitores cum Ordinarijs communicare tenẽtur, præſertim in Regnis Hiſpaniarum.

SVMMARIVM.

1 *OLim hæreſis cauſæ deciſio ad Epiſcopos ſpectabat hodie ad Inquiſitores certis articulis communicatis inter eos.*

2 *In Hiſpania ſolum Inquiſitores ordinant cauſas fidei, & puniunt reos communicatis certis articulis cum ordinarij.*

3 *Sixtus IV. per Bullam quandam cauſa hæreſis ſibi aduocauit, & Inquiſitori generali commiſit.*

4 *Dominus Don Petrus Gonzalez de Mendoza Cardinalis Hiſpaniarũ Primus Generalis Inquiſitor.*

5 *Euocatio cauſarum ſolum pendentes includit : ſecus fuit in caſu noſtro quia Pontifex preſentes, & preteritas comprehenſus fuit.*

6 *Eo ipſo quod iſtas cauſas delegat Pontifex non poteſt ordinarius de eis cognoſcere.*

7 *Archiepiſcopus Valẽtinus fuit reprehẽſus fuit qua in Edictis ſuis hæreſis crimen compræhenſus fuit.*

8 *Per commiſſionem factam in Hiſpania Inquiſitoribus Hereſis criminis illa prouintia in fidei integritate mire perſeuerat.*

9 *Epiſcopis deficit ea miniſtrorum copia quam habent Inquiſitores, vt hoc miniſterium exerceant.*

10 *In hoc crimine communicatio complicium, & teſtium cauſas ſubuertunt, & earum cõtinentiam deturbant.*

11 *Cauſæ huiuſmodi ſunt magni momẽti.*

12 *Nobilitatis cauſæ in Hiſpania habent ſuos peculiares Iudices.*

13 *De Iure cauſæ ſtatus per Iudices ordinarios ordinantur, & deciduntur.*

14 *Non omnino Epiſcopis ablata fuit Iuriſdictio in his cauſis quinimmo in certis articulis earum ſunt ſemper Iudices, & quales ſint.*

15 *Quamuis reus non ſit baptizatus attamen ordinarius in conſultatione proceſſus aduocandus eſt.*

16 *Et etiam in caſu in quo tractetur ſolum de fautoria l. receptione hæreticorum.*

17 *Et in ſentẽtia abſolutoria Reorum.*

18 *In hoc Regno Siciliæ Anno 1633. productus fuit quidam Grecus falſo accuſatus cum palma ad publicum*

ſug-

ſuggeſtum.

19 *In deciſione cauſarum fidei non ſufficiat maior pars Inquiſitorum, ſecus in Generali Romana, & Hiſpanica Inquiſitione, vbi maior par facit ſententiam*.

20 *In ſententia depoſitionis Epiſcopi Iudices concordes eſſe debent.*

21 *Cum Inquiſitores, & ordinarius non conueniunt de iure adſedem deuoluitur cauſa*.

22 *In Inquiſitionibus verbo Hiſpaniæ ad conſilium generalis Inquiſitionis deuoluitur cauſa quando diſcrepant ſuffragia l. ardua cenſetur.*

23 *In ſententia abſolutoria nõ conſulitur conſilium Inquiſitionis.*

24 *Iudex ſæcularis poteſt clericum abſoluere ſecundum aliquos.*

25 *Reſoluitur quæſtio quoad noſtram Hiſpanicam Inquiſitionem*.

26 *Cauſa quare diſcordent Iudices in ſententijs prouenit a naturæ varietate*.

27 *Inter Apoſtolos Paulum, & Barnabam varius fuit ſenſus, & referũtur alia exempla diuerſitatem ſentiendi comprobantia*.

28 *Difficillima Iuditia quæ a coniecturis dependent.*

29 *Ex naturæ deprauatione ſæpe aliud ſentimus quam loquimur.*

30 *Aliquando a conſilio diſcordant Inquiſitores, vt cauſa ad ſuperiores deuoluatur.*

31 *Idem fit in Cancellarijs vt per plures Iudices cauſa decidatur.*

32 *Iudex ſi viderit innocentem ſufficientibus teſtibus conuinci quid facere debeat.*

33 *In cauſis nõ magni momẽti dilatio potius eſſet incõueniẽs.*

34 *In cauſis leuioris momenti nõ cõuenit diſcordare in grauioris vero ad id quod cõſciẽtia dictat attẽdẽdum.*

35 *In minoris nõ cõcordare animorum diſcordiæ inditium eſt.*

36 *Diſcordia inter Iudices maximum incõuẽniẽs.*

37 *In rebus publicis priuata inimicitia relinquẽda eſt.*

38 *Quãdo reus brachio ſæculari puniẽdus eſt traditurus ſi cõuertatur in ipſo ſuggeſtu ſi eſt pertinax, vel cõfiteatur ſi eſt negatiuus, quid faciendum*.

39 *Cuilibet Iudici licet ſuum emẽdare, & mutare decretum.*

40 *Sapiẽtis eſt mutare cõſilium in melius.*

41 *Ante publicationem electionis licet variare.*

42 *Et ex noua cõfeſſione mutare decretum*.

43 *Confeſſio facta a reo in publico ſuggeſtu nõ debet multum mouere quia raro eſt vera.*

44 *Quæ iura in cauſis fidei decidẽdis ſeruãda ſunt.*

45 *Ex commiſſione Pontificia licet derogare per particulares cõſtitutiones Ius commune.*

46 *In cauſis fidei nihil ius ciuile importat præter Ius canonicum quia Iudices iſtarum cauſarum Apoſtolici sũt.*

47 *Vtrum deficiẽte iure canonico, & apoſtolicis cõſtitutionibus ius ciuile obſeruari debeat?*

48 *Vtrum in Hiſpania Iura ciuilia vel leges municipales ſeruari oporteat?*

49 *Iura ciuilia nõ vt leges ſed vt ſapientium dicta ab Eccleſiaſticis accipiẽda ſunt.*

50 *Rex Hiſpaniarum nõ recognoſcit ſuperiorem in temporalibus, ideo in Hiſpania Iura municipalia primum locũ obtinẽt.*

51 *Quomodo intelligẽdum quod in punitione blaſphemiæ Inquiſitores Hiſpanici leges regias ſeruari debeãt?*

52 *Littere peculiares D. Generalis Inquiſitoris pro vna cauſa, vim proſimilibus habent. niſi aliud ex his contrarium depræhẽdatur.*

53 *D. Generralis Inquiſitor Sedis Apoſtolicæ vices gerit.*

54 *Si quid cõtra dictas literas fiat valet, & tenet licet puniẽdus qui talefecit*

quia ſolum vim extrauagantium conſtitutionum habent.

3 SVpposito iam quod cognitio, & punitio delicti Bigamię meritò pertineat ad Iudices Ecclesiaſticos, Inquiſitores ſcilicet, & ordinarios; videamus nunc quando Inquiſitores de his, & de alijs delictis 4 ad ſacrum Tribunal pertinentibus cognoſcunt, quid communicare teneantur cum Epiſcopis locorum, ex quorum diœcesi eſt proſequtus.

1 Et quamuis de Iure olim hæresis cauſæ decisio muneris Epiſcopi erat, sicut, & hodie Inquisitorum hæreticæ prauitatis, dummodo in certis articulis cum Inquisitoribus communicarēt proceſſum, ſeu cauſæ merita *cap. per hoc de hæret. in 6. & in clem. multorum de hæret. & in extrauag. ex eo eodē tit. inter comm.* vbi *Barboſa in collect. eodē lib. 5. extrauag. & Simancas in Enchirid. tit. 7. num. 7. & de Cathol. tit. 21. num. 4. Rojas ſing. 28. de hæret. nu. 2.* diu tamen in Hiſpania, & in Regnis ei adiacentibus receptum eſt quod ſolū Inquisitores hæresis cauſas, & ab eis dependentes, cum eiſque con-
2 nexitatem aliquam habentes, ordinent, tractent, & puniant, de eiſque cognoſcant, dum tamen cum ordinario Diœcesis delati, eas communicent in articulis, in quibus in iuribus ſupra citatis ad inuicem teneri facere eſt deciſum. ita hæc aduertit *Idem Simancas in Catholic. Inſtit. cap. 24. num. 3.* & ita tenet *P. Molina de iuſt. & iure tract. 1. diſp. 28. num. 17. ibi, Hæc vero quæſtio hodie locum non habet in Hiſpania, ſoli enim Inquiſitores proceſſus formant aduerſus reos in rebus fidei, ac proinde ipſi ſoli ſunt, qui eos citant, non vero Ordinarij,* idē tenent *Sanctarellus de hæret. cap. 40. dub. 2. num. 15.* & Alij quos citat *Barboſa in collect. ſuper ſext. lib. 5. tit. 2. cap. 17. nu. 3.* cuius conſuetudinis ea mihi videtur ratio; quare noſtram Hiſpaniam hac laurea Sāctæ Inquisitionis ornauit Ecclesiæ Orthodoxæ Præſes, Chriſtique Vicarius *Sixtus IV.* in Bulla data anno Domini 1483. directa Domino, ac ſemper Domino meo D. Petro Gonzalez de Mendoza S. R. E. Cardinali, qui (vt ex tenore ipsius Bullæ conſtat) primus Inquisitor Generalis Hiſpaniarum fuit, quippe qui Sanctiſſimus Pontifex sibi aduocauit tam præſentes, quam futuras Hæresis cauſas Regnorum Hiſpaniæ, earumque cognitionem, & decisionem D. Generali Inquisitori, & Inquisitoribus per ipſum Generalem Inquisitorem creatis, & creandis delegauit. Vnde eis Iudex non eſt Epiſcopus *cap. vt noſtrum de appella l. Iudicium ſoluitur ff. de Iudi.* & ſic de facto cognoſcere tentaret, non valerent acta per ipſum, vt in ſimili caſu notant *Abb. in cap. cum in. de conſtit. nu. 33. Domin. conſ. 47.* eſſeque iſtorum opinionem cōmunem ait *Rebuff ſup. leg. reg. tit. de euocatio. q. 3. nu. 19.* qui plura de effectu euocationis adducit alia *Maranta de ordi. iudicio. in 4. part. diſt. 10. num. 37. noſter Couarru. in practic. quæſtio. cap. 19.* & quamuis euocatio ſolum cauſas pendentes reſpicere ſoleat *cap. ad diſſoluendum de ſpon. impub. cap. Eccleſia 2. vt lite*
5 *pendente*, tamen cum expreſſe præſens, & futuras, vt diximus ad ſe Papa aduocauerit, notum eſt voluiſſe vt præter ipſum, & delegatū, ſeu delegatos, quem vel quos cōſtituerit, nullus Iudex de cauſis hæreſis cognoſceret argumento eorū, quæ dixit *Innoc. & Deci. poſt alios in d. cap. vt noſtrum, idem Innoc. in cap. intimaſti eodem tit. & in d. cap. cum in Bal. in ti. de allodijs §. ad hæc num. 11. & in l. verum in pun. nu. 3. ff. de mino.* vbi ait, *quod in cauſa, in qua Princeps manum imponit, nihil poteſt*

infe-

6 *inferior.* Vnde, & ſine alia aduocatione eo ipſo quod iſtas cauſas delegat Pontifex ſummus, id ſufficit, vt nec Epiſcopus, nec alius Iudex de eis cognoſcere intendat, vt in ſimili aduertit *Bal. in cap. ſtuduiſti de off. lega.* cumque anno 1565. Archiepiſcopus Valentinus in viſitatione generali, quam in ſua Diœceſi adminiſtrabat, ederet generale edictū pro cauſis concubinatus, vſurarum,
7 & ſimiliū, vt Iuris, & moris eſt præciperet, & hæreſis crimen ſibi reuelari. fuit per Regias litteras ei impinctum, in quibus de dicta euocatione fiebat mentio, quod dicta corrigeret edita, quod fecit: & litteræ, & actus ſuper eis facti ſunt in Archiuo Inquiſitionis illius prouinciæ, quos ego dum ibi Inqniſitor eſſem in ſecreti camera vidi.

Quod opportunè hæc aduocatio, cauſarumq; delegatio peculiaribus Iudicibus facta fuerit, quantuncunque vtilitatis induxerit, ipſius Hiſpaniæ integritas in obſeruatione fidei Orthodoxæ teſtatur; ita-
8 ut ſuperfluum ſit id velle rationibus perſuadere, cum proh dolor in aliquibus Regnis olim admodum Catholicis hæreſis lutherana ſic eſt ſparſa vt publicè fidem Orthodoxā nullus profiteri audeat, cuius damni ea aſſignatur potiſſima cauſa, quod in eis non fuit hoc Sanctæ Inquiſitionis Tribunal erectum, vt in Hiſpania: etſi aliquis curioſus indagator quærat quæ ſit potiſſima ratio huius effectus, duplex ſe mihi offert. Prima *ex D. Simancas d. nu.* 3.
9 quod cum Epiſcopis deficiat ea miniſtrorum idonea copia, quæ pro iſtis cauſis eſt neceſſaria, deficiantque ſæpe carceres apti, non ſic crimen hæreſis, quod difficilis ſæpe eſt probationis inquiri, & aperiri poſſet; in hoc enim crimine carceris cuſtodia, & exacta rectitudo miniſtri eſt maximi momenti, cum oporteat, quod Socius criminis nō
10 alloquatur ſocium, ne inter ſe conueniant de fatendo, vel negando crimen, & de forma, quam in id faciendo ſeruare debeant, vt concors ſit eorum declaratio, vt de manifeſtando aliquos tanquam criminis ſocios, qui in veritate ſocij non fuerunt; ita quod veritas confunderetur, ſæpèque expedit vt vnus alterius capturam ignoret: qua omnia vbi non eſt exacta cuſtodia impediri non poſſunt. vnde veritas, criminis intelligi non poſſet, nec in Epiſcoporum carcere ea eſſe poteſt cuſtodia, cū pro diuerſis criminibus, & cauſis ciuilibus plures capiant, in quibus ea cuſtodia, quæ inde hæreſi ſuſpectis vtendum non eſt, aliàs fieret eis iniuria; etſi conſtituere velimus diuerſas cuſtodiendi formas, difficile eſſet, & ferè impoſſibile vbi tot cauſæ concurrunt, ea ſolertia, quæ eſt neceſſaria, vtriſque rationem reddere. Sit ſecunda Ratio quod cum iſtæ cauſę grauiſſimę ſint, cum in eis de anima, vita temporali, & bonis delati agatur, atque de eius, & ſuæ familiæ ex vtroque latere fama, & honore, ſatis integrè Reip. gubernationi expediens fuit vt pro eis Iudices eligerentur, qui omnes ſuas operas eis tantum conſecrarent diu noctuque præſtarent, cum in eadem Hiſpania ſaltem in Caſtellæ Regnis cauſæ nobiliatis, cum de immunitate à tributis agi-
12 tur, quia tales cauſæ arduæ cenſentut, Iudices habent ad eas electos, qui eis ſolum ſuas operas concedunt, nec coram alijs Iudicibus tractantur. quod ſi de facto fieret contrarium, proceſſus eſt nullus ita diſponunt *l. 6. tit. de los hijos dalgo lib. 4. Ordina. & l. 30. tit. 4. lib. 2. eiuſdem ordinam.* & ita ſeruat praxis, ſuntq; Iudices iſtarū cauſarum in ſummis Prætorijs Pinciæ, & Granatæ. Huic antiquitati principium poteſt aſſi-

gnari

gnari ex eo quod nobiles Caſtellæ in Curijs Burgis factis per Regem Alphonſum viiij. à Rege petierunt, vt pro ſuis cauſis duo Iudices nobiles concederentur, qui eis ius dicerent, ita in Chronica dicti Regis habetur; ſi igitur etſi de Iure cauſæ ſtatus per Iudices Ordinarios poſſint ordinari,& decidi *l. placet C. de*
13 *Peda. Iud. l. 1. & per totum illum tit. c. vbi cauſæ ſtatu.* vt magis ſolerter conſiderentur, & decidantur, in Hiſpania habēt peculiares Iudices quantum magis æquū fuit, vt id in hæreſis cauſis fieret.

Non tamen Epiſcopus omnino
14 in eis iuriſdictio denegatur, quia Apoſtolica Sedes in delegatione iſtarum cauſarum voluit vt in certis articulis Inquiſitores cum Iudice Ordinario cauſæ pendentis communicarent proceſſum, vt ſupra diximus,& ſic cum in cauſa ad ſententiam diffinitiuam eſt cōcluſum, ita quod ſolum ſententia expectatur, Inquiſitores, & Iudex Ordinarius decernunt viſis cauſæ meritis quid in cauſa ſit faciendum, videlicet an delatus ſit abſoluendus, vel damnandus,& qualiter. Præterea ſententia profertur diffinitiua ab Inquiſitoribus,& Ordinario Iudice ſimul, idem eſt in ſententia torturę, & in executione ipſius torturę; licet tamen Epiſcopis, & alijs Iudicibus Ordinarijs Vicarium conſtituere, vt ſtatim dicemus, & etiam Capitulis illorum, dum ſedes vacat, cum ſuccedant in poteſtate exercendi Iuriſdictionem etiam in deſiderantibus ſpeciale mandatum, vt notant *Archid. Domi. & doct. in c. cum æullus §. Epiſcopo. de tempo. Ordi. in 6. Innoc. in c. ad abolendam de hæret.* quod adeò procedit quod etiamſi Iudæus, vel Infidelis, qui non fuerint baptiſmi
15 Sacramento ſignati ex fautoria, vel dogmatizatione alicuius Chriſtiani, eſſet per Inquiſitores puniēdus, adhuc eſt Iudex Ordinarius vocandus ac ſi ille Chriſtianus fuiſſet. Itaque quoties Inquiſitores de cauſa Apoſtaſiæ a fide hæreſis, vel ſuſpicionis agunt, vocandus eſt Ordinarius, & ita in puniendis fautoribus, receptatoribus,& impediētibus re-
16 ctum Sanctæ Inquiſitionis Officiū; cum omnes manifeſtè ſint de hęreſi ſuſpecti. Et hoc procedit in ſententia condemnatoria, & abſolutoria, quæ ſemper in ipſo Iudicum Prætorio editur,& licet ſic abſoluto petere, vt in publico ſuggeſtu idem fiat,
17 vt ſatisfactio aliqua reddatur famæ ex captura læſæ ſic delati, & concedendum eſt ei, ita cauetur *in c. 62. Inſtruct. Matriti.* loquor de noſtra
18 Hiſpania, quod & vbique faciendū exiſtimo, cum ſit rationi valdè conſentaneum. Et in hoc Siciliæ Tribunali anno Domini 1633. in publicum ſpectaculum fuit cū palma, & lauri Corona perductus quidam Græcus, qui de hæreſi accuſatus, fuit abſolutus, & duo Religioſi, & duæ mulieres, qui falſò teſtificati fuerunt, illi in triremibus, & hæc poſt verbera in exilium talis facinoris pœnas luerunt.

Quædam ſunt in hoc foro, quæ vnus Inquiſitor ſine ſuis Collegis nec decernere, nec facere poteſt; præcipuè in Hiſpania quæ ſunt deciſa in *c. 1. Inſtruct. Abulenſ. & in c. 1. Inſtruct. Hiſpalen.* anni 1500. & in
19 *cap. 5. Inſtruct. Matriti*, in quibus omnium conſenſus adeſſe oportet, & ſi quilibet in ſolidum Iudex ſit conſtitutus pro cauſis illius Prouinciæ. præcipuum tamen eſt in Decreto ſuper meritis cauſæ, in quo ipſorum Inquiſitorum, & Iudicis Ordinarij debēt eſſe vnum, & eidē; nec ſufficit quod maior pars conſentiat in vna re, ſed omnes oportet ſint concordes. & ſi ſecus ſit in Eminentiſſimis Cardinalibus hoc munus in vrbe exercentibus, vt cō-

ſtat

ſtat ex litteris *Pij V.* quibus motu proprio deputat in Inquiſitores Generales Eminentiſs. D. D. Cardinales Trauanens Piſarum Pacheco, & de Gambara, quorum maior pars ſufficit: in cæteris tamen ſecus eſt, vt dicit *cap. per hoc de hæret. in 6.* & hoc quia cauſæ huius fori, vt diximus, grauiſſimæ cenſentur; vnde ſicut in ſententia depoſitionis Epiſcopi de Iure omnium Iudicum poſtulatur conſenſus, nec ſufficit ma-
20 ioris partis *c. duodecim §. quod vero 5. q. 4. c. nullum 2. q. 5. c. non poteſt de re Iud. cap. inter corporalia ds translatio. Epiſcopo.* tenent *Spec. in tit. de accuſatio. §. 2. verſ. & eſt notandnm quod in hac, & §. 4. verſ. ſed & nunquid Ioan. Andr. in c. 2. de pœn. in 6. Abb. in dicto rap. non poteſt.* Cum igitur ipſi Inquiſitores, & Ordinarius non conueniunt quia aliquis ipſorum diſſentit, & ſi de Iure cauſa ad
21 ſedem deuoluatur Apoſtolicam, vt dicit *d. cap. per hoc* tamen in Hiſpania ex eiuſdem ſedis delegatione cauſa deuoluitur ad D. Proceres Generalis Inquiſitionis, vt diſponit *cap. 66. Inſtruct. Matriti.* deuoluitur
22 etiam cauſa peculiari ratione quando ardua cenſetur etiamſi Iudices cõueniant in ſententia, & cõſulendi ſunt ſuperiores, miſſo tamen eis decreto cuiuslibet ex Iudicibus iuxta *c. 4. Inſtruct. Pinciane*, & iuxta plures ipſorum procerum litteras, & eſt Iuri conſonum *cap. ſanè de off. delega. gloſ. & Cyn. in l. cum de nouo c. de legi. Luc. de Pen. in l. 2. C. de tabul. lib. 10.* & dicta procedunt tam in ſententia abſolutoria, quam in condemnatione continente in ſententia *Ancha. in clem. Bal. l. ſolent. n. 1. ff. de offi. proconſ. Arret. Socin. Senior Roma. Claud. in Rub. ff. de acq. poſſ. & ibi Socin. Senior nu. 72.* dixit communem ſententiam eſſe, contrarium tamen tenet expreſsè in noſtro caſu *gloſ. in Dict. clem. multorum in verbo contra eos*, quam ſequuntur *Feli. in cap. non*
23 *poteſt nu. 2. de re Iud. & Inſ. in l. 3. nu. 5. ff. eodem tit.* & ibi *Ripa nu. 11. deciſ. in l. qui condemnare ff de reg. Iur. vnde dixit gloſ. in auth. clericus C. de Epiſcop. & Cler.* Iudicẽ ſęcularem poſſe clericum abſoluere, etſi non con-
24 demnare, pro qua videtur *cap. quoties c. vbi Sena. vel clari.* & tenent hanc ſententiam *Corraſi. in d. l. ſolẽt in pnri. Alciat. in d. Rubr. ff. de acqu. poſſ. nu. 9.* & dicunt *Anton. in c. veniens de accuſatio. Dec. in l. fauorabiliores ff. de Reg. Iur.* quod abſolutoria ſententia abſente parte proferri poteſt, pro quibus eſt *l. inde Neratius §. fin. ff. ad leg. Aquil.* tamen de Iure regula eſt ſententiam in abſentem proferri non poſſe *l. 1. ff. de reis l. abſentem ff. de pœn.* cogitabam poſſe conciliari has ſententias quod prima, quæ negat, procedat, in decreto an quis abſoluendus, vel condemnandus ſit, quod hoc omnes Iudices decernere debent, nec valeat decretum Inquiſitorum tantum etſi abſolutionem contineat. Secunda quæ fauore liberationis tenet poſſe abſoluere, etſi non condẽnare, procedat in editione, & executione decreti abſolutorij, hoc eſt in ipſa prolatione ſententiæ, quæ ſi abſoluroria eſt; poſſet pet Inquiſitores proferri. Et hoc Iure vtimur
25 quod in ſententijs abſolutorijs, & ſuſpenſiuis non conſuluntur D. Proceres, ſed ab Inquiſitoribus, & Ordinario ſententia abſolutoria pronunciatur, & executioni mandatur, quod miſericordiæ, & benignitati valdè conſentaneum eſt.

Solet vulgus conqueri de Iudicum diſcordia, cum omnes eandem artem profiteamur, eoſdem libros euoluamns, eiſdem Iuribus cauſas decidere teneamur. quibus reſpon-
26 dere ſoleo artem, nec leges, nec libros mederi intellectus varietati, cum natura diuerſos concedat, ſeu

pro-

producat intellectus, ſicut & varios aſpectus, & voces *text. in l. Item ſi vnus §. principaliter ff. de arbitr.* & ibi *gloſ. in l. diui fratres ff. de Iur. Patro. & in l. quia poterat §. cum variæ ſint ff. ad Trebell. in c. quia diuerſitatem de conce. præb. & in c. ſicut in Sacramentis de conſe. diſt. 4. & in l. 2. §. ſed quia C. de vete. Iur. enucle. gloſ. in prohem. decreta. in verbo noua, Bonus de curt. in tract. de nobilit. in 3. part. nu. 73. Arnald. de Conrad. de bona poſſe. f. 1. col. 3.* de quo latè Morla *in Emporio Iuris part. 1. tit. 1. quæſt. 11.* & Alij apud *Barboſam ſuper Decret. in proœmio num. 43.* quò fit vt cum Intellectus ſint diuerſi, diuerſa ſentiãt, nec in vnam conueniant ſententiam, curans quilibet rectum diſcernere, prout ſua ei dictat conſcientia Iuribus, & rationi alligata, quæ Iura, quaſque rationes aliter intellectus vnius, aliter alterius intelligit; nec hoc nouum eſt cum inter Apoſtolum Paulum, & Barnabã varius fuit ſenſus, an expediret ſecũ
27 aſſumere ſocium peregrinationis Ioannem diſcipulum cognomento Marcum appellatum, vt habetur *Actuum 15.* & vt conſtat *Daniel. 10.* inter Angelum, qui loquebatur Danieli, & Angelum Perſarum Cuſtodem, & Principem ſuper libertate populi Iſrael ex captiuitate Babiloniæ fuit diſſentio, & inter glorioſos Hieronymum, & Auguſtinum diuerſus fuit in aliquibus rebus intellectus *c. 1. 26. diſ. latè S. Tho. ſup. c. 2. ad Galatas lect. 3. & in cap. 3. Epiſt. 1. ad Thimot.* inter noſtros Iuriſconſultos idem contigiſſe probant *l. ſed an vltro §. 1. ff. de neg. geſt. & in l. penult. ff. ex quibus cauſis pignus, vel hipot.* inter noſtri Iuris, & aliarum ſententiarum expoſitores quanta ſit diuerſitas, & contrarietas quis dubitat, diuerſis enim conſideratio nibus diuerſa ſentimus, maxime in hoc Inquiſitionis foro, in quo de intentione, credulitate, & mente
28 accuſati ſæpe quæſtio eſt. vnde deciſionis cauſæ ſubſtantia pẽdet, quam niſi præſumptionibus, conie cturis, Indicijs, & argnmẽtis cognoſcere non valemus, cum interior ho minis animus verè niſi à Deo cognoſci non poſſit; nam etſi lingua ſit preco cordis, vt ait *Luc. de Pen. in l. 2. nu. 3. de delato. lib. 10.* cum natura ſit corrupta, ſæpè aliud ſentimus quam loquimur *l. Idolum C. de*
29 *dolo l. quoties §. qui dolo ff. de probatio.* idque apparet in Moyſe irato contra Ruben, & habetur *num. 32.* & in filijs Iſrael contra eundem, quia eleuauit altare ſupra ripam Iordanis, vt conſtat *Ioſue 22.* nimirum igitur ſi præſumptionibus aliter vnus, quam alter, & argumentis fidem adhibeat, varièque quid ſibi perſuadeat.

30 Variant ſæpè Iudices in hoc foro ex propoſito, cum aliqua cauſa grauis, & dubia per eos decidenda eſt vt ad D. Proceres ex varietate eius deciſio deuoluatur, cenſentes illam cauſam tam grauium virorum ſentẽtia eſſe dignam, & practicatur in ſummis Prætorijs vulgo *Chancillerias* regijs Pinciæ, & Granatæ. Idem in ſimilibus cauſis dubijs per Regios Conſiliarios fieri non vt ad ſuperiores cauſa deuoluatur, ſed vt per plures Iudices eiuſdem Prætorij (quia tres in quolibet Tribunali aſſiſtunt) cauſa decidatur, quando in ſuffragijs diſcordes ſunt quod, *remittirſe la cauſa* vocant; hocque Iuri conſonum eſt, cum in cauſis dubijs ipſum Principem cõſulendum
31 eſſe, ſit deciſum, & ſicut Regem referunt Regij Conſiliarij, ita & Inquiſitores D. Proceres, qui perſonam Summi Pontificis, cuius proprie huius cauſę cognitio eſt, repręſentant *d. l. 2. §. ſi quid vero C. de vet. Iur. enu. & in l. cum de noua, & in l. fin. C. de legi. & in auth. de rapt. mulie.*

in

in prin. colla. 9. & in cap. inter alia de ſentent. excomm. in 6. & magis in noſtro caſu *l. ad beſtias ff. de pœn. l.* 1. 1. & *fin. C. de relatio. l. diuus M. de off. præſid. C. Inquiſitores de hæret. in* 6. & habetur *Exod. c.* 18. alia congerit *Lucas de Pen. in l.* 3. *C. de tabula lib.* 10. ſuntque pro Hiſpanis peculiares deciſiones *cap.* 13. *Inſtruct. Abulens. c.* 5. *& 66. Matriti, & S. Tho.* 2. 2. *q.* 64. *art.* 3. admonet Iudicem ſi videat innocentem legitimis teſtibus conuinci, vt ſuperiori remittat, quod ſi
32 honeſtum, non tamen eſſe neceſſarium cenſet *Soto lib.* 5. *de Iuſt. & Iur. qu.* 4. *art.* 2. *& Couarr. lib.* 1. *vari. c.* 1. *num.* 9. eſtque aduertendum quod etſi ita procedat de iure, non tamen in omnibus cauſis dubijs id faciendum eſt ſed, vt diximus, in dubijs, arduis, & difficilibus, ne paſſim cauſæ
33 differantur, & delati plus iuſto fatigentur, quod dicit *Bart. in l. omnes populi nu.* 56. *verſic. Tertio quæro ff. de Iuſt. & Iur. Bal. in l.* 1. *C. de legi. Deci. in cap.* 1. *nu.* 1. *in* 1. *lect. de conſti. & in cap. cum veniſſent num.* 4. *de Iud.* nec huius fori grauitatem decet de facili Iudices non conuenire, vt cauſæ ad ſuperiores deuoluantur, ſed in leuibus ab eorum nudo arbitrio pẽdentibus, vt ſi aliquis ſentiat delinquẽtem reum eſſe pœnæ exilij biẽnalis, alter quod triennalis, in ijs, &
34 ſimilibus non eſt expediens, vt Iudices non conueniant: ſecus tamen in grauibus, vt alicui videatur delatum conuictum eſſe, alteri quod non, ſed quod debet torqueri, in iſtis quilibet ſuã ſequatur conſciẽtiam, ne ædificet ad gehennã, vt ait *glo. in cap.* 1. *in verbo ſecundum Canones de offi. ordin. Abb. in c. litteras nu.* 25. *de reſtit. ſpoliat. Caiet. in addit. ad S. Thomam* 2. 2. *q.* 77. *art.* 2. *Couar. in d. lib.* 1. *var. reſol. c.* 1. & hæc diſcordia cum contingit in re graui, non eſt occaſio odij, & contentionis ipſorum Iudicum, ſicut ſi ex leui cauſa procedit; immo cum ſic in leuibus non conueniunt, ſignum apertum eſt odij interioris, cum ſi eſſent
35 antea concordes, in iſtis leuibus conuenirent, idemque vellent; ſed quia ſunt diſcordes, non quia ſic ſentiunt non cõueniunt, ſed quia diuerſa volũt, quod proprię diſcordia eſt, vt tenet *S. Thom.* 2. 2. *qu.* 73. vbi ait *diſcordiam idem eſſe, quod cordium ſeparationem, ideſt voluntatem in diuerſa: vnde propriè non diſcordãt quia diuerſa credunt, vel opinãtur, ſed quia diuerſa volunt*, & cum hæc di-
36 ſcordia inter Inquiſitores eſt, ſtatim D. Generalis Inquiſitor, Dominique Proceres eos diuidunt in diuerſas prouincias, ne cauſæ diſpẽdium patiantur, cum maxima peſtis ſit hæc contentio in quolibet foro, & potiſſimè in iſto Sanctæ Inquiſitionis, vt dicit *cap.* 26. *Inſtruct. Hiſpal. in antiqu.* quod oſtendit Gracchi ciuis optimi Romani aphopſthegma ſcilicet *maximus inter cõiudices, & Reip. adminiſtratores eſſe debet amor ne in rebus eis demandatis errẽt*, ita *Valer. lib.* 6. *cap.* 5. idemque *in lib.* 4. *c.* 21. & *Rauiſius* referunt P. Seruilium, & M. Loculum inimicos fuiſ-
37 ſe, cum tamen ſimul ad publicum aſſumerentur munus, amici facti ſunt, cenſentes id neceſſarium eſſe, vt rectam muneris rationem redderent. Refert *Plutarch. in aph. Græco.* quod cum Ariſtides Atheniẽſis cognomento iuſtus miteretur, Orator cum Themiſtocle, cuius inimicus erat, ei dixit, vis vt in finibus inimicitias deponamus. nã ſi opus fuerit reuerſi eas aſſumemus; & ſic idem *Plutarch. in Polit.* conſulit Traiano, vt Collegas inimicos non permittat, & *Plato lib.* 5. *de Rep.* ait *nihil eſſe Reip. magis vtile concordia, nil diſcordia pernicioſius*, & *Sanctus Greg. lib.* 1. *Epiſt. epiſtol.* 73. inquit *quoties res aliqua pluribus agenda committitur, dum quiſque diſſentit ab altero, di-*

ſpendijs potius, quam vtilitatibus aditus reſeratur, & Bald. ipſe (vt huic rei finem faciamus) ait *in l. 1. in prin. num. 1. C. de caduc. tollen.* nihil tam periculoſum eſſe Ciuitatibus quam cum inter ſe deſident.

38 Aliquando contingit delatum de hæreſis crimine ex Iudicum decreto, brachio ſæculari relinquendum eſſe, qui in publico ſuggeſtu conſtitutus ad audiendam ſui criminis ſentẽtiam iuxta tradita a nobis ſupra Quæſt. 15. ante eius prolationem adit Iudices, aliquidque confitetur, ex quo alicui ex Iudicibus videtur non eſſe pro tunc ad ſententiæ prolationem procedendum: gladiatorum more in arena conſiliũ capientis; Alijs vero quod ſententia edatur, & executioni mãdetur, ita quod Reus brachio ſæculari iuxta primum decretum relinquatur; dubium eſt quid ſit faciendum, mihi placet ſententiam non eſſe tunc edendam, ſed quod accuſatus reducendus eſt ad carceres, & poſtea Iudices merita cauſæ, & nouam confeſſionem attendent, & ſi conuenerint in ſententia, ea executioni mandetur, aliàs cauſa deuoluatur ad D. Proceres ex ſequentibus. Primo certum eſt, vt nuper diximus, in ſententiæ prolatione, maximè cum non eſt abſolutoria, eſſe omnium Iudicum cõſenſum neceſſarium, & ſi is deficiat, cauſa ad ſuperiores deuoluitur. ſecundo cuilibet Iudici ſuum licet de Iure corrigere, mutare, & emẽdare decretum, antequam per probationem vim, & auctoritatem ſumat. *l. hac lege C. de ſenten. experi. reci. c. non debet de conſang. & affin.* vt reſcripſit Rex Aſſuerus Eſther. *cap. 16. nec putare debetis ſi diuerſa iubeamus ex animi noſtri procedere leuitate ſed pro neceſſitate, & qualitate negotij, vt repiublice poſcit*

40 *vtilitas ferre ſententiam*, & hoc vlterius mihi perſuaſum eſt ex ſententia *Hoſtien. in tit. de electio. §. qualiter verſ. nullo prorſus, & Ioan. Andr. in cap. publicato de electio. col. 5. verſ. ſecundo quæro, Innoc. in c. Eccleſia 2. verſ. ſed quid dices col. 3. de election.* qui tenent licere cuilibet ex electoribus facta electione, ante eius publi

41 cationem variare; facit ad idem ſententia *Mari. Soci.* in fortiori caſu *in cap. qualiter, & quando art. 11. q. 9.* de accuſat. *& Ang. in tract. de malefi. in gloſ. hæc eſt quædam ſentẽtia in verſ. de conſenſu*, & denique ſi omnibus Iudicibus licet ex noua Confeſſione mutare decretum, & relinquendum brachio ſæculari admit-

42 tere ad Eccleſiæ gremium *c. ad abolendam*, & quæ ibi notantur *de hæret.* & pro Hiſpanis eſt *cap. 12. Inſtruct. anti. Hiſpalen. & cap. 44. Matriti.* cur non erit idem in quolibet ex Iudicibus, Duo tamen aduertere oportet, & quod hęc correctio, ſeu variatio debet fieri in cõſpectu omnium aliorum Iudicum, cum ita per litteris Procerum, (licet non

43 in noſtro dubio) ſit præceptum, & quod confeſſio facta in publico ſuggeſtu, non debet multum Iudicum Animos mouere, & quia raro, vera, hoc eſt ex corde facta, ſed fictè ex mortis timore, pluraque damna ſolent oriri, ſi fides iſtis confeſſioni bus adhibeatur, & delatis tam ſerò confitentibus venia concedatur.

Dubitare quis poſſet quæ Iura ſint in cauſis fidei decidendis ſeruanda? In quo dicendum eſt quod

44 primum locum in deciſione iſtarũ cauſarum, & ordine obtinent Conſtitutiones editæ pro ipsis causis in ſpecie per Summos Pontifices, ſiue per Inquiſitores Generales habentes ad id ab ipſa Apoſtolica Sede facultatem. Et sic in iſtis causis in Hiſpania primo attendendum eſt Cõſtitutiones pro iſto foro editas a D. Generali fidei cenſore, & D. Proceribus, quas *Inſtructiones* voca-

camus; quod expreſsè cautum eſt *in cap.* 28. *Inſtruct. antiqu. Hiſpal.* & 45 idem erit vbi eadem facultas condendi ſtatuta alijs Inquiſitoribus cum permiſſione derogationis Iuris Canonici erit conceſſa. Secũdo ſeruandum eſt quod per Ius Canonicum pro iſtis eausis eſt deciſũ, & eo in ſpecie deficiente, quod generaliter eſt in eodem Iure Canonico deciſum: cum enim iſtæ cauſæ Ecclesiaſticæ sint, Iura Canonica in earum ordine, & foro ſeruare oportet, nec Principibus temporalibus in eis decidere, nec aliquid di 46 ſponere licet *c. vt Inquiſitionis §. prohibemus de hæret. in 6. c. ſi quis cum clerico 2. qu. 1. gloſ. in cap. poſſeſſor de reg. Iur. in 6. Bald. in l. priuilegia num. 3. C. de Sacroſ. Eccleſijs Fel. in cap. Eccleſiæ S. Mariæ nu. 43. de conſtit.* Iudiceſque iſtarum cauſarum cum ex Apoſtolica delegatione procedant Iura Canonica ſeruare debent *cap. ne aliqui cap. accuſatus §. ſanè cap. vt officium de hæretic. in 6.* vnde dixit *Bal. in l. 1. Cod. qui bonis ced. poſſeſſ.* 47 ſtatuta edita in terris Ecclesiæ à Iure Canonico, & non à Ciuili ſumere interpretationem, & eſt in arg. *l. non dubium C. de legibus*, ſed deficientibus prædictis conſtitutionibus, & Iuribus Canonicis, videtur maius dubium sint ne ſeruanda Iura Ciuilia, an Regni, in quo cauſa pendet, & quod in Hiſpania sint Iura Ciuilia ſeruanda tenent in simili quæſtione *Præpo. in cap. conſuetudo col. 3. diſ. 1. & Barto. Capua. ſing.* 80. *Canoniſtar.* contrarium tamen immo quod Iura Regni sint ſeruãda, & non ciuilia defendit *Ioan. Lopez de Pala Rub. in Rep. Rubricæ de donat. inter virum num. 16. chart. 2.* pro quo eſt *tex. iuncta gloſ. in c. in legibus, & in cap. cum deuotiſſimam 12. qu. 2.* in Hiſpania enim digeſtorum 49 Iura, cæteraque Ciuilia non vt leges, ſed vt ſapientum dicta ſeruanda ſunt, vt ait *Bal. in cap. 1. §. iniuria verſic. ſeu futurum de pace Iuramentum firman. in vſib. feudo. Pariſ. de Put. de Sindic. in verb. Teſtis c. 2. incip. fuit ſemel. ſo. mag. 108. numer. 5. & Oldra. conſ. 69.* profitetur Hiſpanos ſtatuiſſe capitis pœnam alleganti in Iudicio ciuilia Iura, pro quibus considerari poteſt Caſtellæ Regem in temporalibus ſuperiorem non habere iuxta gloſ. *in cap. Adrianus 63. diſt.* de qua exemptione, gubernante Dei Ecclesiam victore, & Imperium 50 Henrico, vterque nationis Teutonicæ, fuit Controuersia inter Imperatorem, & Ferdinandum 1. Caſtellæ Regem, & per Rupertum Cardinalem Sedis Apoſtolicæ pro ea cauſa Iudicem delegatum, fuit in fauorem Regis Ferdinandi ſententia prolata paulo poſt annũ Domini 1040. vt conſtat in Hiſpaniæ Hiſtorijs, & præcipuè in generali Regis Alphonsi 10. hocque in eadem Hiſpania oſtendunt velle D. Generalis Inquisitor, Dominique Proceres ſuis litteris præcipiẽtes Prouincialibus Inquisitoribus, vt in puniendis blaſphemis, & binas simul nuptias contrahẽtibus quod leges Regiæ diſponant, attendant, & si ipſæ cum in odium illorum criminum leges acerbas pœnas aſſignent, non abſolutè in tam æquo Tribunali eis vtendum cenſeo, nec illam fuiſſe prædictorum Dominorum mentem, ſed dictarum legum pœnis consideratis, prout ex delinquentis ætate, occasione, & pertinacia apparuerit pœnas aſſignare. Prædictæ quæſtioni altera videtur conſona videlicet an litteræ peculiares D. Generalis Inquisitoris, Dominorũque Procerum pro vna cauſa Miſſæ, vim pro similibus cẽſeantur habere, ac si generalis eſſent; in qua videtur dicendum nisi 52 ex ipſarum litterarum mente aliud deprehendatur idem eſſe de pecu-

Hiſpaniæ Reges ſuperioritatem in temporalib. non agnoscunt. R. Pontif.

liaribus, quod de generalibus intelligendum argumento eorum, quæ de Regijs litteris dicit *tex.* & ibi *Paulus de Castro in l. fin. C. de legi. C. licet 16. q. 3. c. 1. 19. dist. c. in causis de re Iud. l. 1. ff. de cõstit. prin. § sed & quod Princip. Instit. de Iure Natu. Gentiũ, & Ciuili l. 1. § quæstum, & ibi Bart. & doct. ff. de appella. Abb. in c. intimasti de appella.* quod cõsuluerunt esse faciendum *Domin. cons. 46. Fel. in cap. 1. nu. 12. de re Iud. Ang. in l. Item veniunt §. cæterum ff. de petit. hæred. Iaſ. in d. l. 1. n. 7. de constit. Princip. Cor*
53 *set. de potest. Reg. q. 22.* & sic cum vt diximus D. Generalis Inquisitor, & Domini Proceres sedis Apostolicæ vices gerant, eiusque personam agant in istis causis: Idem de eorũ litteris censendum est quod de litteris Apostolicis, & Regijs dicta Iura disponunt. Est tamen notandum quod si quid contra dispositũ
54 per litteras prædictas decideret etsi pena reddantur digni, valet tamen sic decisum; vt sentit in simili casu *Bart. in l. cum prolatis num. 2. de re Iud.* quia cum dictæ litteræ extrauagantes, & nõ in Iure inclusæ sint, quod contra eas factum fuerit, firmum erit.

QVAESTIO DECIMANONA.

De Hermaphroditis, & mutantibus Sexum, qui antea coniugati erãt an ad secundas nuptias possint transire viuẽte priore coniuge veluti si mulier coniugata in virum prosilit, possit licitè inire matrimoniũ cum alia muliere.

SVMMARIVM.

1 REdditur ratio quæstionis.
2 *Drepani mulier vocata Franciſca, & matrimonio copulata, vt per fides parochorum constat, migrauit in virum. in quo statu ipsemet auctor vidit. & modo Matriti reperitur.*
3 *Alij huiusmodi veteres casus adducũtur.*
4 *Non ridendum; quod Ouidius describit de Cœnide in Cœneum virum mutatum.*
5 *Alia exempla referuntur ex Luciano, Liuio, & Hippocrate.*
6 *Nonnunquam etiam viri in fœminas mutati, vt patet in Tiresia: sed rursus ad pristinum statum reducti.*
7 *Gallinæ teste D. Augustino in masculos mutatæ.*
8 *Veteres casus duobus recentioribus augẽtur alter fuit in Maria Pacheco: quæ deide Manuel Pacheco vocata fuit. alter in quadam muliere vxore cuiusdam rustici.*
9 *Franciſca, & Carola: Guarna deinde mutato sexu Frãciſcus, & Carolus dicti.*
10 *Ebuli quædam puella prima nocte, quæ cum viro cubuit, in virum cõuersa. Duæ aliæ fœminæ Philotis, & Aetata prima Smyrnæ, altera Laodiceæ easdem mutationes passæ sunt.*
11 *Vitriaci puella nomine Maria saltu prosilijt in virum. qui Germanus in confirmatione vocatus. & Auscis in Vasconia senex repertus, qui post decimumquintum annum masculeum sexum adeptus erat.*
12 *Exempla mutationis maris in fœminã adducit Martinus del Rio, sed illa existimat Fabulosa. Vide plura exempla recentiora mutationis fœminæ in marem.*
13 *Quatuor Hermaphroditorum species referuntur.*
14 *Androgyni qui, & vbi extiterint?*
15 *Hyæna alternis annis fœminæ vel masculi munus præstat in coitu.*
16 *Hæresis sub Innocẽtio Tertio exorta, quod Adam fuerit Androgynus, & quod sexus non fuissent diuisi; si Adam*

dam non peccaſſet.

17 *Antiquus error Protagoræ prædictæ hæreſi conſormis refertur.*

18 *Androgyni inter monſtra numerandi.*

19 *Contraria ſententia reijcitur.*

20 *Mutatio maris in fœminã præſertim in homine difficillima creditu.*

21 *Mutatio mulieris in virum ope dæmonis cauſis naturalibus freti poſſibilis eſt; non autem mutatio viri in mulierem.*

22 *Cauſæ aſſignantur Hermaphroditorũ tum æqualis, tum prævalentis ſexus.*

23 *Mutantes ſexum ſunt Androgyni ſecundnm aliquos, quamuis tales non appareant.*

24 *Secundum alios non ſunt Androgyni mutantes ſexum; ſed fit talis mutatio ex eo quod vaſa fœminea quæ intus latebant, foras prærumpant; vel virilia intro ingrediantur.*

25 *Aliquando reuera fœmina non mutatur in marem; ſed tamen ita ſecundam quandam deformationem apparet, & fallit rudiores.*

26 *In Luſitania ſacrilege iterum baptizarunt mutantem ſexum.*

27 *Hermaphroditus æqualis ſexus poteſt eligere ſexum, ad matrimonium contrahendum: iuratoria tamen cautione præſtita de non contrahendo in altero ſexu.*

28 *Si contrahat in altero ſexu mortuo primo coniuge, matrimonium valet; ſed tamen peccat mortaliter.*

29 *Hermaphroditus in quo prævalet alter ſexus exiſtimatur vir vel fœmina iuxta ſexum qui prævalet.*

30 *Mutans ſexum non indiget Pontificia diſpenſatione, ad contrahendum ſecundum matrimonium etiam viuẽte illo qui prius fuerat coniux.*

31 *Neq; talis requiritur diſpenſatio quãdo mutatio fit: vt prævaleat alter ſexus qui prius minus prævalebat.*

32 *Superueniente altero ſexu æquali cum primo: conſtat primum matrimonium.*

33 *Quæritur An Androgynus vtroq; ſexu perfectè pollens, ſi ducat duplex matrimonium ſecundum diuerſum ſexum; an matrimonium ſecundum ſit validum, & an pœnas bigamorũ incurrat?*

34 *Certum eſt quod talis peccet mortaliter.*

35 *Ponitur primum argumentum ad probandum quod ſecundum matrimonium Androgyni exiſtente primo nõ ſit nullum; & quod talis non mereatur pœnas bigamorum.*

36 *Ratio vnde videtur poſſe excuſari ſecundum matrimonium Androgynorum.*

37 *Affertur ſecundum argumentum pro dicto ſecũdo matrimonio Androgynorum. ex eo ſcilicet quod non videatur pugnare cum finibus matrimonij.*

38 *Matrimonium ſupradictum Androgynorum ſecundo contractum exiſtente primo eſt nullum, & pœnis bigamorum quamuis leuioribus eſt obnoxium.*

39 *Oſtenditur dictum ſecundum Androgynorum matrimonium pugnare cum quatuor finibus matrimonij.*

40 *Saltem implicitè dictum Androgynorum matrimonium iure diuino poſitiuo, & humano prohibitum.*

1 ID quod me ad præſentem exagitandam quæſtionem mouet eſt, tum quia omnino ad noſtram tractationem pertinet; videndum enim an huiuſmodi ſexum mutantes bigamiam incurrant, ſi ſecundũ matrimonium ineant viuẽte primo coniuge poſt ſexus mutationem. Verbi gratia ſi quæ mulier prius cũ viro nupſerat: deinde in virum mutetur; an poſſit vxorem ducere adhuc viuente primo coniuge. qui caſus à nemine, quem legerim videtur

detur

detur, vt res requirit tactus: tum etiam me mouet ad hanc instituendam quæstionem. Id quod fere
2 duobus ab hinc annis accidit in hoc Siciliæ Regno in Ciuitate Drepani. vbi fœmina quæ in tali statu per annos septem perseuerauerat, tandem inuirum migrauit; in quo statu. Ego hic Panhormi vidi barba virilitate, & virilibus pollentem; quamuis adhuc partim fœmineam rimam referentem; Vnde se emittere semen dicebat, nondum virili instrumento aperto; parum tamen adhoc deerat. Cuius rei omnimodam certitudinem vt haberē misi Drepanum virum fidum; qui totius rei veritatem cognosceret; & fides Parochorum; tum baptismi; tum etiam matrimonij) nam in statu fœminæ copulata matrimonio fuit) ad me ferret. Vt de facto; euentum veritati conformem narrauit, & fides insuper Parochorum attulit datas die 13. Decembris 6. Indict. 1637. in Parochia D. Laurentij eiusdem Ciuitatis. Et quidem fides Baptismi sic habet patrio tamen sermone. Filiæ Marij, & Ioannę Petrulla Iugalium, impositum nomen Maria, Franciſca, Margarita, Baptizatæ, per Don Rocchum Bruno: susciepientibus e Fonte Magistro Mario Guarino, & Franciſca Sardo. Fides vero matrimonij hæc est. Franciſcus Russus Filius quondam Viti, & Franciſcæ superstitis, matrimonium contraxit per verba de præsenti in facie Ecclesiæ cum Maria filia Virgine Marij, & Ioānæ Petrulla in Ecclesia hac Parocchiali D. Laurentij cum anuli benedictione, & impositione per manus Don Antonini Curatuli delicētia Parochi coram Don Nicolao Lipponerio, & Ioanne Sexta: & eodem die Sacerdotalem benedictionem, sacrum peragente dicto Don Antonino Curatulo, vt moris est. susceperunt. Quæ Fides solito Sigillo fuernnt munitæ; & propriorum beneficialium manibus subsctiptæ. Scilicet Dō Petri Castro, & V.I.D. Don Antonini de Napoli eiusdem Parochiæ D. Laurentij beneficialiū Curatorum. Quæ supradicta Frācisca modo Franciſcus, vt videtur vocatus Hinc in nostram Hispaniā, & Matritum profectus est.

Quare hic casus alios confirmat; quos grauissimi auctores vel suis, vel anteactis temporibus accidisse firmissimis adductis testimonijs narrant. Quod si hoc negare: cum tot literarum monumentis proditum fuisset, prorsus insanire suis temporibus existimauit *Torreblanca lib. 2. de Magia operatrice cap. 17. de Sexus mutatione*: hac insania laborare nobis non accidet; qui proprijs oculis spectauimus omnesq; diligentias adhibuimus; vt veritatem firmissimam vndequaque redderemus; itaut nullo pacto in dubium vocari possit.

Ad maiorem autem tum eruditionis plenitudinem; tum vt hęc inter se magis corroborentur non incongruum duxi, harum mutationū illa exempla adducere; quæ grauissimis auctoribus semper probatissima visa sunt. Circa quod *Tiraquell. in primam legem Connubial. Gloss. 1. p. 1. nu. 100. 101. & 102.* varios huiusmodi adducit casus. ibiq; ait (nam legimus aliquando fœminas mutari in mares, e diuerso autem mares in fœminas rariter, quod sciam, aut recorder: veluti natura ex deterioribus ad meliora nitatur non e conuerso.) Et adducit *Plinij* auctoritatem *lib. 7. naturalis historiæ cap. 4.* dicentis ex fœminis mutari in mares non esse fabulosum, Casus autē sunt hi ex dicto Plinio, Licio Crasso, & C. Cassio Longino Coss. Cassini puer factus ex Virgine sub parentibus, qui haruspicum iussu fuit depo-

deporatus in inſulam deſertam. Ex Licinio Mutiano narrat Argis fuiſſe, quendam Areſcontem, cui nomen prius Areſcuſæ fuiſſet. Et quidem dum erat in ſtatu fœminę nupſit: deinde barba,& virilitate adiecta vxorem duxit. Ex eodem fatur quendam ex fœmina puerũ Smyrnæ inuentum; & in Africa eadem nuptiarum nocte ex fœmina in marem mutatum L. Coſſitium Ciuem Tiſdritanum.

Ijſdemmet exemplis relatis *Aulus Gellius libr. noctium Atticarum 9. cap.* 4. arguit ridenda non eſſe, quæ *Ouidius* deſcribit *lib.* 12. *Metam.* de Cœnide fœmina in Cęneũ virum conuerſum; & *Lib. 9. de Iphide* in virum conuerſa. *Lucianus in lib. de ſaltatione*, dicit, Myrrham quandam in Phœnice ex muliere virum factam. *Liuius lib.* 4. *ſecundi belli pun.* tradit Q. Fabio Maximo, & M. Claudio Marcello Coſs. Spoleti fœminam in virum proſilijſſe. *Hippocrates lib.* 6. *Epidemion particula* 8. *aphoriſm.* 45. ſcribit Phætuſæ cuipiam Pythei vxori corpus virile,& vniuerſum hirſutum,& piloſum redditum fuiſſe, barbamque eam emiſiſſe,vocemque ei aſperam effectam fuiſſe. Addit etiam idem *Tiraquellus loco citato*; quod ex eo quod *Virgil. lib.* 6. *Aeneid.* ait dictum Cœneum ex viro in fœminam conuerſum, & rurſus priſtinæ redditum figuræ, bene colligitur nonnunquã etiam viros in fœminas mutari, ſed ita vt poſtea in ſuum natiuum ſexũ reuertantur. Quod ex facto Tireſiæ ab *Ouid. lib.* 3. *Metamor.* deſcripto optimè confirmatur.

His addit *Martinus Del Rio diſquiſit. Magi. lib.* 2. *quæſtion.* 22. *ex D. Auguſtino vlt. c. l.* 3. *de Ciuitate Dei* ex gentilium ſcriptis, & mulieres homines,& gallinas in maſculinum ſexum fuiſſe conuerſas. Quare Idem *Del Rio* adducit ex *Pontano in Hiſtor. Neapolitana* Caietæ mulierem piſcatori cuidam annis quatuordecim nuptam in virum migraſſe: & aliam Aemiliam vocatam vxorem Antonij Spenſæ Ciuis Ebulani poſt ann. 12. nuptiarum, virum euaſiſſe,& ſoluto matrimonio vxorem duxiſſe, & liberos genuiſſe. Sed meo quidem Iudicio admirabilior eſt alius caſus quem addit, nempe aliam fœminam cum marito filium vnum peperiſſe: deinde in virum mutatam; vxorem duxiſſe primo relicto coniuge, & ex vxore etiam filios ſuſcepiſſe. Hæc exempla duobus alijs recẽtioribus, & ſui temporis confirmat prædictus *Del Rio.* adductis *ab Antonio Torquemada Dialog.* 2. qui mutuauit *ex Amato Luſitano cent.* 2. *curat.* 39. quorum alterum accidit in oppido Ezgueyra Luſitaniæ diſtante à Conimbrica nouem Leucis. Vixit ibi vir quidam nobilis; habuitq; filiam vocatam Mariam Pacheco. quæ cũ ad eam ætatem peruenisſet; qua ſolent fœminæ menſtruis fluxibus laborare, loco talis humoris virile membrum foras prodijt; atq; adeo in adoleſcentem mutata nomen etiam viri accepit, nempe Manuelis Pacheci. militiæq; ſe addixit, & in Indiã profectus diuitias rebus fortiter geſtis comparatas ad patriam retulit; vbi nobilem vxorem duxit; prolem an ſuſceperit, nulla fit mẽtio; imberbis tamen ſemper permanſit. Aliud exemplum; quod adducit dictus *Torquemada* eſt, quod non procul ab Vrbe beneuentana Hiſpaniæ accidit; & ipſe ab amico magnæ auctoritatis accepit. Mulier quædam ruſtici cuiuſdam mediocris fortunæ vxor; eo quod male ab illo haberetur ob ſterelitatem, noctu aufugit virile ſexum veſtibus mentita, ſub quibus diu operam famuli exhibuit, vt vitam ſuſtentaret. Fictioni tandem materiam ſubtra-

4 8 5 6 7

traxit: virilem habitum virilitate decorauit: ſibique fœminam matrimonio copulauit. qui tandem ab amico agnitus; rem vt erat, faſſus eſt. Alia duo exempla afferuntur ex *Fulgoſo l.1.exempl.cap.6.* quę regnãte Neapoli Ferdinando primo, acciderunt: alterum eſt. Ludouicus Guarna Salernitanus quinque filias habuit, quarum duæ vocatæ Franciſca altera, altera Carola; in viros poſt decimumquintum annum cõ-
9 uerſæ ſunt; quare mutato habitu pro maribus habiti ſunt, vocatique alter Franciſcus, alter Carolus. alterum vero exemplum eſt. Ebuli quædam puella fuit, quæ prima no-
10 cte, qua cum viro cubuit, exfricatione ei virilia prodierunt; quare in ludicio dotem repetiuit, & deinde vir habita. Ex *Phlegentone lib. 1.de mirabil.& longæu.* habetur primo quod Smyrnæ quædam mulier Philotis nomine: ſecundo quod Laodicææ in Syria alia mulier Aeteta nomine huiuſmodi mutatio-
11 nes paſſæ ſunt *Michael Montanus lib.1.experimentorum cap.* 21. idem teſtatur ſuo tempore accidiſſe Vitriaci, cuidam puellæ nomine Mariæ, dum violentius ſaltaret. quæ deinde in confirmationis Sacramẽto ab Epiſcopo Sueſſionenſi pręſtito, Germanus vocari cœpit. Auctor etiam antimologij fatur, ſe vidiſſe Auſcis in Vaſconia virum, quia iã ſexageſimum annum egerat, canitie præditum, fortem, & hirſutum; viri tamen ſtatum adeptus erat poſt decimumquintum exactũ annum.

12 Alia adducit exempla prædictus *del Rio in fin. d. qu.* 2. quæ probant mutationem viri in fœminam, ſed ea potius fabuloſa, quam vera exiſtimat. His addit *Torreblanca dicto cap.17.nu.3.ex Marcello Donato lib. 6.hiſt.mirab.Alano Copo Dial. 1.c.8. Manil.lib.1.memorab.c.3.* aliud exẽplum, quod ipſi omnium fidem ſuperare videtur, quod mulier; quæ prius filium peperit, virilem ſexum adepta ſit; & ad monaſterium trãslata: His adnectit quandam Franciſcam verſam in marem; de qua meminit Petrus Hiſpalẽſis, & duas S. Dominici Monachas alteram Matriti alteram cordubę de quibus meminit *Petrus Peramato tract.2.de Regin.pregn.c.8.fol.117.* Tertiam vero etiam S. Dominici Monialem oriundam ex oppido Sabiote vocatam Magdalenam Muñoz. His nõnulla alia addit *Thomas Garzonius in ſuo Palatio, ſeu Serraglio delli ſtupori, in repartitione in ſpecie admirãda ſtatione ſecunda*: vbi italico ſermone ſcribit, multaq; ad hanc rem digna lectu interſerit. Vide etiam *Fortunium Licetum de monſtrorum Natura, & cauſis lib.2. capit.* 54. Alia ergo huc exempla congerere non eſt opus; nam ſupradictis ſufficienter poſitis, vtilius ad cauſas huius tam admirabilis, tamq; extraordinariæ mutationis deuenien-
13 dum puto, & ad alias circunſtãtias; quas omnino præmittere oportet; vt maturius deinde noſtram quæſtionem diſſoluamus. Ad quod præſtandum aduertere oportet, quod quatuor Hermaphroditorum ſpecies reperiuntur; vt docet *Vffenbachius lib.24.cap.4. in Theſauro Chirurgiæ, & Ambroſius Paræus lib. 24. cap.4. & Alphonſus ACaranza tract. de partu cap.17.num.67.* vbi ad interpretationem *l.quæritur ff.de ſtatu hominum, & l.ſed etſi quæſitũ 6.§. Hermaphroditus ff.de liberis, & poſthumis l.repetundarum 15. ff.de teſtibus* in quibus de Hermaphroditis agitur; quadruplicem, vt dixi Hermaphroditorum differẽtiam agnoſcit. Et prima quidem eſt, quando Hermaphroditus maſculinum ſexum magis præſefert; runc autem hoc accidit, quando virilem ſexum perfectum,

fectum,& potentem habet; ſed tamen in pireneo hoc eſt interanum, & teſtes exciſam tantum in vuluæ formam rimam, minime tamẽ peruiam; & nullum humorem neque ſemen neque vrinam emittentem. Quare merito hic hermaphroditus inter viros connumerandus ex *d. l. quæritur*, & ita *Baldus Conſilio* 237. *in fine lib.* 3. ſecunda eſt quando Hermaphroditus fœmineo ſexu potius conſtat. qui ita deſcribitur; habet vuluam naturaliter conſtitutã, ſeminalem mẽſtruumq; humorem, & vrinam emittentem: habet tamẽ ſupra ad os pectinis carneum,& cutaceum quid,membri virilis ſimilitudinem referens; ſine ſcroto tamen,& teſtibus arrectione, & profuſione ſeminis carens. Qui hermaphroditus, vt fœmina habendus ex *d.l.quæritur*,& *Baldo d.Conſilio*. Tertia eſt eorum Hermaphroditorum, qui etſi vtriuſq; ſexus expreſſam habeant imaginem; vno tamen ſexu præualent ad generationem, & feminis profuſionem; altero tantum ad vrinam apto. Quarta denique eorum qui perfectè vtroque ſexu præditi ſunt; vtriuſq; enim ſexus munera perfectè obeunt eo quod,& vuluam, & virilia genitalia omnibus numeris abſoluta habeant. immo, & mammam dextram maſculeæ, ſiniſtram fœmineæ ſimilem habent. quemadmodum fuiſſe Androgynos vtriuſque ſexus inter ſe
14 vicibus coeuntes ſupra Naſamones Sitos,quibuſq; confines erant Macliæ in Africa tradunt *Calliphanes*, & *Ariſtotiles quem citat Plinius lib.*7. *cap.*2. *Aulus Gell. d. cap.*4. *D. Iſidor. lib.*11. *cap.* 3. & ipſi quartæ ſpeciei videtur quadrare illum lepidiſſimũ Epigramma quod circunfertur.

Dum mea me genetrix grauido geſtaret in aluo.
Quid pareret fertur conſuluiſſe Deos.
Mas eſt Phœbus ait Mars fœmina: Iunoque neutrum.
Cumque forem natus Hermaphroditus eram.
Quærenti lethum tunc Iuno ait: occidet armis.
Mars cruce Phœbus aquis: ſors rata quæq; fuit.
Arbor obumbrat aquas; conſcendo decidit enſis.
Quem tuleram caſu labor, & ipſe ſuper.
Pes ſtetit ramis, caput excidit, vnda, tulitq;
Fœmina vir neutrum, Flumina tela. Crucem.

Nec hoc in hominibns tantum locum habet: nam inter animalia etiam; nam inter aues vultures, vt ait *Plinius* viciſſim citrumq; munus
15 præſtant, & inter bruta eſt hyæna, quæ alternis annis fœmina vel maris officium præſtat in coitu, vt refert *Plin.d.lib.*7. & cecinit *Ouid.*

Alternare vices, & quæ modo fœmina tergo.
Paſſa marem, nunc eſſe marem miremur hyænam.

Hinc male aliqui deduxerunt occaſionem dicendi ſexus non futuros fuiſſe diuiſos, ſi Adam non peccaſſet, de quibus teſtatur *Martinus Polonus à Caranza loco citato relatus num.*66. licet *Toereblanca* etiam citatus referat illum contendentem ſexus non futuros fuiſſe diuiſos: fal-
16 ſum tamen hoc eſt; quinimmo hæreſis ſub Innocentio Tertio orta. nõ defuerunt enim qui auſiſunt dicere Adamum fuiſſe Androgynum ante peccatum, & ſexus non fuiſſe diuiſos retorquentes illa *Geneſ.c.*1. *maſculum, & fœminam creauit eos*, quæ verba, vt notat *Bahubinus de Hermaphroditis lib.*1. *c.*34. & alij ab ipſo relati: diſtributiuè accipienda ſunt, & ideo pluralis numerus continuo ſubijcitur; dicit enim *Moiſes*; Deus formauit non ſolum vnum; verum

duos homines, & in duplici diuerſoq; ſexu, quare maſculum, & fœminam creauit eos. Quare merito *d. Caranza* addit *d. n. 66.* hanc hæreſim nõ multum deuiare ab antiquo
17 errore Protagoræ apud Platonem Comminiſcentis, & deblaterantis hominem a natura fuiſſe factum Andregynum, & anteriori parte virum; poſteriori vero parte fœminam referentem: à Promtheo tãdem diuiſum; quia opifici commodius viſum eſt, vt diuiſæ partes vmbone vnirentur.

18 Vnde merito concludit dictus *Torreblanca nu. 21.* hos etiam Hermaphroditos inter monſtra numerari debere ex *Vlpiano lib. 1. ad Sabin.* relatus *in d. l. quæritur*, & ex *D. Aug. lib. 16. de Ciuitate Dei c. 8.* & *d. Bauhinus d. cap. 34.* hoſque bimembres appellat *Oroſc. lib. 5. hiſtor. c. 6. contra Petrum Aerodium lib. 2. rer. iudic. tit. 4. c. 7. Riccard. Vitum ad leges Decemuirales n. 9 ij. f. 211.* & 212 *Petr. Franciſc. Lingloiſ. in quinquaginta deciſ. Imper. Iuſtin. deciſ. 28. qu. 2. in fi.* & *Fortun. Licet. lib. 2. cap. 53.* vbi ait, *ſpeciatimque illos Androgynos monſtra eſſe nõ dixero, quos in Africa ex Ariſtot. admonet eſſe Plinius dextra mamma virili ſiniſtra muliebri vicibus inter ſe coeuntes. Et quæſo quæ deformitas eſt in corpore habente vtrunque ſexum, eumq; completum, & naturali ſede?* vſq; huc *Lucetus*, qui plura addit circa hoc, & plura Androgynorum exempla recentiora addu
19 cit. ſed debebat ab hac opinione hunc auctorem deterrere; vel ipſa prima hominis à Deo ipſo efformatio: vel dictus etiam error contra illam veritatem ab hæreticis commentus. Tandem quia non videtur à natura intentum; quod varijs modis ab ipſa natura deuiat: vt varia incommoda talium coniugiorum conſideranti patebit, & nos infrà afferemus ſed nondum perfectè examinauimus hanc aliam quintam ſpeciem (ſi ita licet dicere) Hermaphroditorum ſeu mutantium ſexum; quod modo præſtandum eſt. Et quidem hanc ſexus mutationem non reperiri in ſolis hominibus, vt ſupra enumeranimus, patet ex eo quod ſcribit *D. Auguſtinus li. 3. de Ciuit. Dei cap. 31.* vbi ait gallinas ex fœminis in mares mutatas; quinimmo ex maribus in fœminas. idq; exemplis confirmat *cap. fin.* vnde Sanctiſſimi Doctoris auctoritate moti, non ita ſaltem incredibile exiſtimabimus, quod ait *Auſonius lib. 1.* his verſibus.

Fœmineam in ſpeciem cõuertit maſculus ales
Pauaq; de pauo cõſtitit ante oculos.

& illud difficillimum creditu quod idem Auſonius addit alijs duobus verſibus

Nam ſatis antiquũ quod Campano in Beneuento
Vnus epheborum virgo repẽte fuit.

20 Id quod ita difficile viſum dicto *Martino del Rio loco citato.* vt recitatis dicti *Auſonij* verſibus non deſierit dicere. *Sed non credo, vel ſaltem credo agerrime.* qui cum varios caſus fabuloſos ſupra enarraſſet, & alios dubios mutationis maris in fœminam tandem quærit an opẽ dœmonis id fieri poſſit, concluditque contra id quod ſupra aſſeruerat de mutatione fœminæ in marem: nam circa mutationem fœminæ in marem ita reſpondet. *Sed tamen ſi illud natura potuit, quod tot aſſerunt auctores, putarim Deo permittente cauſis naturalibus fretum etiam poſſe vi ferrimum illum*: de dœmone in-
21 telligit de mutatione vero maris in fœminam ita reſpondet. *qui conatus irritus Neroni Magiæ addictiſſimo Inſporo fuit. Hic opus eſt nimia retractatione partium perfectarum in locos fœmineos. Nec aſſequi poſſum, quo ſic natura modo degeneret.*

His

His ergo poſitis ex phyſicis quę-
renda eſt cauſa huiuſmodi conuer-
ſionis ex fœmina in marē. quod vt
clarius aſſequamur; omnium aliarū
ſpecierum non inutile erit cauſas
22 perquirere. Sciendum ergo Herma
phroditum oriri ex abundantia
humoris ſeminalis in parentibus,
qui cum velint, natura ipſa duce,
ad hunc finem generationem diri-
gente, ſibi ſimilem gignere,& pro-
creare, virtus ſeminalis humoris in
patre ſibi ſimilem filium marem
nempe conatur exprimere,& virtus
ſeminalis humoris in matre, ſibi ſi-
milem fœminam filiam contendit
etiam efformare. Cum igitur talis
humor abundat, & potens eſt tum
in patre, tum in matre ſibi ſimilem
procreare; tum pater, tum mater ſi-
bi ſimilem prolem efformat in eo-
dem corpore : ac proinde Her-
maphroditus vtroque ſexu pol-
lēs gignitur. Ex quo ſufficiens cauſa
habetur quartę ſpeciei hermaphro-
ditorum ſupra allatæ : cauſa vero
cęterarum trium eſt maius, vel mi-
nus præ dominium alterius ſeminis
patris, vel matris data ſimiliter ma-
teria ſuperabundante; quod præ-
dominiū eſt cauſa, vt alter ſexus ma
gis efformetur,& præualeat, vel ſal-
tem præualeat quod videtur attin-
gere *Albert. Magn. lib.* 18. *anim. tra.*
2. *c.* 3 *ſi igitur vtriuſq; genitalis mate
ria ſuperflua fit tum maris, tum fœmi-
næ neq; valet alteram altera ſuperare,
& abſumere neceſſarium illud ſequi-
tur, vt vtriuſq; forma retineatur: Et
ideo erit Hermaphroditus: atq; cum
alterius genitale ſemen ab altero ab-
ſumitur, eius forma traditur, quod al-
terum efficacia ſuperauit.*

23 Reſtat modo videre quintæ ſpe-
ciei cauſam nempe mutantium ſe-
xum. Quam aliqui rationabiliter vo
lunt non eſſe quintam ſpeciem; ſed
eſſe eandem cum quarta ſpecie. Et
ita diſcurrit *Andr. Laurentius lib.* 7.
Hiſtor. anat. q. 8. *his verbis ſane por-
tentoſum hoc iudico, & vix credibile
(loquitur de dicta conuerſione fœminæ
in marem) quod ſi aliquando contin-
gat veriſimile eſt in illis vtriuſq; ſexus
adeſſe genitalia: prima quidem ætate
ob caloris imbecillitatem latentia, quæ
tandem per caloris ἐγκράτειαν emicatus
eſt effulgentias erumpant.* quare hic
auctor ſolum ad prędictas cauſas ef-
formationis vtriuſq; ſexus, requirit
hunc maiorem calorem : ad hoc vt
quod intus abditum erat, nempe
virilia, foras erumpat. Hanc autem
calefactionem obſeruare eſt in exē
plis ſuprapoſitis; nam vel in ſalta-
tione, vel in venerea cōfricatione;
vel in aliquo alio laborioſo exercī-
tio, euenere, vt plurimum prædicti
caſus. Et in hanc ſententiam pede
it prædictus *Licet. loco cit. his verbis
Quare dicendum Androgynos abditum
ſexum maſculeum per vteri foramen
exercentes illo occluſo ex fœminis in
viros vulgo commutari: at nobis oc-
cultum ſexum exerere, & priſtini fo-
ramen nouo implentes ferme oblitera-
re.* Et addit etiam cauſam muratio-
nis ex mare in fœminā ſi alicui cre-
dibilis talis conuerſio videbitur his
verbis. *Nec alia ratione maſculus
viciſſim fęmineam naturam induere
potuit, quam quod Hermaphroditus
occultum* fœminæ ſexum exeruerit,
aperto imo ventre. Et ita tenet ci-
tatus *Torreblanca nu.* 13. vbi refert
Cardan. lib. 8. *variar. rer. c.* 43. *Vuier.
lib.* 4 *cap.* 24. *de præſtig. dœmon. Mar-
cellū Donat. lib.* 6. *hiſtor. mirab. c.* 2.
& ita etiam tenet *Martin. del Rio lo-
co cit.* quoad conuerſionem fœmi-
næ in marem; qui ſummo cum gau-
dio vidiſſe ait doctrinam dicti *An-
dreæ Laurentij.*

Alij vero tenent (vt ipſemet *del*
24 *Rio ibid. refert*) nempe *Galenus lib. de
vſu partium, & lib. de anatomicis ad-
miniſtrationibus Aegireta, Auicennæ
Raſis, & reliqui*: hoc prouenire; quia

natura nititur in perfectius; cum autem mulier ſit quaſi monſtrum, vir quidam imperfectus; natura conatur eam virum perfectum reddere, hoc autem efficit, retentis diutius menſtruis, & ideo corpore pilis, & virilitate prædito; quo præſtito nil aliud ad hanc conuerſionem deſideratur; quam vt quæ ſunt intus vaſa ſpermatica foras proſiliant, & fęminę clytoris in pęnem extrinſecus prorumpat. Id quod ſupradicto calore mediante effici poteſt. quare ſecundam hanc ſententiam videtur quod hæc ſit potius quinta ſpecies hermaphroditorum; ex eo quod quamuis vtroq; ſexu polleat; non tamen ſimul tempore, ſed diuerſis temporibus, vel niſi intra Hermaphroditos velint connumerare: habebit ſuum ſpeciale nomen, nempe mutans ſexum. De maſculo autem in fœminam conuerſio eodem pacto fiet (ſi tamen quis illam credibilem tenet) nempe introactis virilibus. Sed totam hanc mutationem fœminæ in marem exactius cõſideratis anatomice muliebri matrice, & alijs partibus deſcribit prędictus *Garzon. loc. cit.* ex *Martio Narnienſi in lib. de varia doctr. c.* 18. *Auicẽnæ, & Nicolai Peripatetici auctoritatibus freto*; qui omnino tenet ex fœmina marem formari, ex eo quod prorumpant foras vaſa fœminea ſeminis, & Clytoris in penem reuoluatur.

Ferè quoad rem noſtram attinet ſufficienter adduximus quæ de Hermaphroditis, & mutantibus ſexum docentur. illud tamen non omittã, quod ad cautelam valde ſpectat in rebus grauiſſimis circa huiuſmodi mutantes ſexum. eſt autem quod docet *d. Laurentius Andreas loco cit.*
25 qui poſtquam ſupra allatam opinionem affert de mutatione fœminę in marem. ex eo quod habeat etiam maſculeum ſexum latentem. addit, *Aut exiſtimandum eſt: mulieres eſſe quaſdam à primo ortu calidiſſimas, & ita à natura conformatas, vt earum Clytoris mentulæ formam referens, vt quia penis inſtar diſtenditur, moſque flacceſcit, virilem priapum mentiatur & rudioribus imponat. Sed, & ſæpe falluntur obſtetrices obuiitatam genitalium conformationem penis ſcilicet breuioris, & pęnitus tãquam in rima reconditi, teſtiumq; latitãtium, vt ſexum vix poſſent internoſcere. Scribit Pineus Lutetiæ anno* 1577. *in vico S. Dionyſij mulierem noctu peperiſſe filium, qui feſtinanter ob virium imbecillitatem baptizatus fuit pro filia, & Ioanna vocata: eam paucis poſt diebus pro filio mater primum, deinde alij agnouerunt, non ſine magna admiratione, & Ioannem nominarunt.* Facile ergo eſt rudiori plebeculæ imponere.

26 Quod non ideo aduerto; quia ſcilicet putem nullũ eſſe Sacramẽtũ Baptiſmi, niſi attendatur, hæc ſexus diſtinctio; hãc enim diſtinctionẽ vanã eſſe in hoc Sacramẽto Baptiſmi docet *Sotus in quarto ſentent. diſt.* 1. *q.* 5. *art.* 8. §. *poſtremum* deniq; dubiũ eſt de errore. Contra *Hoſtiẽſem* (cuius ſupra Lib. ſecundo Q. 12. ſententiã attulimus pro argumẽto ad confirmandã noſtrã doctrinam ad aliud propoſitũ) quinimmo aliquando pernicioſam. ita enim ait, poſtquam dictã Hoſtienſis ſententiam refert. *At vero vana eſt hæc in præſentiarũ ſexus diſtinctio. Quinimmo vt audiui nonnũquam pernicioſa, fertur namq; accidiſſe Luſitaniæ, quod cuidam in prouecta ætate qui ſemper fuerat fęmina exiſtimatus: prominuerint foras viri membra, quæ illuc vſq; habuerat ventre incluſa (ſæpe enim cõtingere ſolet) qui ideo iterum fuit baptizatus. Quod quidẽ error fuit ſacrilegus rebaptizationis: ſed tantum fuerat illi commutãdum per Epiſcopũ nomen fœmininum in maſculinum.* Huc vſq; Sotus. Quod nõ aduerto,

In-

Inquã, propter Sacramentũ Baptiſmi. Sed propter Sacramentum matrimonij: in quo ſecus eſt, vt patet, & propter alias grauiſſimas cauſas in humano conuictu.

Nunc commodius ad res noſtras morales ſtabiliendas redeamus. Et quidem ſi quæramus de reliquis Hermaphroditis quatuor primis ſpeciebus contentis an contrahere poſſint matrimonium, & quomodo? Reſpondeo cum diſtinctione iuxta varias ſpecies à nobis ſupra allatas: ſi enim ſexus eſt æqualis: itaut æquè perfectè vterq; ſexus ſua munia exhibeat (quod ab Eccleſiaſtico Iudice eſt ſtatuendũ adhibitis peritis matronis, vel medicis. quod & in alijs ſpeciebus dicendum eſt ſi dubitatio exoriatur) in tali caſu dico, poſſe Hermaphro-
27 ditũ eligere ſexũ quo vti malit, vt docet *Hoſtienſ. ſumma tit. de teſtibus §. quis poſſit eſſe teſtis n. 2. verſic. quid ſi vtriuſq; Bald. d. l. quæritur in addition. nu. vnico, & ibi Alberic. 1. nu. 5. Sylu. verbo Hermaphroditus in fin. & ibi Tabiena in fi. Armilla in fi. Nauar. lib. 1. Conſil. in 1. edit. tit. de ætate, & qualitate conſ. 8. n. 3. in 2. lib. 3. tit. de regular. conſ. 47. nu. 3. Maiol. lib. 3. de irreg. c. 25. n. 16. Henriq. lib. 14. de irregul. c. 8. n. 6. in fi.* quos refert *Sãchez lib. 7. de matr. q. 106.* & quod illo poſſit vti in ordine ad matrimonium docet *Sãchez ibid. n. 5. Sylueſt. Tabiena Armilla ſupra relati.* Et docet *Pontius lib. 7. de matr. c. 65. nu. 8.* Debet tamen prius iuramenti cautionem præſtare Iudici Eccleſiaſtico, ſe altero ſexu non vſurũ. vt docet *Sanchez loco cit.* & *Pontius loco etiã citato*; nã valde indecens eſſet, vt modo vno ſexu modo altero vteretur, vt docet *Hoſtienſ. loco cit.* Et addit *Pontius loco cit.* quod ſi viduus fa-
28 ctus vtatur alio ſexu, & nubat vt fœmina, qui prius duxerit vxorẽ, peccat quidẽ; & mortaliter, vt explicat *Sanchez loco cit.* at coniugium valet, cum ſit corpus aptum, & nullũ ſit ius Eccleſiaſticũ, quo reddatur inhabilis. Si vero Hermaphroditus altero ſexu præualeat, iuxta illũ po-
29 teſt cõtrahere matrimoniũ; vt ſi virilis præualeat, poteſt ducere vxorẽ; ſi fœmineus poteſt cum viro contrahere; itaut in alio ſexu contractum matrimonium ſit nullum. *Ita Pont. & Sanchez. loc. cit.* & alij quos ipſi referunt.

Ad quintam modo deueniendo ſpeciẽ aliorũ mutãtium ſexum; præſertim vero iuxta ſenſum illorũ qui exiſtimant hanc mutationem fieri eo quod foras reuoluatur clytoris intus in fœmina latens, vel contra ingrediatur intro, quod foris in viro patet. In hoc caſu dicit *Torreblanca loco cit. n. 9.* quod adhoc vt ſecundũ contrahat matrimoniũ in alio ſexu de nouo adueniente, indigeat Pontificis diſpenſatione, & nititur ea ratione; quia ſcilicet hermaphroditi, ad hoc vt matrimonium contrahãt debent eligere ſexum (quãdo ſcilicet vt dictum eſt vterque præualet) & non poſſunt deinde alio abuti: cũ ergo huiuſmodi mutans ſexum prius elegerit ſexum fœmineũ in quo nupſit: nõ eſt, cur ad alium ſexum tranſeat ſine diſpẽſatione. Et addit ex *Volaterrano lib. 29. tit. de veſica in fin.* de facto in caſu ſimili Alexandro VI. Pontifici Maximo ſupplicibus libellis fuiſſe expoſitum. Sed fallitur in hoc vir doctus. Nam eius argumentatio nõ habet locum. Sicuti non habet lo-
30 cum electio ſexus; non enim ſumus in caſu quando vterq; ſexus retinetur; Sed in caſu quando ex vno mutatur in alium, in quo nõ datur electio; ſed vti illo tantum poteſt, quo præſtat. Sicuti ergo ſupra dixi, qui in vno ſexu præualet, non poteſt matrimonium contrahere in alio ſexu, & ſi contrahat matrimonium in

tali

tali ſexu, non ſolum peccat, ſed etiã matrimonium erit nullum; à fortio ri in noſtro caſu matrimonium erit nullum; quia iam non retinetur ſexus in quo traditum erat corpus: quare omnino matrimoniũ eſt nullum; quinimmo inter primos coniuges impoſſibile; quod non eſt opus quod conſtet Pontifici; ſed ſatis eſt ſi conſtet Parocho, & ſummum Ordinario, adhoc, vt poſſit ſecundum matrimonium contrahere etiam viuente illo, qui fuit antea coniux. Nec obſtat quod Pontifici ſupplicatio expoſita fuit pro diſpenſatione; quia potuerunt ad tollendos ſcrupulos, id facere. Nec affert ipſe *Torreblanca* quid in hoc caſu præſtiterit Pontifex. Et ſummum doctrina *Torreblanchæ* poſſet habere locum in caſu; in quo vterq; ſexus appareret, cum hac tamen mutatione; vt ſicut prius verbi gratia maſculeus ſexus præualuerat; modo fœmineus præualeat vel è contra, in quo caſu non eſt dubium; quod etiam illud matrimonium reddatur
31 nullum; quia hæc nõ eſt qualiſcũq; impotentia; ſed eſt mutatio ſexus; itaut ſicut erat nullum antea matrimonium in vno ſexu modo ſit nullum in alio: id quod ex eo euidẽter patet; quia idem re ipſa eſſet dicere, quod teneat matrimonium in hoc caſu; ac dicere duos viros, vel duas fœminas poſſe nubere. Id quod rectè colligitur ex *d. l. quæritur* 10. *ff. de ſtatu hominum ibi quæritur hermaphroditum, cui comparemus, & magis puto eius ſexus exiſtimandum, qui in eo præualet.* Sed etiam in hoc caſu puto non requiri Pontificiam diſpenſationem: adhoc vt ſecundũ matrimonium contrahat, ſed ſolum debere coram Ordinario maiorem adhiberi diligentiam adhibitis, vel Medicis, vel peritis Matronis de veritate ſexus docentibus. Et confirmatur; quia adhoc non obſtat: nec electio, nec iuramentum: quia nõ ſumus in caſu, in quo facta fuerit electio. Addo tamen etiam pro tali caſu ijſdẽ principijs niſus. quod ſi euenerit caſus: quod apparente in hermaphrodito vtroq; ſexu æquali eligat Hermaphroditus cum iuramento prædicto alterum ex his duobus, & in eo ducat matrimonium: ſi deinde ſuperueniat mutatio; quod ſcilicet præualeat alter ſexus; in tali caſu matrimonium eſt nullum vt dictum eſt; & nulliter obſtat vel electio, vel iuramentum factum pro altero ſexu: nam illud iuramentum, & illa electio debet intelligi in illis circunſtantijs. Illud etiam ex prædicta doctrina poteſt
32 hic ſtatui, quod ſcilicet ſi accidat, quod aliquis vir, vel fœmina poſt legitimè ductum matrimonium acquirat alium ſexum æque perfectũ ac primum, quod debeat perſiſtere in contracto matrimonio, nam cũ bene poſſit in tradito ſexu munus promiſſum obire, omnino id adimplere debet. cautionem tamen iuratoriam præſtare debere etiam puto propter iam dictam decentiam; ſe in futurum altero ſexu non vſurum. Alium tamen, & vltimum caſum nunquam, quod legerim, tactum ſuis difficultatibus non carentem, pro corona huius operis addam.

33 Si quis Androgynus ſeu Hermaphroditus vtrunq; ſexum perfectè retinens: vel melius qui prius vnum ſexum perfectum præſeferat, deinde alium acquirat æque etiam perfectum poſt iam rite contractum matrimonium in primo ſexu: ſi, ante iuratoriam cautionem præſtitam de non contrahendo matrimonio in altero ſexu; contrahat tamen matrimonium in dicto altero ſexu ſimul durante primo matrimonio ſecundum primum ſexũ. verbi gratia ſi talis Hermaphroditus prius apparuit perfecta fœmina, & rite con-

contraxit matrimonium cum viro: ſi deinde apparente maſculeo ſexu etiam perfecto, & remaneat primus ſexus in ſua perfectione, ducat vxorem; etiam viuente coniuge; itaut ſecũdum virilem ſexum mulieri ſatisfaciat, & reddat debitum; ſecundum vero ſexum fœmineum viro ſubiaceat, & in tali ſexu debitum etiam reddat. An hic talis Hermaphroditus ita duplex matrimonium contrahens ſit ſuſpectus in fide, & pœnas ſupradictas bigamorum incurrat ab Inquiſitoribus puniẽdus, & an dictum ſecundum matrimonium ſit validum. Et quidẽ quod
34 ſaltem peccet mortaliter, & periurus ſit (ſi ponamus quod iuramentum præſtiterit) non eſt dubium; cum agatur de maxima indecentia in re grauiſſima. Quod ſi peccat mortaliter vt ſupra ex Sanchez docuimus ex eo quod poſt mortem primi coniugis vtatur altero ſexu propter indecentiam; quanto magis ſi vtatur altero ſexu, dum viuit primus coniux. De hoc ergo non quærimus. Solum ergo quærimus an ſecundum matrimonium ſit nullum? Inſuper etiam poſito quod tale matrimonium ſit nullũ: an hoc ita à catholica doctrina ſit deuians, vt ſuſpicionem in fide arguat, & pœnas bigamorum mereatur. Porro quod tale matrimonium non ſit nullum, & conſequenter, quod nec pœnas bigamorum mereatur, poſſet probari ſequentibus argumẽtis.

Primum; quia poſſet quis dicere
35 quod tale ſecundum matrimonium non reperiatur nec in veteri nec in nouo teſtamento prohibitũ nec diuino tum naturali de quo in ſecundo argumento tum poſitiuo; nec humano iure. Nam quicunque caſus afferuntur de Iure tum diuino, tum humano poſitiuo, ſemper poteſt reſponderi quod loquantur vel de vno viro reſpectu plurium vxorum, vel de vna vxore reſpectu plurium virorũ, ſeruato ſemper eodẽ ſexu; nõ autẽ, quod irritentur duo matrimonia ſimul reſpectu duorũ ſexuũ perfecte exiſtẽtiũ in Androgynis. Et ad probandũ magis in ſpecie, quod dictũ matrimoniũ nõ inducat ſuſpicionẽ in fide; videtur facere; quod nec Caluiniſtæ, nec Lutherani, nec vlli alij sõniati ſunt vnquã de hoc duplicato matrimonio hermaphroditorũ. Præſertim vero; quia ſatis apparẽs excuſatio põt afferri pro his Androgynis; q̃ moueatur ad hoc ſecundũ matrimoniũ cõtrahendũ ex ipſa luxuria; non autẽ ex eo q̃ male
36 ſentiãt in fide. Cum. n. vtroq; ſexu polleãt, mirũ nõ eſt, q̃ in vtroq; experiri velint ſuas delectationes; Ad quod alluſit fabula de Iunone, & Ioue; in quonã ſexu maior delectatio ſuſciperetur cõtendẽtibus: & ad diiudicandũ arbitrũ conſtituentibus Tireſiam vtrunq; ſexum expertum. Si dicas ſatis includi diuini, & humani Iuris prohibitionibus quibus bigamia prohibetur, dicta Hermaphroditorũ duplicata matrimonia ex eo q̃ in iſtis eadẽ militet rõ, ac in illis. Reſponderi poſſet nequaquam militare eãdem rationẽ, vt ex ſecũdo argumento conſtabit.

Secũdũ argumẽtum ex modo dictis ita põt formari: oſtẽdẽdo, quod nec de iure diuino naturali ſit pro-
37 hibitũ dictũ ſecundũ matrimoniũ ſimul: quare deinde nõ militet eadẽ ratio. quod in aperto fiet examinãdo fines matrimonij. Et in primo q̃dẽ fine nihil obſtat: nõ procreatio, nõ incertitudo, nõ educatio prolis: nõ procreatio; quia nullũ vas vel inſtrumentũ eſſet impeditũ nec Hermaphroditi: nec alterius vtriuſq; cõiugis: nõ incertitudo; nã q̃q; proles ſuos certos agnoſceret parẽtes: nec deniq; educatio nã vtraq; proles infantiæ tpe a propria matre educaretur; & deinde à patre. Circa

ſecun-

ſecundū finē remedij luxurię nō ſolū nullū eſſet incōueniēs: quia vterque maritus, & vtraq: vxor æque bene poſsēt petere, & reddere. Quare nulla ſequeretur in hoc perturbatio. neq: circa tertiū finē quoad cohabitationē: nā poſſet hermaphroditus cū viro ea munia præſtare quę ad fœminā pertinēt: cū vxore autē illa exhibere, quæ ad virū ſpectant. quare nulla hinc proueniet, vel deordinatio vel ꝓturbatio domus, vel munerū cōfuſio. Circa quartū vero finē matrimonij ꝓout Sacramentū eſt: nō videtur etiā eſſe incōueniēs: circa .n. vtrūq: ſexū videtur ſeruata vnitas matrimonij inter vnū virū, & vnā vxorē: itaut qua fœminā preſefert nōniſi vnū virum admittat, qua vero virum nōniſi vnā fœminā. Sed his nō obſtātibus. Dico in caſu poſito, & matrimonium eſſe nullum,
38 & ſuſpicionem bigamiæ incurri, ab Inquiſitoribus puniendā; ſeuius tamen: quā puniri ſolēt alij bigami de quibus ſupra egimus. Cuius noſtri dicti ratio ex reſpōſione ad ſuprapoſita argumēta attēdi debet. Et quidem ex reſpōſione ad ſecundū cōſtabit etiā reſpōſio ad primum. Et ſi .n. talia hermaphroditorum nō repetiatur neq; diuino Iure poſitiuo, neque humano explicitè prohibita: implicitè tamen ꝓhibentur: ex eo quod pugnent cum Iure diuino naturali. ꝙ ita oſtenditur per ſingulos fines enumeratos, & circa primum
39 finem quidem diſcurrendo: bene apparet, quo pacto, & ſi totaliter procreatio nō tolleretur: valde tamen impediretur ex eo quod ſi demus talem hermaphroditū grauidari ſecūdum ſexum fœmineum; ꝙ malè poſſet reddere debitum vxori: & circa educationem etiā munia matris cōfunderet erga vtrāq: prolē, & erga vtrāq; patris vellet præſtare officia, & valde difficile reperiretur ſubordinatio matris, & patris vnde valida oboriretur educationis ꝓturbatio? reperiretur in cohabitatione circa ſecundum finem. Vnde nō immerito decretum eſt, vt in Hermaprodito ſexus vtriuſq: æquiualentis; fiat electio nō ſolum ob ſupradictā indecentiam: verum etiam ꝓpter cohabitationem, & ſubordinationē vxoris ad virū, vt melius ſubordinetur, q̄ ſemper vt fœminā ſe habuit: & vt melius familiam regāt, qui ſemper vt virum ſe geſſit. Circa ſecundum, finem matrimonij, qui eſt conſulere luxuriæ: nō bene ꝓfecto cōſuleretur. rixæ .n. & cōtentiones validæ eſſent inter alios cōiuges: nec poſſet
36 Hermaphroditus talis atq: cōmodè vtriq: cōiugi reddere debitum ſi eodem tpe peterent alij cōiuges. Deniq: circa vltimum finē matrimonij vt Sacramenti: nemo eq̄ non videt: quā vehemēter claudicat argumētū nō .n. vnitas debet eſſe ſolū circa ſexus: verū etiā circa ꝓſonas: quare cū illa diuiſerit corpus in plures perſonas; non eſt cur dicatur ſeruare vnitatē, quā ſignificare dēt matrimonij Sacramentū. Patet etiā, vt dixi quo pacto ex ſolutiōe huius ſecūdi argumēti; ſoluatur etiā primū; Cū .n. niteretur primum argumentū in eo ꝙ tale ſecundum Hermaphroditorum matrimoniū ideo nō includeretur nec etiā implicitè in ꝓhibitionibus ſiue de Iure diuino poſitiuo, ſiue humano, ex eo ꝙ nō eſſet nec de iure diuino naturali ꝓhibitum. modo cū cōtrarium cōſtet; nēpe eſſe ꝓhibitū iure naturali diuino; ſequitur etiam ꝙ ſaltē implicitè ſit ꝓhibitū dictum
40 matrimoniū etiā de Iure diuino poſitiuo, & humano cū eadē militet rō ac in alijs bigamijs. Quare corruit etiā primū argumētū. Atq; hæc dicta ſint ſatis circa vltimū caſū ſiue practicè, ſiue ſpeculatiuè tractatū. Et circa noſtrā breuē tractationē de bigamia. Cui Deus ad ſuā gloriā cœpte, & finitæ fauere nō dedignetur.

FINIS.

INDEX
RERVM, ET VERBORVM
Notabilium.

A A

Aron, & eius filij non ſine myſterio præceptum habuerunt ingrediendi tabernaculum quibuſdam cæremonijs. Lib. 3. Quæſtion. 13. num. 14.

A B

Abbas Panormitanus de diſpenſatione Pontificis ſupra quodlibet ius diuinum non audiendus. Lib. 1. Quæſtion. 11. num. 23.

Abelonij, ſiue Abelanij hæretici ſub quo Pontifice ibidem. q. 1. n. 3.

Abiurationis ſaluberrimus vſus vnde originem ſumpſit. lib. 3. q. 1. n. 14.

Abiuratio vtilis, & neceſſaria in crimine hæreſis. ibidem n. 15.

Abiuratio per multa cõſilia Generalia inſtituta. ibidem n. 16.

Abiuratio quid ſit. ibidem n. 17.

Abiuratio dicitur remedium preſeruatiuũ ibid. n. 18.

Abiuratio diuiditur in quatuor ſpecies. ibid. n. 19.

Abulenſis merito excuſatur, & laudatur. lib. 1. q. 9. n. 29.

Abuſio Sacramentorum videtur ſpectare ad Ordinariam Inquiſitorum iuriſdictionem. lib. 3. q. 2. n. 13.

Abutentes quomodolibet ceteris Sacramẽtis vltra confeſſionem, an ſpectent ad Tribunal Inquiſitionis. ibid. n. 2. 3. 4.

Abutentes quomodolibet Sacramentis videntur in fide ſuſpecti. ibid. n. 14. 15.

Abutentes quomodolibet Sacramentis ex quadam generali abuſione, ſeu ex affectu ad peccatum non ſunt reuera de fide ſuſpecti. ibid. n. 17.

Abutentes quomodolibet cæteris Sacramẽtis ex peculiari deordinatione mentis ſunt reuera in fide ſuſpecti ibid. n. 21.

Abraham excuſatur ab adulterio. lib. 1. q. 8. n. 13.

Abraham non ignorauit adulterium eſſe peccatum, ibid. n. 10.

A D

Adam fuiſſe Androgynum fuit hæreſis ſub Innocentio III. exorta lib. 3. q. 19. nu. 16. error Protagoræ prædictæ hereſi conformis ibid. n. 17.

Adagium ſcæleſtorum hominum erga vxores, & meretrices refertur. lib. 1. q. 12. n. 4.

Adamei vnde, & quomodo. ibid. q. 1. n. 3.

Adamiani à quo, & quomodo communitate vxorum abutebantur. ibidem. q. 9. n. 10.

Adminiſtratores manifeſtis probationibus probare debent amiſſionem inſtrumẽti. lib. 3. q. 4. n. 22.

Adulteria, & ſcandala in plurimum à luxuria fœminea exorta lib. 1. q. 7. n. 33.

Adulterium quo pacto definitur a S. Thoma lib. 2. q. 4. n. 17.

A E

Aeriani siuè Aerij quo tẽpore li. 1. q. 1. n. 3

Aetas consideratur ad imminuendas pœnas. lib. 3. q. 11. n. 25.

A F

Affectus ad duplex matrimonium cum copula carnali efficit, vt quis inter bigamos enumeretur lib. 1. q. 4. n. 10.

Affectus ad duplex matrimonium adhuc inualidum ex defectu contrahentis bigamiam infert ibi. n. 12.

A G

Agar ab Abrahaam perpetuo repudiata, non proinde ad cælibẽ vitam perpetuo adstricta lib. 1. q. 8. n. 46.

Agar potius solatium in suo repudio per reuelationem mysterij facta, quam tristitiam habuit ibid. n. 59.

A L

Alciati sententia de nõ retrotractione *defloratæ vxoris refellitur l. 1. q. 4. n. 7*

Alexander VI. dispensauit cum filio suo Cardinali Diacono ad matrimonium. lib. 2. q. 17. n. 38.

A M

Ammonis libidinosa crimina lib. 1. q. 12. nu. 23.

Amor periret concessa communitate vxorum ibid. q. 9. n. 9.

A N

Anabaptistæ a quo, & quomodo communitate vxorum abutuntur lib. 1. q. 9. n. 12. Errorem Lutheri de bigamia amplectuntur ibi. q. 12. n. 53.

Androgyni qui, & vbi extiterint l. 3. q. 19 n. 14. Inter mõstra numerãdi ib. n. 18.

Androgynus an vtroque sexu perfectè pollens si ducat duplex matrimonium secundum diuersum sexum, an matrimonium secundum sit validum, & an pœnas bigamorum incurrat ibid. n. 33. In tali casu certum est peccare mortaliter ibid. n. 34.

Animus facto fortius declaratur quam verbis lib. 2. q. 2. n. 24.

D. Antoninus non ritè allatus ab Henriquez rectè explicatur lib. 1. q. 11. n. 15

A P

Apelles hæreticus cum Philomene muliere falsam doctrinã docet lib. 1. q. 12. n. 57

Apostoli excommunicabant eos, qui vxore dimissa aliam ducebant ibi. n. 91.

A Q

Aqua Epiphaniæ seu Tuphaniæ quæ, & qua de causa fuerit in Sicilia, nec non tot homicidia effecerit, vt fama euolabat lib. 1. q. 7. n. 23. 73.

A R

Arboreus malè loquitur in Paulũ prima Corinth. 7. lib. 1. q. 13. nu. 10.

Arrius medijs mulieribus Orbem decepit ibid. q. 12. nu. 57.

Articuli fidei ex se nuariabiles ibid. q. 11. nu. 42.

Aristotiles benè Platonẽ reprehẽdit de cõmunitate vxorũ ibi. q. 7. n. 43. q. 9. n. 8.

A T

Athanasius contra muliebrem ambitionẽ benè loquitur lib. 1. q. 6. n. 17.

Athanasius catholicas coniuges cum casta Didone comparat ibi. q. 7. n. 64.

Athenienses iustam caussam requirebant in diuortijs, & impunitatem donabãt confitenti crimen si nihil tacebat ibi. q. 7. n. 54. lib. 3. q. 15. n. 24.

Attentare delictum ex Philosophis grauiter puniendum lib. 2. q. 3. nu. 19.

A V

Authores qui de bigamia in communi per tractãt referũtur lib. 1. q. 5. n. 3.

B A

Barbosa conatur excusare Imperatores Christianos de concesso repudio, & laudatur de eius operibus, & ingenio lib. 1. q. 6. n. 46. q. 16. n. 4.

Baronius vindicat Valentinianũ Imperatorem à quadam iniuria sibi imposita de lege bigamiæ ibid. q. 6. n. 41.

Baptismus ianua Sacramẽtor. ib. q. 16. n. 5

Baptizans fœminam intẽdens baptizare masculũ ex Hostiensi non baptizat lib. 2. q. 12. n. 11.

B E

Beneficiatus contrahens matrimoniũ non sequu-

ſequuta copula amittit beneficium, & ſi reſurgat ad beneficium non redit lib. 2.q.4.n.21.q.6.n. 14.

B I

Bigamiæ nominis interpretatio quæ, & quotuplex lib. 1. quæſtion. 1. num. 2. 5. 6.

Bigamia proprius de viro quam de muliere verificatur ibidem n. 9.

Bigamia ſecundum rem definitur, & eſt propriè irregularitas ibid.q.2.n.1. lib. 3.q.8.n.21.

Bigamia in lege veteri permiſſa lib. 1. q. 2.n. 6.

Bigamia ſucceſſiua etſi perfectionẽ Sacramẽti matrimonij neget, non vero Sacramentum ipſum ibi.q.2.nu. 11.

Bigamiæ diuiſio a Bellarm. adducta vt nimis preſſa reijcitur, & iuxta Sanbces opinionem tanquam nimis lata refellitur, veraque diuiſio adducitur. ibidem q.3.n.1.2.3.

Bigamia vera, interpretatiua, & ſimilitudinaria in quo conſiſtat ibidem n.3. 4.5.

Bigamia interpretatiua ſecundum quatuor modos explicatur, & interpretatiua non erit ſi vxor prius deflorata ab eodem ducatur ibidem quæſtione. 4. n. 12. 5.

Bigamia interpretatiua ſecundum quatuor modos in caſibus ſpecialibus vide matrimonium.

Bigamia ſolum, vt ſpectat ad Tribunal S. Inquiſitionis in præſenti diſcutitur, & vera ſolum per quãdam proportionem ad præſentẽ tractationẽ ſpectat, & ſecundum quos modos debeat accipi, quæ graue ſcelus Adulterij continet ibidem q.5.n.1.2.4.11.q.6.n.2.3.

Bigamia non aduerſatur primario fini matrimonij, & ſi aliquantulum eũ impediat, benè tamen aduerſatur ſecundo fini, qui eſt cohabitatio vxoris cum viro: ſicut & tertio fini, cum maximo periculo caſtitatis, ſic etiam quarto fini nempe ſignificationi Sacramenti. ibidem quæſtione 6. numero 11. 14. 18. 19.

Bigamia occaſio inuidiæ inter plures vxores, & ſi ſine diſpenſatione Diuina fiat plures inuoluit malitias, & quot & quales ſint, quodue damnum inferat innocenti mulieri, ibidem q. 6. nu. 15.27.29.32.

Bigamia ſapit hæreſim, & ex Concilio Niceno eſt contra Diuinum præceptum ib.n.31.32.

Bigamia ex quibus rationibus videatur proſemper illicita ibidem qu. 8. nu. 3. 5.6.7.

Bigamia ſecundum quoſdam ex ſolo Iure poſitiuo Euangelico prohibita ibidem nu.11. & ex quibuſdam Patribus non ſolum Iure poſitiuo, ſed quia mala prohibita ibidem num. 12. tempore vero veteris Teſtamenti fuit ex Diuina diſpenſatione ibidem numero 15.

Bigamiæ diſpenſatio ab Abrahamo incœperit ibidem num. 16. vſque ad Noemi tempora talis diſpenſatio extenditur ibidem nec poſt diluuiũ huiuſmodi diſpenſatio fuit fruſtra ibidem nu. 17.q. 10.n. 6.

Bigamia non habet rationem in contrarium cur a Deo diſpenſari non poſſit ibidem quæſt. 8. num. 30. & contra quod genus Iuris naturæ ſit ibidem cur autem fuerit à Deo diſpenſata ibidem numero 35. quomodo diſpenſata ſecundis finibus matrimonij à Deus medebatur ibidem numero 39. fuitque huiuſmodi diſpenſatio per Diuinam inſpirationem primis Patriarchis reuelata ibidem num. 40. meritoque per internam inſpirationem fuit facta ibi. nu 42.

Bigamia poſt legem Euangelicam non ſolum Chriſtianis, ſed etiam Hebræis omnino prohibita ibidem nu. 74.

Bigamia optimè admittenda in caſu extremæ neceſſitatis ſine noua Dei reuelatione ibidem quæſt. 10. numero 12. 25, fuit quoque in facto filiarum Loth ibidem n. 30.

Bigamia tunc reuelatione eget in diſpenſatione quando maius præceptum non habet in contrarium ibidem nu. 33. & quo pacto ſit de iure naturali Diuino ibidem q. 11. nu. 22. lib. 2. q. 2. num. 2. Multoties ex cupiditate pecuniæ apud quoſdam videtur accidere ibidem lib. 1. q. 12. n. 36. fuitque introducta cauſa adulterij coniugis ibidem nu. 65. ex qua cauſa vero prouenire ſoleat lib. 2. q. 1. num. 12.

Bigamia factum hæretieale ibidem nu. 17 eſt maximum crimen ibidem. quæſt. 3. nu. 11.

Bigamiam attentare quid ſit, & quotuplex ibidem. q. 3. n. 14. 15. lib. 3. q. 7. n. 27. eam attentans, & præter intentionem retentus ne contrahat puniendus lib. 2. q. 3. n. 16. 18. Quænam vero ſint condignæ pœnæ attentantis, & quia nõ potuit non peruenit ibidem nu. 20. 21. lib. 3. q. 8. n. 35. ſi autem attentans ſpõte religione motus reſipiſcit immunis redditur à pœnis bigamis aſſignatis, lib. 2. q. 3. n. 22.

Bigamia ab Inquiſitoribus congruè punita lib. 3. q. 1. n. 22. videtur peruertere primarium finem Sacramenti matrimonij, vt Sacramentum eſt ibidem. qu. 2. n. 62.

Bigamiam attentantes cur in Tribunali Romano torquendi ibidem q. 7. nu. 24. qu. 8. n. 24. quot modis poſſit bigamia committi ibidem q. 8. n. 26. contrahitur quoque ſtante impedimento ligaminis, lib. 1. q. 17. n. 37.

Bigami in lege veteri poterant ad Sacerdotium aſcendere ibidem lib. 1. q. 2. n. 8. grauiter peccant in eo quod Sacramentum ſua ſignificatione defraudent ibidem q. 6. n. 20. ſtellionatum committere videntur. ibidem q 8. nu. 3.

Bigami ex ſententia Albertini melius pœna capitis per Iudices ſæculares puniẽdi lib. 3. quæſt. 2. num. 21. an ſint torquendi in noſtro Tribunali, & in quo caſu ibidem q. 7. nu. 20. 30. 31. 32. 33. Nota infamiæ notantur, & à Iure ciuili ſecundum aliquos pœna capitis plectendi: per alios vero pœna adulterij, & alios pœna ſtupri ibidem n. 8. q. 22.

Bigami qua pœna in Hiſpania, & Etruria plectebantur ibidem n. 12. 13. quibus pœnis in Curijs Eccleſiaſticis puniũtur ibidem n. 16. 17. quibus in Inquiſitione Romana ibidem nu. 23. 27. 28. quibus plectantur in noſtra Inquiſitione ibi. n. 25. Cur diuerſimodè puniantur in Sicilia, & in Hiſpania ibidem. num. 29. 30. in quo caſu leuandi à pœnis, & in quo brachio ſæculari tradendi ibidem n. 37. 38. 40. abſque fundamento putauit eos eſſe excommunicatos Grillandus ibidem q. 14. n. 22.

Bigami ſæculares nõ ſunt excommunicati ex ipſo bigamiæ delicto ibidem nu. 26. ſuum delictum quicunque illi ſint ſponte confitentes cum miſericordia recipiendi, & nulla corporali pœna plectendi ibidem q. 15. nu. 50. 52. in quo ſenſu huiuſmodi ſponte confitentes ſint hæreticis ſponte confitẽtibus æquiparandi ibidem n. 53. an vero ita ſponte confitentes ſint de his delictis, quæ in Bigamia inuoluuntur plectendi ibidem n. 54. 55.

Bigamus quid propriè ſignificet lib. 1. q. 1. n. 5. ſi eſt ſimultaneus, in quo ſit peior alijs adulteris, & fornicarijs ibidem q. 6. n. 4. cogitur retenta priore coniuge poſteriorem amittere ibidem num. 6. leuiter punitur in Inquiſitione Hiſpanica grauiter autem in Romana lib. 2. q. 1. n. 1. 2. 28. lib. 3. q. 7. n. 26. Ob humanã fragilitatẽ apud Hiſpanos partĩ excuſatur l. 2. q. 1. n. 3. ſi fortè ſuſpectus eſt hæreſis, grauiter in Inquiſitione Hiſpanica puniendus ibidem num. 4. 14. 15.

Bigamus ſiue publicus, ſiue occultus æquè ſuſpectus quicquid dicat Farinac. ibid. q. 1. n. 5. 6. Occultus aliquando maiorẽ malitiã præſefert, quam publicus ibidem num. 6. 7.

Bigamus ex ipſo facto habetur tãquã ſuſpectus de hæreſi ibidem n. 16. 27. à Sacramento

mento matrimonij aberrans velati ſuſpectus de hæreſi per Inquiſitores examinandus, & puniendus ibidem qu. 2. nu. 1.

Bigamus ex Romana Inquiſitione adhuc tortus, & negatiuus abiurat de vehementi ibidem n. 27. ad carnalem actum non deueniens eſt leuiter ſuſpectus ibidem q. 3. n. 1. in hoc caſu ſecundum Souſam interrogandus. ibidem nu. 2.

Bigamus videtur malè ſentire de Sacramento ibidem n. 4. ad actum carnalem non perueniens ex quo capite prouenire poſſit ibidem n. 5. 8. religione motus reſiliens à ſuſpicione aliquantulum liberatur ibidem n. 6. idem eſt in foro interiori, & exteriori ſecundum delictum ibidem n. 9.

Bigamus non conſummans ac ſi conſummaſſet habetur ſecundum pœnam ibidē n. 10. lib. 3. q. 8. n. 34. alleuoſus dicitur lib. 2. q. 3. n. 12. lib. 3. q. 8. n. 11.

Bigamus eſt adulter lib. 2. q. 3. n. 13. non puniretur ſi admitteretur excuſatio de nullitate ſecundi matrimonij ibidem q. 12. n. 26.

Bigamus an præuentus à Curia ſæculari remitti debeat ad Iudicem Eccleſiaſticum lib. 3. q. 1. n. 4. ſi pertinaciter negat quid agendum de ipſo ibidem q. 4. nu. 44.

Biuiria potius in muliere quam bigamia dici debet lib. 1. q. 1. n. 9. a bis, & viro prouenit vt Scotus adnotat ibidem.

Biuiria ſecundum Bellarm. à Deo indiſpenſabilis ibidem q. 10. n. 7. eſt ſimpliciter à Deo diſpenſabilis cum non ſit contra prima principia naturalia ibidem n. 9. 39. difficilior eſt quam bigamia ibidem n. 10. 40. q. 15. n. 11. nunquam legitur diſpenſata, & quare ibidem qu. 10. num. 11. nu. 41. q. 15. nu. 14.

Biuiria in periculo extinctionis humani generis adhuc conceſſa ibidem q. 10. n. 37. in quo caſu peculiari neceſſaria ibidem n. 38.

Biuiria permiſſa potius meretriciū appellari debet ibi. q. 15. n. 15. eſt maior hæreſis, & grauius peccatū quā bigamia ibidem nu. 17. 18. lib. 3. q. 11. n. 31.

Biuiria quomodo plectenda vide mulier.

B O

Bodinus confutatur in eo quod velit ſuſcitare repudium lib. 1. q. 7. n. 11. impoſſibili fundamento in ſuo errore fulcitur ibid. n. 14. grauiter reprehenditur proſuis fictis rationibus allatis, & ſine cauſa volens admittere repudium ibidem n. 25. 50.

D. Bonauentura à quadam calumnia liberatur lib. 2. q. 9. n. 20.

B V

Bullæ Pontificiæ directæ vni Inquiſitioni præbent normam omnibus alijs lib. 3. q. 1. n. 5.

Bucerus refellitur in defenſionem Repudij lib. 1. q. 7. n. 12. ſequitur Lutherum pro bigamia ibidem q. 12. n. 61. 69.

B R

Brentius hæreticus videtur fauere bigamiæ lib. 1. q. 12. n. 70.

C A

CAietanus videtur fauere diuortijs lib. 1. q. 12. n. 76. malè loquitur in Paulum prima Corinth. 7. ſed iam ſe retractat ibidem q. 13. n. 10.

Caluinus quoad bigamiam confertur cum Mahometto lib. 1. q. 12. nu. 71. ex quibus caſibus admittit diuortia ibidem n. 73.

Calabri in Regno Siciliæ pecunia allecti in bigamia incidūt ſæpe ſæpius ib. n. 37

Canones ſextæ Synodi qui Trullani *vocantur non ſunt authentici ibidem q. 17. n. 22.*

Captura iniuſta ex defectu probationis nō redditur iuſta quamuis ſuperueniat probatio ſufficiens lib. 2. q. 14. n. 20.

Captura reorum ſemper ab omnibus ſimul Inquiſitoribus in Tribunali determinatur ibid. n. 22. Ex cauſa ciuili ſolet ipſa irrogare infamiam lib. 3. q. 3. nu. 1.

n. 1. *in crimine hæresis maximam irrogat infamiam, & qua probatione indigeat in tali crimine ibidem nu.* 3. 10. 11. *non est in ipso crimine hæresis admittenda, nisi sint sufficientia indicia ad torturam ibidem n.* 12.

Captura pro bigamis, qua probatione indigeat ibidem n. 23.

Captus iniustè de Iure censetur torqueri lib. 2. *q.* 14. *n.* 1.

Carbilij spurij error de approbatione repudij refertur lib. 1. *q.* 7. *n.* 18.

Carta acordada quid dicatur in Hispania lib. 3. *q.* 3. *n.* 14.

Charitas benè ordinata à se incipit lib. 2. *q.* 14. *n.* 30.

Catherinus videtur fauere diuortijs lib. 2 *q.* 12. *n.* 76.

Catherina Bore Monacha professa deinde publica meretrix ibid. n. 58.

Catullus benè contra Persas decantat de abusu congressus cum matre, & filia, ibi. q. 10. *n.* 22.

Causæ graues, & arduæ specialissimam requirunt expressionem. lib. 2. *quæst.* 13 *nu.* 10.

C E

Censuræ non incurruntur si desit factum, & sola adsit intentio. lib. 1. *quæst.* 4. *num.* 16.

Certitudo moralis de morte prioris viri, vt possit fieri transitus ad secundas nuptias qualis sit lib. 2. *quæst.* 5. *num.* 15. 32.

Certitudo moralis non benè describitur à Sanches ibidem n. 26.

Celebrãs post comestionem, vel diecs plures Missas absque legitima, & approbata causa punitedus ab Inquisitoribus, lib. 3. *q.* 2. *n.* 55.

C I

Circũstãtiæ omnes præpõderãdæ sunt, vt iudicium rectũ eliciatur. lib. 2. *quæst.* 14. *n.* 14.

C O

Coeũtem cum Moniali ex ignorãtia inuincibili asserimus nõ esse sacrilegum. lib. 2. *q.* 12. *n.* 17.

Collatiõ Sacramẽti sicut est personalis actio, ita receptio est personalis passio. ibi. q. 13. *n.* 4.

Communicãs sciẽter cũ excommunicato excommunicatione maiori peccat mortaliter lib. 3. *q.* 14. *n.* 7.

Commissarius fabricæ S. Petri plenam fidem facit de existẽtia prothocolli testamẽti. ibi. q. 4. *n.* 41.

Cõcilium Nicænum, & Tridẽtinum cõtra Bigamiam. lib. 1. *n.* 34. 35

Cõcilia quæ videtur fauere dispẽsationi ad polygamiam afferũtur ibi. q. 11. *nu.* 19. *Neocæsariense, & Laodicenum benè explicãtur ibidem. num.* 54. 55. 56.

Tridẽtinum quid de vagabũdis statuerit. ibi. q. 12. *n.* 38. *A relatẽse statuit dotes ferẽdas esse à mulieribus, esto indissuetudinem abierit ibi. n.* 48.

Cõcilium Toletanum prohibet Iudæos cõuersos cum nõ cõuersis habitare ibidem q. 14. *n.* 7. *Idem quid cõtra clericos, & Religiosos matrimonium ineũtes determinauerit lib.* 3. *q.* 12. *nu.* 14.

Cõcubitus cum spõsa de futuro nõ habetur pro adulterio lib. 2. *quæst.* 4. *num.* 18.

Cõcubitus cum spõsis de futuro nõ est circumstãtia necessario cõfitẽda lib. 2. *q.* 4. *n.* 18.

Cõcubitus si accidit ex parte spõsæ secũdũ Sãchez mutat peccati speciem lib. 2. *q.* 4. *nu.* 19.

Cõditio p ssidẽtis in rebus dubijs semper melior lib. 2. *q.* 5. *n.* 25.

Cõfessio extraiudicialis an faciat plenam probationem. lib. 2. *q.* 15. *n.* 1.

Cõfessio delinquẽtis in peccato de hæresi certiorem veritatem facit. lib. 2. *q.* 14. *n.* 7.

Cõfessio plenè probat in delictis quæ in volũtate cõsistũt. lib. 2. *quæstio.* 14. *n.* 8.

Cõfessio nuda nõ sufficit ad pœnam, sicut neque ad veritatem. lib. 2. *quæst.* 14. *nu.* 17.

*Cõfessio extraiudicialis facit plenam pro-

probationem ſecundum aliquos non ita vero ſecundum alios lib. 2. quæſt. 15. n. 3. 4.

Confeſſio Iudicialis clerici coram laico nõ ſufficit ad condemnandum lib. 2. q. 15. nu. 6.

Confeſſio extraiudicialis coram duobus teſtibus nõ probat delictum eſto remaneat confeſſio plenè probata lib. 2. q. 15 num. 10.

Confeſſio extraiudicialis punienda ſi facta fuerit coram teſtibus omni exceptione maioribus, & alia ſint adminicula lib. 2. q. 15. n 18. 23.

Confeſſio extraiudicialis de hæreſi non variatur ratione differẽtiæ temporis lib. 2. qu. 15. n. 22.

Confeſſio facta à reo in publico ſuggeſtu nõ debet multum mouere, quia raro eſt vera lib. 3. q. 18. n. 43.

Confeſſio extraiudicialis de delictis externis non facit plenam probationem eſto indicium ad torturam lib. 2. q. 15. nu. 24. 25.

Confeſſio extraiudicialis de bigamia ſi nõ plenè probata leuiter punienda lib. 2. q. 15. n. 28.

Confeſſio extraiudicialis difficilè plenè probatur ibi. q. 15. n. 30. facit plenam probationẽ ſi fuerit geminata, vel iurata, vel coram perſona publica ibidẽ nu. 31. 32. 33. ſic etiam ſi fiat coram multitudine, vel coram Sacerdote, aut in ſupplicatione porrecta Principi, ſeu ſi talis confeſſio veriſimilitudinibus ſit fulcita ibidem numero 34. 35. 36. 37.

Confeſſio delictorum in cæteris Tribunalibus nihil prodeſt; immo ſupplicium accelerat lib. 3. q. 15. nu. 6.

Confeſſionem fieri poſſe per Nuncium, aut per litteras eſt propoſitio ſuſpecta ibid. q. 2. n. 55.

Confeſſarius in ſollicitãdo quid incurrat. vide ſollicitatio.

Confeſſarius prauus confeſſionis locum, & tempus ſuæ prauæ intentione accommodat lib. 3. q. 2. nu. 48.

Cõfeſſarius ex negata abſolutione pro reuelatione complicis peccati ſuſpectus habetur ibidem nu. 55.

Confitendi gradus plures ſunt, quibus pœnitentiæ formæ correſpondent, & quales ſint lib. 3. q. 15. n. 14.

Cohabitatio coniugis conuerſi ad fidem cũ infideli ſecundum quos, & quæ tempora licita, vel non licita lib. 1. q. 14. n. 4. 5. 9.

Coninck benè explicat quot modis dicatur aliquid contra ius naturæ lib. 1. q. 8. n. 28.

Coniuges Catholicæ Artemiſiæ ſimiles lib. 1. q. 7. n. 63.

Coniuges iurgia, & lites habentes donec reſipiſcant, poſſunt à toro benè ſeparari ibidem nu. 69. Dum reconciliantur caſtitati conſulitur ibid. n. 71.

Cõiuges Infidelium ſi vna acceptetur facta conuerſione non ſunt verè coniuges ibidem. q. 13. n. 18.

Coniuges non ſunt à ſuo ſtatu dimouendi in caſu quo duo teſtes de vita primi viri velint teſtificari lib. 2. q. 6. n. 30.

Coniugium conſummatum quid ſignificet lib. 1. q. 2. n. 6. quidam inſolitus numerus coniugiorum ſucceſſiuorum narratur ibidem q. 5. n. 8.

Coniugia inter inæquales illegitima vocantur ibi. q. 12. nu. 13. Infelices exitus ex dicta diſparitate pariunt ibi. q. 12. n. 12.

Coniugatus ad Sacros Ordines aſcendens æquiparatur Sacerdoti matrimonium contrahenti lib. 3. q. 13. nu. 1. Nec ante, nec poſt matrimonium conſummatum poteſt adſacros Ordines aſcendere ibidem nu. 2. 5. vt poſſit de licentia vxoris ad ordines tranſire ſatis eſt ſi vxor emittat votum caſtitatis abſque ingreſſu Religionis dato quod non ſit adoleſcentior ib. n. 3. 4.

Coniugatus vxore adulterante, non eget eius licentia vt poſſit ad ordines tranſire ibidem nu. 9. ſi ad Sacros Ordines tranſit ſine licentia vxoris mortaliter peccat ibi. n. 10. 16.

Coniugatus ſuſcipiens ordinem etiam cum animo ingrediendi Religionem mortaliter peccat, & maxime ſi fuerit matrimonium conſummatum ibidem nu. 17.24. Non poteſt ad primam Tonſuram ſine vxoris licentia tranſire, & vnde in hoc caſu proueniat ſuſpicio in fide ibidem n. 27.28.29.

Coniugatus ordinatus ſi nolit conſummare matrimonium, vel non reddere debitum inſtante vxore facit iniuriam matrimonio ibidem n. 30. ſi poſt matrimonium ſuſcipit ordines ſacros vnde ſuſpectus in fide ibidem n. 31. 32.

Coniugatus, & ſacris ordinibus initiatus ante matrimonium conſummatum ſi Religionem ingrederetur, ſuſpicionem purgant ibidem n. 38. Niſi de profeſſione alterius coniugis conſtet, non poterit matrimonium inire. ibid. n. 39.

Coniugati, & ſacris ordinibus initiati ſunt irregulares, nec ad officium etiam minimum promoueri poſſunt ibidem nu. 33.34. Sicut æquiparatur cum clericis in Sacris Conſtitutis in ſuſpicione ita, & in pœnis ibidem n. 35. ſunt tanquã bigami puniendi ibidem n. 37.

Coniux innocẽs data cauſa diuortij poteſt adhuc remittere ſi velit, & cohabitare lib. 1. q. 7. n. 69. ſi turpis eſt moleſta res erit ibidem q. 12. nu. 8.

Coniux fidelis poteſt ſi prima vxor non cõuertatur aucere quamcunque ex reliquis conuerſis, vel aliam quancunque fidelem ibidem q. 13. n. 17.

Coniux repudiata in ſtatu Infidelitatis nõ poteſt tranſire ad ſecundas nuptias ibidem q. 16. n. 2. 3. ſi ſine cauſa ipſa coniux repudiabitur neque quoad thorũ, neque quoad vinculum cenſebitur dimiſſa ibidem nu. 11.

Coniux conue ſus debet cõiugem repudiatam admonere antequam ad ſecundas nuptias tranſeat ibidem nu. 14. poterit ad ipſas ſecundas nuptias tranſire admonita coniuge, & ipſa renitente. ibid. nu. 15. ſi vero tranſit ad ſecundas nuptias non præmonita coniuge, tanquam bigamus eſt puniendus ibid. num. 16. 22.24.

Coniux an teneatur præmonere vxorem ſi ex fornicatione dimiſerit. ibidem n. 17. 18.

Couiux innocens ſi velit poteſt adulteram ſibi pœnitentem reconciliare eam ibid. n. 19.

Coniux fidelis tenetur ad interrogãdũ cõiugem infidelẽ adulteram ſi velit ſine iniuria creatoris habitare ibi. n. 21.

Coniux infidelis ita abſens vt a fideli admoneri non poſſit, cenſetur obſtinatus in Indis ibid. n. 23.

Coniux vt ad ſecundas nuptias impune tranſeat quam certitudinem habere debeat de morte coniugis abſentis lib. 2. q. 5. n. 6. 7. liberatur à pœnis ſi de ſecundo nubit facta prius ſufficienti diligentia ibidem n. 39. Non debet ſecũdo contrahere ni prius habita ab Eccleſia licentia contrahendi ibidem nu 41. Poteſt accuſari de adulterio ſi tranſierit ad ſecundas nuptias nõ ſeruatis debitis diligentijs nu. 42.

Coniux debet primo viro reſtitui ſi forte reuertitur eſto ex ſecundo filios ſuſceperit ibid. q. 6. nu. 1. 5.

Coniux primus ſe habet vt proprietarius ſecundus vero vt poſſeſſor ibidem n. 9. ſi reſurgat non debet ad coniugem redire ibid. n. 12.

Coniux ſi ad primum virum redire recuſet excommunicationis vinculo aſtringenda ibid. n. 17. 9. 10. n. 9.

Coniux niſi ex publica fama de morte coniugis dubitetur, poteſt ſecundum matrimonium proſequi ibid. q. 6. n. 19. 20. poſt ſufficientem diligentiam factã de morte coniugis, etſi vnus deinde teſtis obſtet, poteſt ſuam poſſeſſionem proſequi ibidem nu. 21. 22. ſuam quoque poſſeſſionem proſequitur adhuc de morte viri dubitatione ſpeculatiua vrgente ibidem n. 23. 24.

Conſenſus facit nuptias non cõcubitus lib. 2. q. 9. n. 11. ipſo deficiente non eſt matrimonium eſto cæteræ ſint conditiones

ibi-

*ibid.n.*12.*q.*11.*nu.*23.

Conſenſus parentum non eſt de neceſſitate matrimonij ibi.n. 13.

Conſenſus requiritur in matrimonio in quantum eſt Sacramentum,& contractus humanus ibid.q. 11.*n.*6. *vterque tum interior, tum exterior eſt neceſſarius in matrimonio ibidem nu.*7. *interiorem tantum ſufficere eſt hæreſis Vuicleffi damnata in Concilio conſtāt. ibi.n.* 8.

Interior eſt ſufficiens ſi præceſſit exterior ibidem nu. 9. *Non habet vim reualidandi matrimonium ex duplici cap. nullum ibid.n.* 10.

Conſenſus fictus in foro fori non ſufficit ad matrimonium ibidem n. 15. *Cur vero non ſufficiat ibi.n.*16.

Conſenſui nil magis contrarium quam error ibidem q. 12.*n.*8.

Conſenſus optimè poteſt dari non obſtante impedimento dirimente lib. 3.*qu.* 14. *nu.* 16.

*Conſtitutus in Sacris bigamiam incurrit, & ſi cum vnica, & virgine contrahat lib.*1.*q.*3.*n.*6.

*Contractus ad caſtè viuendum poſt primū validum matrimonium nullo modo permittendus eſt lib.*2.*q.*8.*n.*19.

*Contractus oneroſi circa forum interiorē aliam habent rationem quam gratuiti,& è contra ibi.q.*11.*n.*18.19.

*Contractus in matrimonio,& in alijs cōtractibus ciuilibus quo pacto differant ibi.n.*22.

*Contrahens ſecundas nuptias quia ſciebat primas eſſe inualidas non eſt puniendus per Inquiſitores,eſto per Iudices ordinarios ſtante ſcandalo, & aliqua iniuria Sacramenti ibi.q.*7.*nu.*5. 6. 13.

Contrahens ſecundum matrimonium dubius de valore primi puniendus eſt per Ordinarium ibi.n. 18.

Contrahens ſecundum matrimonium ſi primum nullum declaretur, liberatur à pœnis ibi.n. 20.

*Contrahens ſecundas nuptias cum impotenti ex ipſo Sanches ſolum habet contractum ciuilem ibi.q.*8.*nu.*18. *nec fit reus S. Tribunalis ibi.n.*16.

*Contrahens ad caſtè viuendum poſt primum validum matrimonium ex ſententia Pontij tanquam bigamus puniendus ibi.q.*8.*n.*20.*ex Authore vero non puniendus à Tribunali ibi.n.*21.

*Contrahens ſi eſt incapax ad contrahendum puniendus lib.*2.*q.*9.*n.* 16.

*Contrahens ſecundum matrimonium metu cadente in conſtantem virum non eſt puniendus vt ſuſpectus de hæreſi. ibi.n.*22.

*Contrahens ſecundò fictè de qua fictione Iuridicè conſtet non eſt ſuſpectus de fide ibi.q.*11.*n.* 2. *puniendus ab Ordinario ratione fraudis ibidem n.*3. *ſi non eſt impeditus alio matrimonio tenetur de nouo conſentire ibi.n.*4.

*Contrahens ſecūdum matrimonium quod ſit nullum, & errauerit in cōditione perſonæ puniendus eſt ibi.q.*12. *n.*1.2. *ſi errauerit non ſolum in cōditione, ſed in perſona eſt reus bigamię ibi.n.*7. *cur puniēdus in tali caſu ibi.n.*15. *ſi eſt error cōcomitās vt ſi cōſenſerit cum Ancilla pro libera, adhuc Ancillam appetēs puniēdus ibi.n.*19.

*Cōtrahēs ſecūdum matrimonium clādeſtinum ab Inquiſitoribus de ſuſpicione inquirēdus ibi.n.*22.

*Cōtrahēs ſecūdo cum cōſanguinea in gradu prohibito reus eſt ibi.nu.*25. *ſine ſolemnitate cōtrahēs videtur quoad pœnam ſicut qui clādeſtinè cōtrahit ibid. n.* 27. *Per procuratorem ſecūdum matrimonium cōtrahēs poſt primum contractum pro bigamo habetur,& quare ibi.q.*13.*n.*19. 20.

*Cōtrahēs cum perſona altero matrimonio ligata ſcienter eaſdem pœnas incurrit, ac ipſa perſona lib.*3.*q.*11.*n.*33.

*Cōtrahens ſecundum matrimonium cum hæretica viuēte prima vxore præter pœnas bigamia, pœnas fautoriæ incurrit lib.*1.*q.*17.*n.* 32.

Contrahens ſecūdnm matrimonium quod

erit illicitũ, corã Parocho, & teſtibus magis augetur ſuſpicio in fide ibi.n.38

Continentia perpetua requiritur in Sacerdotibus lib.3.q.13.n.15.

Conſulens ad binas nuptias magis ſuſpectus, & magis puniri debet quam ipſe contrahens lib.3.q.5.nu.1. tenetur reſarcire damnum ſequutum ex ſuo Cõſilio ibi.n.4. nõ tenetur reſarcire ſi qui fecit ex ſuo conſilio eſſet alias facturus ibi n.6. Poteſt reuocare conſilium, nec tenebitur ad damnum etiamſi delictũ committatur ibi.n.7. etiãſi dubitet an ſuo conſilio influxerit tenetur ſecundũ aliquos reſarcire damna ibi.n.9. nõ liberatur à ſuſpicione ibid.n.12.14.16.

Conſulens in furtum, & ſimilia, dubitans ſi ſuo conſilio influxerit ſecundum aliquos non tenetur ad damna ibi.n.13. reuocans conſilium ad bigamiam religione motus poſtquam conſulerit, vt nõ ſequatur effectus liberatur à ſuſpicione, & pœnis ibid.n.16.

Conſulentes mandantes ſeu opem ferentes vt religioſi, ſeu clerici matrimonium contrahant non ſunt excommunicati, & quare ibid.q.14.n.6.8.9.

Conſulens, & mandatarius eodem modo ſe habent ibid.nu.20.27. monere debet illum contra quem conſilium dedit vt ſibi caueat ibid.n.26.

Corpus delicti in crimine hæreſis non neceſſarior quiſitum, ſed ſatis eſt de ſi cõſenſu conſtet lib.2.q.14.n.12.13.

Corporis traditio in ſecundo matrimonio cenſetur fruſtratoria ſi iã alteri in primo eſt traditum lib.1.q.6.n.24.

C V

Cultus diſparitas ex ſolo Eccleſiaſtico precepto eſt impedimentum dirimens lib.1.q.17.n.17.

C H

Chriſtus Dominus ſecudum Euangelium ſeptima, & ſeptuageſima generatione luxit in mundũ lib.1.q.6 n.8. Derogauit diſpenſationem ad bigamiam ibid. n.36. quibus verbis repudium reprobauerit ibi.q.7.n.2. videtur concedere diuortium ex verbis Euangelij ibid.q.12.n.77. Conceſſit ſolutionem matrimonij quoad torum, & habitationem non quoad vinculum ibid.n.81.88.

C L

Cleoboli dictum de paritate coniugij lib.1.q.12.nu.14.

Clericus ob fornicationem notoriam diũ continuatam debet à beneficio ſuſpendi lib.2.q.15.n.2. Obiectantiam defloratæ virginis ſuſpẽditur pœna extraordinaria ab officio, & beneficio ib.n.16.

Clericus cognoſcens carnaliter mulierem excommunicatam propter ſuum, vel alterius concubinatum eſt excommunicatus lib.3.q.14.n.10. falſo deponens coram Iudice ſæculari non fit illius fori ſecundum punitionem ibi.q.16.n.4.5.

Clericus nõ poteſt nec inuitè nec voluntariè priuilegio fori renunciare ibid.n.8.

D A

David excuſat ſe à matrimonio cum Michol filia Regis Saul eo quod pauper eſſet l.1.q.12.n.40. Ipſius Dauidis libidinoſa crimina narrãtur ibi.n.25.

D E

Delicta aliqua de corpore delicti conſtare debent lib.2.q.14 n.10. alia ſunt de corpus delicti, & alia mẽtalia ibidem q.15.nu.17. quæ ſunt interna nullam maiorem probationem habere poſſunt, quam oris confeſſionem ibid.n.19.20.

Delictum non debet in dubio præſumi, ſed ſatis eſt ſi poſſit inquiri ib. 3.q.6.n.17

Delicta ſi manerent impunita non conſuleretur quieti Reip. ibi.q.15.n.10.

Deus Hebræos ſine cauſa repudiantes benè reprehendit lib.1. q.7.n.50. ad ſacrificia repudiantium non aſpiciebat ibid.nu.51. eius miſericordiã debemus imitari in parcendo ibid. n.72.

Deus ad bigamiam diſpenſando peculiari prouidentia potuit ſecũdarios fines matrimonij accõmodare ibi q.8.n.20. Ipſe ſolus ad bigamiam diſpenſare valet ibi.n.23. cum Oſea de fornicatione diſpenſauit ibid.n.26.

Deus diſpenſando ad bigamiam quo modo

modo teneretur vir reddere debitum ibi.n. 33. diſpenſatione facta non inde fines ſecundarij matrimonij contemnebantur ibi. n. 37.

Deus in quibus præceptis poſſit diſpenſare ibid.q.11.n.44.45. cum Oſea, & Hebræis quomodo diſpenſauerit ibi.n.47.

Deus modo noſtro loquendi dicitur dolore percuſſus ibid.q.12.nu. 23. fatentibas humiliter proprios reatus condonat. lib.3.q.15.nu.13. Propter maiorum merita mitius deſcendẽtes punit; quin immo parcit ibi.q.9.n.26.28.

Deus particulari prouidentia in Sacris Inquiſitionis Tribunalibus aſſiſtit. ibi. q.15.n. 43.

De Diuortijs S. Matth. loquens explicatur lib.1.q.12.n.88.

D I

Dictamen tantum rationis non erat ſufficiens pro diſpenſatione Bigamiæ lib. 1. q.8.n.43.

Digamus veluti duas ducens vxores dicitur ibi.q.1. n.8.

Dilatio in cauſis non magni momenti potius eſſet incõueniens lib.3.q.18.n.33.

Diſcordia in cauſis leuioris momenti non conuenit lib.3.q.18.n.34. Inter Iudices maximum inconueniens ibi. n. 36.

Diſpenſatum videtur dici poſſe ad contrahendas ſucceſſiuè vlteriores nuptias lib.1.q.6.n.21.

Diuortia apud Athenienſes iuſtas cauſas exigentia ibid.q.7.n.54. facta ex cauſa multa impediunt mala ibid. nu.60. quoad torum, & cohabitationem habentur ex Concil. Trid. ibid.n.67. quoad torum quibus de cauſis licita ibid. uu.68. Ex Adulterio conceduntur perpetua ibid.n. 69.

Diuortia Chriſtianorum benè cohibent mala, quæ in matrimonio accidunt ibi. n. 70. non apta pro tempore Hebræorũ ibi.q.8.n.65. Exemplis Hebræorum fuerunt gentibus etiam conceſſa ibi. n. 67. ipſis conceſſis non omnino mitigaretur furor cõiugis offenſi ibi.q.7.n.75

Diuortia Caluiniſtarum cauſa multiplicandi bigamos ibi.q.12.n. 74.

Diuitiæ cauſa multoties cur aliquis bonis coniugij fruſtretur ibi.n.7.

D O

Dotes à mulieribus viris allatæ ſecũdum vſum Chriſtianorum approbantur lib. 1.q.12.n.44. Merito à mulieribus feruntur ne à viro aſpernentur ibid. qu. 12.nu.46. Sic etiam habetur ex Conc. Arelatenſi ibid.nu. 48. Non ſunt de natura matrimonij ibid. n.47.

Dotes allatæ à mulieribus ad firmitatem matrimonij iuuant ibid.n.49. Iuxta maritorũ gradum eſſe debent ibi.n.51

Dotes vxorum catholicarũ non cõfiſcãtur propter hæreſim maritorum ſi quando contraxerunt neſciebant hæreticos eſſe ibi.q.17.n. 21.

D V

Dubitatio ſpeculatiuè ſuborta, practicè deponenda lib.2.q.6.n.25.

E C

Ecolampadius Lutheri aſſecla quam malè obierit lib.1.q.12.n.62.

Eccleſia non habet poteſtatẽ concedendi repudium poſt matrimonium cõſummatum ibid.q.7.n.15.

E N

Encratitæ hæretici à Tatiano hæretico inuenti ibi.q.1.n.3.

E P

Epiſcopus quo pacto diſpenſet cum Diacono ducẽte vxorẽ ibi.n.7. cũ Subdiacono cõtrahẽte quomodo ſe debeat gerere ib.

Epiſcopi an poſſint diſpenſare cum clericis matrimonium ineuntibus, & quomodo lib.3.q.12.n.16.17.18.

Epiſcopus eo ipſo quod Põtifex cauſas hæreſis delegauerit, non poteſt de eis agnoſcere ibid.q.18.n.6.7. Non habet eam miniſtrorũ copiã quã Inquiſitores habent vt poſſit cauſas deciſionis fidei exercere, quin etiã per alias cauſas ibi. nu.9.10.

Epiſcopus in conſultatione proceſſus eſt ad uocãdus etiãſi reus nõ ſit baptizatus, & in quibuſdã alijs caſibus ib.n.15.16.17

EQ

Equites D. Iacobi, Alcãtaræ & Calatrauæ ſunt veri Religioſi, ſed poſſunt matrimonium inire lib. 3. q. 12. num. 26. 27.

ER

Eremitæ quodam tempore vota emittebant in manibus Prælatorum lib. 3. q. 13. nu. 20.

Error quorundam hæreticorum de ſecundis nuptijs lib. 1. q. 5. nu. 6.

Error Nicolai Meſſi aſſerentis dotem eſſe de natura Matrimonij ibid. q. 12. nu. 47.

Error in intellectu nõ facilè ex ſignis exterioribus adæquatè cognoſcitur lib. 2. q. 7. n. 12.

Error perſonæ ab errore conditionis in quo differat ibid. q. 12. n. 10.

Error circa valorem matrimonij non irritat matrimonium lib. 3. quæſt. 14. num. 20.

EV

Eua cur ex Adæ coſta formata lib. 1. q. 7. num. 57.

Euchariſtiæ Sacramenti præcipuus finis nutritio, & refectio animarum lib. 3. q. 2. n. 28. huiuſmodi ſinem peruertẽs, vt refectionem ſpiritualem ad corporalem conuertat ab Inquiſitoribus agnoſcendus ibid. n. 29.

Euchariſtiæ Sacramentum nõ cauſat gratiam toto tempore, quo eſt in ſtomacho ibid. n. 30. ſub pluribus particulis non eſt maioris conditionis, quam ſub paucis ibidem.

EX

Excommunicatio quot requirat cõditiones, vt poſſit participantes ligare lib. 3. q. 14. n. 8. 9.

Experientia fallere neſcit ibidem quæſt. 3. n. 2.

FA

FActum filiarum Loth approbat in caſu neceſſitatis coniugium inter parentes lib. 1. q. 10. n. 24.

Factum hæreticale quid ſit lib. 2. q. 1. nu. 19. 26.

Fama in plurimum fallax ibidem q. 5. n. 20. pro certitudine adminiculis adiuuari debet ibid. nu. 24. in rebus magni præiudicij non ſufficit lib. 3. quæſt. 6. num. 5.

Familiaris S. Officij ſi bigamus eſt ab Inquiſitoribus puniendus ibidem quæſt. 1. n. 6.

Farinacius vir doctiſſimus laudatur. lib. 1. q. 16. n. 4

Fautores hæreticorum incurrunt ſuſpicionem leuem vel vehementem ſecundum ſubiectam materiam lib. 1. q. 17. nu. 33.

FE

Fęmina quid apud Hebræos ſignificet lib. 1. q. 7. n. 40. Ex Hieronymo omne malum ibid. n. 41. pulchrè eius iniquitas à Chriſoſtymo exageratur ibid. nu. 42. Leuitas eius à quibus Auctoribus deſcribitur ibid n. 43. comprehenditur in lege, quæ prohibet quod nullus nocte vagetur lib. 3. q. 11. n. 10. Includitur in pœnis Canon. (ſi quis ſuadente diabolo) ibi. n. 10. ſi reperitur prægnans bannita poteſt impune occidi ibid n. 12. in omni ſpecie animaliũ debilior eſt maſculo exceptis vrſis, & Leopardis ibid. n. 21.

FI

Fictè conſentiens in matrimonio an ſit excommunicatus lib. 3. q. 14. n. 12. 13. 14. 15.

Fidelis ſi coitum habet cum Infideli addit circunſtantiam luxuriæ mutantem ſpeciem, & alias malitias lib. 1. q. 17. nu. 8.

Fides bona tunc ãdeſt quando adeſt inuincibilis ignorantia facti lib. 2. q. 10. nu. 13. de rebus diſtantibus Iure ſuo minuitur ibidem q. 5. n. 19.

Filiæ Loth in aliquo inculpãtur quamuis ab alijs omnino excuſentur lib. 1. q. 10 nu. 25.

Filiatio ex tractatu, & educatione probari poteſt ſecundum aliquos lib. 3. q. 6 nu.

nu.12.secundum alios vero non sufficit ibidem n.13.

Filij Salomonis ex mille vxoribus tres tantum, & qui lib.1.quæstion.6.numer.13.

Filij Dei, & filij hominum quinam fuerint ibid.q.12.n.21.24.

Filij potentiorum carnaliter cognoscebant pulchras mulieres antecedenter ad maritos ibid.n.25.

Fines matrimonij quot, & quales sint.lib.1.q.6.n.10.q.15.n.3.

Finis Rhetoricæ est persuasio etiamsi de facto non persuadeat lib.3.quæstion.5.nu.25.

Fisco ius acquiritur ex confessione rei lib.2.q.14.n.19.

Fiscalis, vide Promotor Fiscalis.

F O

Formula repudij vide repudium.

Fornicatio potissima causa dimissionis vxoris quoad torum, & habitationem lib.1.q.12.n.86.

F V

Furtum quomodo contra Ius naturæ lib.1.q.8.n.28.

G A

GAmos vnde deriuetur lib.1.q.1.nu.8.vxorem ducere propriè significat ibidem.

G E

Gentiliũ legislatores concesserunt Repudia morẽ Hebræorũ imitando ib.q.8 n.69 qui gẽtiles non tenebantur ad legem naturalem bigamiæ ibid.q.9.num.17. quid de luxuria suorum Deorum dicãt ibidem q.12.n.28.29.30.

G L

Gloriatio delicti si cadit super malitiam est peccatum, super aliud vero nequaquam lib.2.q.15.n.11. tendens in infamiam alterius probata in Iudicio punienda pœna extraordinaria ibid.n.14.si est de hæresi inter Catholicos, hæreticam personam supponit. ibid.n.21. Instrigimagis grauiter punienda ibid. num.29. si quis facile gloriatur in delictis non debet ad pœnam trahi ibi. nu.15.

G R

Gratianus à calumnia Kemnitij liberatur lib.1.q.5.n.10.

Græci causa adulterij matrimonia dissoluunt ibid.q.12.n.66.possunt ad Sacros ordines post matrimonium ascendere, & matrimonio antea celebrato vti li.2.q.17.n.12.si debent altari deseruire pro eo tempore ab actibus venereis abstinere debent ibidem nu.12. Nunquã eis licuit post susceptos sacros Ordines matrimonia inire ibid.n.14.15.si fuerint Sacerdotes, & post Sacros Ordines receptos matrimonium contrahãt eisdem pœnis submittũtur, quibus, & Latini lib.3.q.12.n.24. Eorum Sacerdotes Orientales Canonicis Constitutionibus latinorum astringuntur ibidem n.25.quidam Græcus in Regno Siciliæ falso accusatus productus fuit ad publicum suggestum cum palma ibid.q.18.nu.18.

H AE

HAEretici qui detestantur coniugia lib.1.q.1.nu.3. eorum carnalitas ex D. Petri sententijs describitur ibid. qu.12.nu.56. quinam fuerint qui carnalitate ducti opera fœminarum suos errores disseminarunt ibid.nu.57. existimantur hæretici formales transeuntes, vel redeuntes ad ritum Saracenorum ibid.q.14.n.14. Qui ex ipsis hæreticis fuerint bigamiam amplexi lib.2.q.1.n.23.

*Hæreticus quicunque ex factis iudicari potest ibid.q.2.nu.25. Irrisoriè baptizans sed intendens facere quod facit Ecclesia verè baptizat lib.3.q.14.nu.18. eius conuersio gaudium magnum in cœlo ibidem q.15.nu.2. in quo differat pœnitens à pertinaci ibid.num.3. si sponte crimen suum fatetur mitius puniendus, & beneficia Ecclesiastica non amit-

amittit ibid.n.23.25.ex praxi Inquiſitiouis in hoc caſu omnes pœnas exceptis ſalutaribus euadit.ibid.nu.30. Eorum Spontaneitas ſuos habet gradus, & vndecim ampliationes ex Farinacio ibid. n. 31.

Hæretici (exceptis relapſis) ante vltimã ſententiam condemnatoriam poſſunt ad miſericordiam recipi ibidem num. 32. qui poſt prolatam ſententiam condemnatoriam relaxationis ante publicationem tamen in publico ſuggeſtu cõuertuntur poſſunt ad miſericordiam admitti ibidem n. 33. qui ſerò conuertuntur quibus pœnis affligendi ibidem nu. 36. qui in tabulato ſeu publico ſpectaculo conuertuntur quid agendum de illis, & an debeant ad miſericordiam admitti. ibid. à num. 37. vſque ad 41. Pertinaces ſi conuertantur non viui, ſed mortui prius comburi debent ibid.n.42. ſi huiuſmodi in tabulato cõuertuntur, & ad miſericordiam recipiuntur debent immurari ibidem nu. 45. ſi poſtquam Curiæ ſæculari tradãtur conuertuntur quid agendum de ipſis ibid. n. 46. vſque ad 49.

Hæreſiarchæ quo pacto ob luxuriam pullulent, lib.1.q.12. n. 19.

Hæreſis grauius peccatum ratione obiecti lib.2.q.16.n.6.quæ circa carnis illecebras verſatur periculoſior ibid.q. 2.n. 9. Eius cauſæ deciſio olim de Iure ad Epiſcopos ſpectabat, hodie vero ad Inquiſitores certis articulis inter eos cõmunicatis lib.3.q.18.nu.1. In Hiſpania ſolum per Inquiſitores fit, & Rei puniuntur communicatis certis articulis cum Ordinarijs ibid.n.2.ex Siſto 4. Inquiſitori generali commiſſa. ibidem num. 3.

H E

Hebræi ex Diuino præcepto abſtulerunt vaſa Aegyptiorum lib.1.q.8. num.26. dum repudiant a prophætis non reprehenduntur ibi.nu. 47. Ad fidem Chriſtianam conuerſi non debent cum non conuerſis ſe immiſcere ibid.qu.14.n.6. Conuerſi per ſpatiũ 40. dierum diſcedere debent à non conuerſis, vt Romæ ſeruatur ibi. n. 8.

Henricus Rex Angliæ vi luxuriæ ductus Reginam ſuam Catherinam repudiat ibid.q.12.n.32. Pontificis obedientiam negat ibi. n. 34.

Henriquez ſententia de duplici matrimonio inualido abſque bigamiæ contractione refellitur ibi.q. 4.nu.11.

Hermaphroditi qui ſint lib. 3.q. 19.nu.1. eorum varia exempla adducuntur nu.2. vſque ad 12.quot ſint eorum ſpecies ibidem n. 13. aſſignantur cauſæ tũ æqualis, tum præualentis ſexus ibid.n. 22. In Luſitania quidam ex his iterũ baptizatur, ſed committitur ſacrilegium ibidem nu.26. ſi eſt æqualis ſexus poteſt eligere ſexum ad matrimonium contrahendum Iuratoria tamẽ cautione præſtita de non contrahendo in altero ſexu ibi. n.27. Si contrahat in altero ſexu mortuo primo coniuge matrimonium valet, ſed peccat mortaliter ibid.n.28. Exiſtimatur vir vel fœmina in ſexu quo præualet ibi.n.29.quãdo mutat ſexum non indiget Pontificia diſpenſatione ad contrahendum ſecundum matrimonium, & viuente illo, qui prius fuerat coniux ibid.n. 30. neque talis diſpenſatio requiritur quando mutatio fit vt præualeat alter ſexus, qui prius minus præualebat ibid. n.31. ſuperueniente altero ſexu æquali cum primo conſtat primum matrimonium ibi.nu.32.

H I

Hierarchitæ hæretici vnde habuere ortũ. ibi.q.1.nu.3.

Hieronymus Empſer in Lutheranos inuehitur ibi.q.12.n.59.

Hiſpania in integritate fidei perſeuerat quia Sanctiſſima Inquiſitione fruitur, defectu cuius nõnulla alia Regna ruũt lib.3.q.18.n.8.

Hiſpani vocant Damas puellas innuptas lib.1.q.1.n.8.quid ſpecialiter proferãt in contractione matrimonij ibid. q. 7. nu.58.

nu. 58. *quoddam eorum Adagium pro facto Aemilij affertur ibi.n.* 49.

HO

*Homicidium caſuale an inferat Irregularitatem lib.*2.*q.*9.*n.* 21.

*Homo etiam in ſtatu Sãctiſſimo poteſt ex humana malitia in homicidium iucidere lib.*1.*q.*7.*n.*76.

*Honeſtas,& pudicitia loco dotis in puellis ibidem q.*12.*nu.*43.

IA

*IAcob quadrigamus lib.*1.*q.*2.*n.*7.*pro coniuges ſeruit ibid.q.*12.*n.*40.

Do. Iacob Simanchas laudatur lib. 2. *q.* 2. *nu.* 4.

Iactantia vide gloriatio.

*Ianſenius optimè oſtendit diuortia Chriſtianorum cohibere mala lib.*1. *qu.* 7. *num.* 70.

IE

*Ieſuitæ qui vota bienniÿ emiſerunt ſi matrimonium contrahant etiam pœnis aliorum ſubduntur quamuis non ita grauiter lib.*2.*q.*17.*n.*22.28. *lib.* 3.*q.* 14.*nu.* 3. *ſunt veri Religioſi lib.* 2. *q.* 17.*n.*23.24.

IO

*Fr. Io. Marques laudatur lib.*1. *quæſt.* 7. *nu.*45.

IV

*Iudæus effectus Chriſtianus retinens nomen Iudaicum habetur ſuſpectus de Iudaiſmo lib*1.*q.*14.*n.*15.

Iudæus ſi cum Chriſtiana coiret ex lege Regia Caſtellę pœna mortis deberet affligi ibid.q. 7.*n.*9.

*Iudices an ex confeſſione extraiudiciali moueri debeant tit.*2.*q.*15.*n.*5. *Delegati maiores ſunt quocunque Ordinario ibid.q.*16.*nu.* 4. *Remittere debent ad Inquiſitores ſine vlla mora captos de hæreſi ibid.n.*5.*&* 12. *ſi fortè renuant mittere, pœnas ſtatim incurrunt ibid.n.*14. *In quibus prouinciÿs Hiſpaniæ perperam de delicto bigamiæ cognoſcunt lib.q.*1.*num.* 9. *quare de hoc delicto non debeant agnoſcere ibidem n.*10. 20.

*In Regno Sicilię pro Inquiſitione cum bigami benè ſe gerunt. Eccleſiaſtici deberent æque ferre vt ſoli Inquiſitores de delicto bigamiæ cognoſcerent ibid.q.*1. *nu.* 11.

*Iudices quicunque ipſi ſint ſi adeſt dubiũ poſſunt cognoſcere an ſua ſit in cauſis Iuriſdictio ibi.q.*2.*n.*12. *Poſſunt ſecũdum aliquos incipere à captura ibid. q.*3.*n.*21.

*Indebitè torquentes aliquem pœna capitali plectendi ibi.q.*7.*n.* 13.

Iudices præſtare debent nõ ſolum ipſi, ſed Reges auxilium vt exequantur pœnæ ab Inquiſitoribus inflictæ ibid. qu. 10. *nu.* 20. *ſi eſt ſæcularis eſt incapax Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ibi.q* 16.*n.*6. *Non poterit punire Clericum, nec in perſona, nec in bonis ibid.nu.*7. *Etiam Eccleſiaſtici, qui poſſunt de eodem delicto inquirere præuentionem habent, & quare ibi.n.* 14. 15.16.17. *Eccleſiaſticus debet tam clericum, quam laicum punire, ſi clericus ſimul cum laico delictum comiſerit ibi.n.*19.20. *Vnus & idem per exceptionem perplexitatis poteſt punire plures delinquentes quãuis diuerſi fori ibi. n.*27.

*In ſententia depoſitionis, Epiſcopi debent omnes eſſe concordes ibid.q.*18.*nu.*20. *ſi eſt ſæcularis an poſſit Clericum abſoluere ibidem n.*24.25. *diſcordant ipſi aliquando in ſententijs ob varietatem naturæ ibidem nu.*26. *ſi aliquando viderint innocentem ſufficientibus teſtibus conuinci quid facere debeant ibid. n.*32. *Cuicunque ipſorum licet ſuum emendare, & mutare decretum ibid. nu.* 39.

Iudices cauſarũ fidei ſunt Apoſtolici ibi. nu. 46.

*Iura quæ fauent matrimonio ſunt fauorabilia lib.*2.*q.*4. *n.*3.

*In cauſis fidei decidendis quęnam ſeruanda ſunt lib.*3.*q.*18.*nu.*44.

*Iura Ciuilia in cauſis fidei nihil importãt præter

præter Ius Canonicum ibid.nu.46. An ſeruari debeant deficiente Iure Canonico, ſic etiam & Apoſtolicis Conſtitutionibus ibid.nu. 47. non vt leges, ſed vt ſapientium dicta ab Eccleſiaſticis ſunt accipienda ibid.n.49.corriguntur à Iure Canonico pro determinatione temporis de tranſitu ad ſecundas nuptias lib.2.q.5.n.5.

Iura municipalia primum locum obtinẽt in Hiſpania ibid.n.50.

Ius acquiſitum facilius retinetur quam de nouo acquiritur lib.2.q.6.n.3.

Ius ſibi dicere nemo propria auctoritate poteſt ibi q.7.n.3.

Ius commune ex commiſſione Pontificia per particulares Conſtitutiones derogari poteſt lib.3.q.18.n.45.

I G

Ignorantia facti craſſa, & ſupina nullo pacto excuſat lib.2.q.10.nu.14. ipſa ceſſante deficit bona fides ibidem n.15. ſi eſt Iuris non excuſat ſaltim regulariter ibi.n.16. Iuris naturalis minus debet excuſare ibid.n.17. Inuincibilis nõ inuentus de facto in contractione ſecundarum nuptiarum ibi. n. 18.

I M

Imparitas coniugij quas moleſtias in coniugijs parturiat lib.1.q.12.n.3.

Imparitas coniugij filiorum Loth, & filiarum Cain Dei cordis percuſſio ibidem nu. 3.

Imperatores Chriſtiani vix excuſantur à culpa qui conceſſerunt repudia lib.1. q.6.n.45. laudantur eo quod bigamiã prohibuiſſent ibi.q.8.n.74.

Impedimentum dirimens matrimonium eſſe de Iure Diuino, vel Eccleſiaſtico ſecundum alios ordini ſacro adnexum lib.2.q.17.n.40.42.

Impedimentum dirimens eſto ſit occultũ & in foro conſcientiæ excuſet a culpa, non vero in foro externo excuſat à pœna ibi.q.7.n.14.

I N

Inimicitia priuata in rebus publicis relinquenda lib.3.q.18.n.37.

Indi nouiter conuerſi per diſpenſationem Pontificis non prohibentur cum non conuerſis habitare lib.1.q.14.num.10. Gubernantur ſicut qui in primitiua Eccleſia ibid.n.11. qua leuitate polleant ibi.nu.16. ſi ex ignorantia in bigagiam inciderint excuſatione ſunt digni ibid.n.17.

Inditia quomodo in cognitionem delicti poſſunt facere deuenire lib.3.q.6.nu. 19.20. proxima, & remota in quo differant, & quæ illa ſint num.22.23. 24.

Indiſpoſitè accedens ad Sacramentum pœnitentiæ committit ſacrilegium lib. 1.q.6.n.25.

Infideles non excuſantur à culpa mortali ſi committant repudium lib.1.q.7.n. 8. ob ſolam ignorantiam inuincibilem excuſantur à præcepto de non repudiãdo ibid.n.9. Excuſantur ob ſolam ignorantiam à Polygamia ibid qu.9.n.26. omnino excuſari ab illa ſecũdum Abulenſem, & Veramcrucem ibi.n.27.28

In quibus caſibus poſſunt à matrimonio diſſolui ibi.q.13.n.9. Poterant cum fidelibus in primitiua Eccleſia cohabitare, modo vero nequaquam ibidem n.11.12.

Infidelis coniux certus de obſtinatione ſuæ infidelitatis non debet præmoneri à coniuge fideli ibid.n.15. ſi conuertatur, & habeat plures coniuges etiam ad fidem conuerſas primam retinere debet ibid.n.20. Si non conuertatur, & alter coniux fidelis ad ſecundas nuptias tranſit eſt bigamus, eſto in praxi non ita tractandus eſſet niſi retineat veteres errores ibidem quæſt.14.num. 1.2.

Infidelis modo conuerſus in Indijs an ſi alter coniux nolit conuerti poſſit ad ſecundas nuptias tranſire ibi.n.3.

Infidelis in Indijs relicta coniuge infideli tranſiens ad ſecundas nuptias tanquã bigamus leuiter puniendus ibi. nu.12. ſi vero errorem intendit quod forſitan licita fuerit bigamia tanquam hæreticus

cus acriter puniendus ibi.nu.13.
In ore duorum vel trium stat omne verbum *lib.2.q.5.nu.29.*
Inquisitores debent diligenter inquirere pro bigamis circunstantias loci, temporis, & personarum lib.2.q.1.num.13. q.2.nu.10.
In Regnis Hispaniæ ab Inquisitore generali ex cõcessione Pontificis creatur ibi.q.16.n.1. à Summo Pontifice potestatẽ accipiunt ib.n.2. possunt recognoscere in sacris initiatos siue publicè, siue occultè nuptias cõtrahãt ibi.q.17.n.21.
Inquisitores ante Sixti V. tempora solũ cognoscebant delicta, quæ sapiebant hæresim lib.3.q.2.n.1. habent ex propria Iurisdictione cognoscere vniuersitatem causarum fidei ibi.n.7.
Inquisitorum Iurisdictio habet commoda delegatæ Iurisdictionis esto accedat ad Ordinariam ibid.n.8. vnde iurisdictioni delegatæ assimilatur ibidem nu.9. Post Sixtum V. extenditur ad omnia quomodocunque etiam non manifestè sapientia hæresim ibi.n.11.
Inquisitores, ex verbis Bullæ contra sollicitantes possunt contra quoslibet de præterito diffamatos procedere ibid.n.36. cessante speciali concessione cognitionis de delicto bigamiæ adhuc possent procedere ex generali ratione contra suspicionem de hæresi ibi.n.61.
Inquisitores debent multum aduertere cõtra delatum an probatio sufficiat ad capturam ibid.q.3.nu.3. Consulere debent viros doctos, nisi res sine dubio fuerit, an persona vilis ibi.q.3.n.4. In Sicilia pro suo arbitrio habent an capi debeat delatus dato teste omni exceptione maiori ibi.n.15.
Inquisitores dicuntur Iudices quoque Ecclesiastici ibid.q.8.n.18. etiamsi Sacerdotes sint pœnis fustigationi castigare possunt ibi.q.10.nu.13.19. Possunt quoq; clericos eisdem pœnis castigare, esto ob honorem sacrorum ordinum id non efficiant ibi.n.21.22.23.
Inquisitores nõ permittunt a suis reis solui carnifices in castigãdo ibi.n.27. Possunt homines ad triremes mittere, & mulieres pœna fustigationis castigare absque nota Irregularitatis ibid.q.11.nu.39. debent prudenter agere cum his, qui statim sponte crimen suum fatentur ibi.q.15.n.26.
Inquisitores sine proprijs collegis decernere non possunt in quibusdam causis, & in quibus possint ibi.q.18.n.19.
Inquisitores, & Episcopi cum non conueniunt, de Iure causa ad Sedem Apostolicam deuoluitur, & in Hispania ad Consilium Inquisitionis ibi.nu.21.22. Multoties à Consilio discordãt vt causa ad superiores deuoluatur, idemq; in Cancellerijs obseruatur ibi.n.30.31.
Inquisitores Hispanici in punitione blasphemiæ quo pacto debet intelligi quod leges Regias seruare debeãt ibi.n.51.
Inquisitor Generalis Sedis Apostolicæ vices gerit ibi.n.51.
Institutio facta hæredi monacho credito pro latco tenet lib.2.q.12.n.6.
Instrumentum cõtinet probationem probatam lib.3.q.4.n.34.

I R

Irregularitas à Iure positiuo introducta lib.1.q.2.n.1. Idem ac sine regula, vel contra regulam Apostolicam ibi.nu.2. rationales supponit in homine operationes ibid.q.4.n.20.
Irregularis nõ erit siquis contrahat inualidè cũ corrupta, vel vidua ibi.n.18.
Irregularitas non incurritur propter mẽbri debilitationem lib.3.q.10.n.18.

K E

KEmnitius malè sentit de benedictione secundarum nuptiarum lib.1.q.5.n.5. Lutherum, & Caluinum sequitur quoad errorem bigamiæ ibid.q.12.nu.53. & 75.

L A

LAmec primus bigamus lib.1.q.6.n.7. Diuinum præceptum transgrediens puniendus petitur ibi.q.6.n.9.

Lamiæ, vide ſtriges.
Latinis nũquam licuit poſt ſacros Ordines ſuſceptos matrim. inire lib. 2. q. 17. nu. 14.
Laudes quamplures pulchræ, & honeſtæ vxoris lib. 1. q. 12. n. 6.

L E

Leges ciuiles contra ea, quæ à Sacris Canonibus ſunt inſtituta nihil valent lib. 2. q. 5. nu. 1. & Romanorum, in negotijs fidei non debent in conſequentiam trahi ibi. q. 16. n. 11.
Leo Pontifex quod ſenſerit de virgine deflorata in vxorẽ ducta lib. 1. q. 4. n. 3
Lex Chriſtiana per indiſſolubilitatem matrimonij quam plurima mala vitat ibi. q. 7. nu. 61.
Lex à ſolo imponente mutatur ibid. q. 8. n. 43. vetus non puniebat coniugia repudiatarum ibid. n. 47. In Regno Scotiæ de recognoſcẽdis vxoribus peſſima videtur ibid. q. 12. nu. 27. æſſertur illa Holſatiorum ibid. n. 14. quotieſcunque non effectum ſed factum reſpicit pœna infligitur ita ex facto nullo quam ex valido lib. 2. q. 9. n. 5
Lex quæ aſſignet pœnam filiæ contrahenti matrimonium ſine patris conſenſu nulla eſt ibidem nu. 14. habet proſcopu vt quieti Reip. conſulatur lib. 3. q. 15. n. 9.
Lex Galliæ prohibens conſanguineos Regis matrimonia inire abſq; ipſius conſenſu non eſt toleranda lib. 2. q. 9. nu. 15.

L I

Libellus Repudij, vide Repudium.
Libido corruptela terræ lib. 1. q. 12. n. 20.
Libidinoſa concertatio in quadam Ciuitate Italiæ narratur ibi. n. 35.
Litteræ peculiares generalis Inquiſitionis pro vna cauſa vim pro ſimilibus habẽt, niſi aliud ex his contrarium deprehẽdatur lib. 3. q. 18. n. 52.
Lyram per ſomnium imaginari quid ſignificet lib. 1. q. 12. nu. 9.

L V

Lutherus errorem bigamiæ ſuſcitat lib. 1. q. 12. num. 52. Allucinatur dum bigamiam Euangelio prohibitam nõ videt ibi. n. 55. deſcribitur eius luxuria in celebrando nuptias cum Catherina Bore Monacha profeſſa ibi. n. 58. quẽdam Iuriſconſultum ad bigamiam diſpenſat ibid. nu. 60.
Lutheri funus deſcribitur ibid. n. 63. Inter latinos primus bigamiam cauſa Adulterij approbat ibid. n. 67. ex quà plurimis cauſis bigamiam multiplicat ibid. nu. 68. poſſe clericos, & religioſos matrimonia inire affirmat lib. 3. q. 12 num. 9.
Luxurioſi minus fecundi eſſe ſolent lib. 1. q. 6. n. 12. ad varias turpitudines inclinantur ibid. q. 12. n. 18. quæ ad continentiam ſpectat non iudicant ibi. n. 56.

M A

Mahomettus in conceſſione bigamiæ ſibi contradicit lib. 1. q. 12. nu. 54. In quibus caſibus diuortia admittat ibi. n. 72.
Maiori miſericordia cum his qui ad pœnitentiam veniunt agendum eſt lib. 3. q. 15. n. 5.
Mala in matrimonio prouenientia potius humanæ malitiæ quam iuſtæ occaſioni tribuenda lib. 1. q. 7. n. 67.
Malcholmus Rex annullat legem peſſimã de recognoſcendis vxoribus ibidem q. 12. n. 27.
Malitia Iuri naturæ repugnans qualis ſit ibi. q. 8. nu. 28.
Mandatarius non differt à conſulẽte lib. 3. q. 5. n. 20. ſi eſt abſolutus prodeſt mãdanti ibi. q. 16. nu. 29.
Marcioniſtæ hæretici à quo, & quãdo lib. 1. q. 1. n. 3. eorum Auctor per mulierem animos decipiebat ibi. q. 12. n. 57.
Marius Giurba laudatur lib. 3. q. 9. n. 30
Martialis quibus verſibus formulã repudij Romanorũ deſcribat li. 9. q. 8. n. 70. Simul cum Iuuenali illuſtratur lib. 2. q. 8. nu. 12.
Martinus del Rio circa definitionẽ facti hæreticalis optimè defenditur, & explicatur lib. 2. q. 1. n. 20.
Mater per tranſitum ad ſecundas nuptias,

tias, & animum nubendi desinit esse Tutrix lib.2 q.3.n.23.

Materia Sacramenti matrimonij secundum aliquos consensus procedens ab vno, & forma, consensus procedens ab alio lib.2.q.9.num.8. secundum alios sunt contrahentes, & forma verba, quibus explicatur consensus ibi. nu.9. secundum alios solus consensus, forma vero sunt verba ibi.n.10.

Matrimonium de præsenti non consummatum separatur per ingressum Religionis lib.1.q.2.n.15. si est consummatum quoad vinculum nullo modo separari valet ibid.n.17. Non dicitur per Anthonomasiam Sacramentum ibi.n.20. In definitione bigamiæ venit nomine Sacramenti significatum eo quod in subiecta materia nullum aliud debet venire ibi.nu.20. si fuerit cum defforata in vxorem ducta retrotrahitur ad tempus defforationis ibidem q.4. num.6.

Matrimonium vnum validum, & alterum inualidum siue simul, siue successiuè contrahatur, bigamiam infert ibi. num.3.

Matrimonium consummatum cum vidua à priori viro corrupta, vel cum corrupta per copulam illicitam ab alio bigamiam includit ibi.nu.14. si fuerit cum vxore rea adulterij, irregularitatem infert, quãuis virgo ducta fuerit ibid.nu.19.

Matrimonium Adami, & Euæ Christianorum matrimonium significauit ibi. q.6.n.22.

Matrimonium ex Apostolo mutua corporum traditio ibi.q.8.n.3. quid in antiqua lege ad bigamiam dispensabatur cum Sacramentum non esset, non perfectè significabat ibid.num.21. Apud Hebræos ideo inter consanguineos strictioris gradus concessum, vt magis vitarentur repudia ibid.n.64. cum essent homines pauci singulos obligabat ibid. q.10.n.13.

Eius præceptum à Christo Domino non abrogatum, extat in communi, quãuis pro nunc non obliget in particulari ibid.n.15. singulos autem obligaret ex paucitate hominum ibi.n.16. Cum parentibus quæ, & quot inferret incõmoda ibi.n.21. Si celebretur cum consanguineis eius fines non tolluntur, sed perturbantur ibi.nu.26.

Matrimoninm cum parẽtibus secundum Caietanum à Deo dispensabile, & in casu necessitatis licitum secundum Sãches ibid.n.27.28. Ob quas causas simul celebrari soleat ibi.q.12.nu.2. Si fuerit inter inæquales Mezentij supplicio assimilatur ibi.n.10.

Matrimonium Infidelium verum, & legitimum, sed non ratum ibidem q.13. n.2. ex dispensatione Christi dissoluitur si alter coniux conuertatur ibid.n.5. Non statim dissoluitur ex susceptione baptismi ibid.nu.6. Ex quo fundamento, & casibus sit dissolubile ibid.n.7.8.9.13. Si accidat dissolui debet esse præmonitus cõiux infidelis si velit cõuerti ibi.n.14.

Matrimonium Infidelium statim dissoluitur, ac fidelis coniux transit ad secũdas nuptias ibi.n.16. Est verum Sacramentum, & gratiã confert eo ipso quod baptizantur ibi.n.11. In quo sensu sit Sacramentum, & in quo signum rei sacræ ibid.q.16.nu.4.7.9.10. Nec ex ignorantia, nec ex consuetudine quoad vinculum dissolui potest ibi.n.12.

Matrimonium iteratũ siue publicum, siue secretũ pro eodem existimatur lib.2.q. 1.n.11. plura habet Iura fauorabilia ibid.q.4.n.3. Clandestinum non includit contrahentes per verba de futuro, & copula confirmantes ibi.n.5.

Matrimonium sola morte coniugis dissoluitur ibid.q.6.n.11. ob impedimentum dirimens nisi per duos testes omni exceptione maiores non soluitur ibid. nu. 26. lite pendente contractum validum ex Barbosa ibid.q.7.nu.7.

Matrimoniũ si fuerit initũ cõtra interdictũ Ecclesiæ nullũ ibi.n.8. contractum

contra Pontificis interdictum an ſit validum ibi. n.9.

Matrimonium ſecundum ante ſententiã Eccleſiæ lite pendente contractum regulatur iuxta exitum ſententiæ, & vnde ibi.n.10.11.& 12. Eſt ſeparabile ſi lite pendente ſuper impedimento diriment prius matrimonium contractũ fuerit.ibid n.15.16. Vt nullum declaretur requiritur plena probatio quod primum ſolutum non fuerit cum ſecundum fuit contractum lib 3.q.6.nu.10. fictè contractum recedente fictione eget de nouo vero conſenſu lib.2.q.11. nu.13.

Matrimonium lite pendente contractum ſi ſententia in eius fauorẽ ſuperueniat valet,& tenet lib.2.q.7.nu.17.

Matrimonium contractum ad caſtè viuendum an validum vel irritum ſit. ibid.q.8.n.1.3.7.

Matrimonium vtroque teſte carentium vſq; ad tempus Sixti V. validum erat ibi.nu.10.

Matrimonium B. Virginis, & D. Ioſeph ad caſtè viuendum fuit verum matrimonium ibi.n.13.

Matrimonium durat quando impotentia non fuit ab initio cognita ibidem n.14.

Matrimonium non ratificatur per copulam metu extortam ibi.q.9.n.23.

Matrimonium nullum vel ex defectu cõſenſus, vel incapacitate contrahẽtium. ibid.q.11.n.1.

Matrimonium non tenet etſi ſeruitus non ſit perpetua, ſed ad tẽpus ibi.q.12.n.3.

Matrimonium clandeſtinum ex Iure naturali obligat ad ſimplicem promiſſionem ibi.nu.23.

Matrimonium contractum poſt mandatũ reuocatum nullum eſt ibi.q.13.n.13.

Matrimonium ſubſequens poſt ſolemnem profeſſionem irritum ib.q.17.n.9.

Matrimonium fidelis cũ Pagano, Iudæo, & hæretico quare illicitum ſit,& graue peccatum inuoluat lib.1.q.17.nu. 2.3.4.7.

Matrimoniũ per procuratorem contractũ an validum ante, & poſt Concil.Trid. lib.2.q.13.n.1.non eſt ſublatum ibi.n. 2. ſecũdũ aliquos eſt Sacramentum,& gratiam confert ibi.n.3. vt ſit validũ debet eſſe coram Parocho, & teſtibus ibi.nu.15.

Matrimonium qua ratione pugnet cum ordinibus ſacris l.3.q.13.n.11.12.13.

Matrimonium conſummatum non poteſt ex Pontificia diſpẽſatione diſſolui ibi. q.13.n.23.

Matrimonium poteſt ne contrahi cum hętico ex aliqua magna cauſa cum periculo peruerſionis lib.1.q.17.n.29.in illis Regionibus in quibus catholici cũ hæreticis promiſcuè viuunt benè poteſt ſine peccato inter ipſos fieri. ſi contrahatur à Catholico cum hæretica citra diſpenſationem, vel vſum toleratum facit ipſum catholicum in fide ſuſpectũ ibi.n.31. ſi eſt fidelis cũ hæretico nullo Iure eſt irritum fidelis cum cathecumena catechizata eſt irritũ, & quare ibi.n.1.3.14.15.19.20.

Matrimonium ratum non diſſoluitur per ſuſceptionem ſacrorum Ordinum, benè tamen per ſolemnem profeſſionem lib. 3.q.13.n.6.7. Si antecedit non dirimitur per vota ſimplicia Societatis Ieſu. ibi.nu.18.nec per vota Beatarũ (ideſt monacharum di caſa) nec Eremitarũ in ſæculo degentium ibi.n.19. bene tamen dirimitur per profeſſionem in Hieroſolymitana Religione ibi.nu.21. Eius vinculum omnino dirimitur ſolemni profeſſione alterius ſponſi, & cõiux manens in ſæculo eſt vinculo ſolutus ibi.nu.22.

Matrimonium apud recenter conuerſos de fideli cum Infideli probabiliter valere videtur lib.1.q.12.num.25. licet iuſta cauſa diſpenſationis non ſit validum erit, & ſi contra Ius Diuinum peccetur ibid.q.17.n.26.

ME

Medicorũ imperitia non Tuphaniæ aqua tot ſequutę mortes in Sicilia creduntur lib.1.q.7.n.74. de facili venenis morbos,

bos, quos curare neſciunt tribuunt ibi. q.7.n.74.

Melanchton Lutheri aſſecla quando bigamiam approbet ibid.q.12.n.7.

D. Malchus monachus non iniuit cum illa fœmina matrimonium, ſed ſolũ habuit ſanctam ſocietatem lib.2.q.17.nu.18.

Melior eſt conditio poſſidentis, *quomodo intelligi debeat illuſtratur ibidẽ q.6.n.24.31.*

Meretrices cur non parturiant lib.1.qu. 15.n.4.5.6.& 7.

Meſſalina Imperatrix quid de ſua luxuria dicere ſolebat ibidem q.15.n.8.

Metus leuis non cadens inconſtantem virum facit vt mitius cum bigamo procedatur lib.2.q.9.n.25.26. Reuerẽtialis nõ impedit matrimoniũ ibi.q.9.n.27.

M I

Miniſtri Eccleſiæ quare leuitæ dicantur lib.1.q.2.n.7.

Miniſtrans corpus Chriſti Sacerdos in peccato mortali exiſtẽs ex Vaſquez nõ peccat mortaliter lib.3.q.2.n.18.

M O

Moleſtiæ coniugum ex Sacramenti matrimonij reuerentia æquo animo ferri debent lib.1.q.12.n.11.

D. Monacha quo pacto cum viro Infideli nupſit ibidem qu.17.nu.11.

Monialis matrimonium contrahens excommunicatur lib.3.q.12.nu.7.

Monogamus veluti vnam ducens vxorẽ interpretatur ibid.q.1.n.8.

Monogamus, *& Bigamus in quo differãt in ſignificatione ibid.q.2.n.12.*

Monogamia initio naſcentis mũdi à Deo commendata, & præcepta ibi.q.6.n.9. Etiam apud Ethnicos ibi.q.6.n.42.

Montaigne non bene dicit nomine Sacramenti in definitione bigamiæ venire matrimonium quia forte excellentius. ibi.q.2.n.20.

Montanus hæreticus per mulieres hæreſim ſpargit ibi.q.12.n.57.

Mors non ſolum probabilis ſed certa debet eſſe de coniuge abſente, vt alter cõiux poſſit ad ſecundas nuptias tranſire lib.2.q.5.num.6.

M V

Mulier morigerata via ad poſſeſſionem lib.1.q.12.n.50. ſi recuſat primum virum per Sanctiſſimum Tribunal plectenda eſt lib.2.q.10.n.3.11. Eſt Adultera tranſiens ad ſecundas nuptias ſi primus eius vir viuus redeat ibid. nu.4. ſi contraxerit dubitãs de morte viri tenetur reddere debitum, ſed non poteſt exigere ibid.n.5. non poteſt accuſari de adulterio ſi rumor de morte viri præceſſerit ibid.n.6 ſi motu luxuriæ ad primum virum redire nolit, ad ordinariũ ſpectat ibi.n.11. ſi fuerit nobilis in pœnis reputãda erit ſicut, & homo nobilis lib.3.q.11.n.1.2. ſecundo nubens nõ ſpectato quadriennio à Iure Ciuili pœna capitali plectenda, ſed à Iure Canonico talis pœna correcta eſt ibidem q.8.nu.6.7. Includitur ne in legibus pœnalibus quæ per verba cõtra maſculos prolata pronũciãtur ibi. q.11.num.3. Ligatur ſtatutis generaliter loquentibus ſicut mares, niſi reperiatur ſpecialiter excepta ibid.n.13. nõ excuſatur à Iuris ignorãtia ibi.n.14. Ob fragilitatem ſexus, & verecũdiam an pœnis inflictis liberetur ibi.nu.16. Ex proprio nomine mollities eius denotatur ibid. nu.20. Huiuſmodi mollities ſecũdum aliquos refertur ad animum, ſecũdum alios ad corpus ibi.n.22.23. quomodocũque referatur ſemper alleuat pœnas ibi.nu.24. à pœna remigãdi liberatur ibid.nu.30.

Mulier pro Biuiria eiſdem pœnis, ac viri pro bigamia affligi debet, exceptis his, quæ ob ſexus indecẽtiam non cõueniũt ibidem nu.31. quo modo pro tali crimine caſtigari debeat ibidem num.43.44.45. in Hetruria quomodo caſtigari ſoleat ibidem num.40. ſi fuerit nobilis nõ eximitur ab abiuratione ibid.num.46. Poſſunt pro nobilitate in tali caſu pœnæ commutari in pœnam pecuniariam ibidem numero 47.

Mulier an ſollicitãdo confeſſariũ incurrat pęnas ſollicitãtiũ vide ſollicitatio.
Mutua corporum traditio quo modo intelligenda lib. 1. q. 8. n. 31. & 32.

N A

NAtiones varię habentes in communi vxores referuntur lib. 1. qu. 9. num. 4.

N E

Neceſſitate extrema exiſtente nõ eſt opus Pontificia diſpenſatione ad accipiẽdas res alioquin alienas ibid. q. 11. nu. 48.
Nemo eſt Dominus ſuorum membrorum lib. 2. q. 14. n. 16.

N I

Nicolaus primus rectè contra Bigamiã, de qua hic agitur, inuehitur lib. 1. q. 6. num. 5.
Nicolaitę communitatem vxorum etiam amplectuntur ibid. q. 9. num. 6. q. 12. nam. 57.

N O

Noemo, & filijs eius redditur facta reuelatio de diſpenſatione ad bigamiam ibidem q. 8. nu. 41. reuelationem habebat de propagatione generis humani ibidem q. 10. nu. 34.
Nobiles cæteris paribus in omni actu plebeis præferuntur lib. 3. q. 9. nu. 8. Ipſis maior fides adhibenda ibid. n. 9. Honorantur in teſtimonijs ibid. n. 11. Excuſantur à muneribus tam realibus, quã perſonalibus ſordidis ibi. n. 12. Mitius puniri debent ibid. n. 13. vt in plurimũ non plectuntur pœna remigandi ibid. n. 14. non torquentur in multis caſibus, in quibus plebei torturæ ſubmittuntur ibidem nu. 15.
Non ſuſpenduntur, ſed decapitantur ibid. n. 16. facilius ipſis gratiæ conceduntur quam plebeis ibid. n. 18. Adulteri non tam facilè occiduntur quam plebei ibid. nu. 19. Plus ſunt aſtricti ad bene operandum quam plebei ibid. nu. 20. Ob delicta redduntur ignobiles ibid. n. 21. eorum peccata maiora ſunt erga Deum ibid. nu. 22. aliquid eſt eis condonandum ibid. nu. 24. Magis pœna pecuniaria, quam corporali ſunt affligendi ibi. num. 32. 39. 54. Cum plebeis æquè plectuntur in pœnis à Iure ſtabilitis ibi. nu. 35. In quibus caſibus non ſeruatur quod mitius puniri debeant quam plebei? ibi. nu. 36. In delicto bigamiæ qua pœna puniendi ibi. nu. 55. In Tribunali Hiſpanico, & Romano pro tali delicto non puniuntur pœnis ignominioſis ibidem n. 51. 52. eorum pœnæ arbitrari debent iuxta proportionem ad pœnam corporalem ibidem num. 53.
Nobilis mulier non damnatur in metallũ in perpetuum ibi. n. 17.
Nobilitas valdè prodeſt Reip. & bono Regimini ibi. nu. 1. quid ſit ex Ariſtotile, & quotupliciter ex Platone deſumatur ibid. nu. 3. 4. Immunitatem præbet à muneribus indictis ibi. nu. 7. In peccatis eſt circũſtantia aggrauans, ſed nõ mutat ſpeciem ibi. n. 23. Nihil operatur ad mitigationem pœnæ ſecundum aliquos in criminibus contra fidem ibi. n. 40. Eius cauſæ in Hiſpania habent proprios Iudices peculiares ibid. q. 18. num. 12.
Nobilitas mulierum ſuffragãda ſicut nobilitas virorum ibidem quæſt. 11. nu. 1. & 2.
Notarij manifeſtis probationibus probare debent amiſſionem inſtrumenti. ibid. q. 4. n. 22.

N V

Nuptiæ poſt Concilium Trid. publicè celebrandæ lib. 2. q. 1. nu. 10 ſecundæ ex quo capite aliquando peccaminoſæ lib. 1. q. 11. n. 54. 55. 56.

O B

OBligatio naturalis, & ſi inefficax ſit, aliquem tamen habet effectum lib. 2. q. 12. nu. 5.

O C

Occidens laicum putans occidere clericum non

non eſt excommunicatus lib.1.q.4.nu. 17.ſi occidat Petrum intendens occidere Ioannem puniri debet lib.2.q.12 nu.13. Excuſatur à pœnis Canonum ſi occidat Clericum intendens occidere laicum ibid.n. 16. Non peccat ſi occidat aliquem ad ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ lib. 1. q.8.nu.25.

O D

Odia ſunt reſtringenda *in quo ſenſu accipi debeat lib.3.q.11.*

P A

PArochus ſi amittat librũ, in quo adnotari ſolent matrimonia quid agẽdum lib.3.q.4.nu.1. eius fides plenam facit probationem ibid.n.2.ſub mortali tenetur retinere librum in quo adnotentur coniugia,teſtes,& cæteræ circũſtantiæ ibidem nu.3. etiamſi ſint Religioſi eundem librum ſeruare debent ibid.nu.4.

Parochi fides de matrimonio ex duplici capite deſiderari poteſt ibid. nu. 8. An ſuppleri poſſit per teſtium probationem ſi eſt omnino amiſſa ibidem nu. 5.6.9. ſuppleri poteſt per teſtes probantes amiſſionem inſtrumenti, & in qua forma ibi.n.11.12.13.

Parochi Iuramento an probari poſſit ſufficienter amiſſio inſtrumenei ibi.n.18. 20. 26. non videtur ſatis eſſe ad probandam amiſſionem libri in quo adnotari ſolent coniugia ibidem nu. 23. vt eius iuramento probetur amiſſio inſtrumenti debet concurrere aliqua præſũptio videlicet conbuſtionis alluuionis, &c.ibi.n.24.36.De re modici præiudiciũ cum cæteris requiſitis benè probat ibi. n. 25. Eius dictum tantum iuratũ non ſatis eſt ad faciendam plenam fidẽ de amiſſione, & tenore fidei matrimoniũ ibid.num.35.non ſufficit eius iuramentum vt contra bigamum procedi poſſit ibid.n.37.

Parochus vt paſtor animarum eſt magnæ auctoritatis,& ſic eſt teſtis cæteris paribus omni exceptione maior ibid. nu. 40. Aſſiſtens matrimonio vnde poſſit eſſe excommunicatio, non eſt excommunicatus ibi.q.14.n.11.

Partorum inſania in eorum natiuitate lib.1.q.10.n.23.

Patriarchæ quam plurimi plures habuerunt vxores ibid.q.1.n.7. vnam tantum fuiſſe vxorem, cæteras vero ſecũdum quoſdam concubinas ibi.q.8. n.9. nan ignorarunt adulterium eſſe peccatum ibi n. 10.

Paucitas hominum poſt diluuium ſecundum Bellarm. fuit cauſa diſpenſationis ad bigamiam ibid.q.6.n. 39.

D.Paulus Apoſtolus hæreticorum præuidet leues doctrinas,& fabulas ibi. q.7. nu. 66. variè ſenſit cum Barnaba, & qua de cauſa lib. 3. q.18.n.27.

Pauper fideiuſſores non valens præſtare, ſi de fuga non eſt timor, ſufficit quod præſtet iuratoriam cautionem lib. 3. q.3.nu.9.

P E

Peccatum in ſecundis nuptijs ex quo capite colligi poſſit lib.1.q.11.n.54.

Peccatum vt in plurimum patronum ſingularem hæreticum habet lib. 2.q.1. num. 22.

Peccata carnis ex deprauata voluntate mentem excæcante proueniunt ibidem nu.29.

Peccatum mortale nõ omne opponitur fidei lib.3.q.2.nu. 20. Per illud auertimur à Deo,& conuertimur ad creaturam ibid.n. 19.

D.Petrus ſuam culpam cognoſcẽs, & plorans maiorem reperijt gratiam quam amiſit ibidem q.15.n.4.

D. Petrus Gonzales de Mendoza Cardinalis,primus Hiſpaniarum Generalis Inquiſitor laudatur lib.2.q.2.n.5.lib. 3.q.18. n.4.

Petens ſine dolo an ſtatim reſtituere debeat lib.2.q.6.nu.4.

Perſarum abuſus de congreſſu cũ matre, & filia decantatur à Catullo lib.1. q.

num. 22.

Persona suspecta reddit. respectu sine regionis lib. 2. q. 17. n. 55.

Picardus Anabaptistarum Princeps lib. 1. q. 9. n. 22.

Pio primo summo Pontifice Marcionistæ hæretici nascuntur ibid. q. 1. n. 3.

Pius V. per decretum iubet reos de fide à Iudice seculari statim ad Inquisitores mittendos lib. 2. q. 16. n. 150.

POE

Pœnæ contra bigamos ab Imperatoribus latæ lib. 1. q. 6. n. 43. quibus Inquisitores bigamos impunitos sunt cõgruæ tuli delicti lib. 3. q. 1. n. 22.

Pœna capitalis in delicto bigamiæ recessit ab usu ibid. n. 23.

Pœna corporalis, & si minima maior est pœna qualibet pecuniaria ibid. q. 7. nu. 15. fustigationis, & triremium imposita bigamis mutuata est ex Iure communi ibi. n. 28.

Minor iuxta minorẽ grauitatem delicti imponi debet ibid. q. 8. n. 33. Arbitrio Iudicis in delictis ex rationabili causa minuitur, & augetur ibid. num. 36. Triremium acerbior est alijs pœnis corporalibus quinimmo secundum aliquos terribilior ipsa morte naturali. ibid. q. 10. n. 6. 7.

Publica plebeorũ est refrenatiua nobilium ibidem nu. 5. eadem quæ est imposita viro rapienti fœminam, imponitur fœminæ rapienti virum ibid. q. 11. n. 7. In mulieribus per mollitiem semper mitior ibidem nu. 24. 26. Per ætatem benè mitigatur ibi. n. 25.

Pro eodẽ delicto varijs personis variè imponitur pœna ibi. n. 28. Illa virorum grauior quia mulieres suo exemplo tenentur regere ibid. n. 29. Religiosorum & clericorum qui ad nuptias transeũt ex Concilio Turonio qualis sit ibid. q. 12. n. 1. 2. Ex sententia Simanchas arbitrio Iudicis imponenda ibidem nu. 3. Variæ ab Authoribus in tali casu assignantur pœnæ ibid. n. 8.

Pœna talionis videtur dura ibid. q. 17. n. 15. introducta erat in lege Moisi ob duritiem illius populi ibid. nu. 16.

Pœna capitis ex Hispanis allegantibus in Iudicio Iura Ciuilia ibidem q. 18. n. 50.

Pœna nobilium, vide nobilis.

Poetæ quid sentiant de incertitudine famæ lib. 2. q. 5. nu. 21.

PO

Polygamia sicut multas mulieres dicit, ita Polyuxia multos viros respicit l. 1. q. 1 nu. 9. Probabile censetur multo ante aduentum Christi cessasse ibid. q. 6. nu. 38. Nec apud Romanos assueta ibid. n. 44. Non est omnino contra Ius naturæ etsi aliquo modo illi opponatur ibid. q. 8. nu. 18. 19. quomodo pugnet cum primario fine matrimonij ibidem. spectat ad præcepta dispensabilia ibid. nu. 23. Secundum aliquos pugnare videtur cũ veritate coniugij ibi. n. 31. Ex quo Iure dicatur prohibita ibid. n. 43. Ex quo capite præsumitur tot nationibus licita ibidem q. 9. n. 2.

Ex Mahomettana secta videtur proportionata diuitijs ibi. n. 22. Apud Barbaras nationes iuxta propria vitia cumulata ibid. n. 3. Apud Tapyros in quo vsu seruabatur ibid. nu. 5. Gentilibus adhuc ex dispensatione concessa ibid. num. 14. Apud Esau, & Ismaelitas ad populum Dei non spectantes etiam in vsu habita ibi. n. 19. Exemplo Hebræorum apud Gentiles in pace habetur ibi. nu. 22. Eius reiteratio pœnam mortis inducit, vt de casu Tolosæ narratur li. 3. q. 8. n. 4. 5.

Polygamus quid sonet lib. 1. q. 1. n. 5.

Polygamus grauiter vt hæreticus existimatur lib. 2. q. 1. n. 31. Maiorem exigit pœnam quia magis Sacramento abutitur ibi. n. 32.

Pontifex ob nonnullas causas dispensare potest in matrimonio non consummato lib. 1. q. 2. n. 15. tantum ipse est consulendus pro bigamia in casu extremæ necessitatis ibi. q. 10. n. 43.

Pontifex secũdam quosdam potest in casu ne ces-

neceſſitatis ad bigamiam, & repudium diſpenſare ibid. q. 11. nu. 2. 16. 17. Poteſt ſecundum Abbatem, & alios in omni Iure adhuc Diuino abſoluto diſpenſare ibidem nn. 3. 28. poteſt ſecandum quamplurimos ex cauſa etiam diſpenſare in matrimonio conſummato ibidem nu. 14.

Ex nulla cauſa reuera poteſt ad bigamiam diſpenſare ibid. nu. 21. 37. 50. quod nullo pacto diſpenſare poſſit in Iure Diuino non eſt bona propoſitio ibi. num. 22.

Bene diſpenſare poteſt in matrimonio rato, voto ſolemni Religionis, & Iuramento ibi. n. 22. etiam in Iure Diuino naturali ab humana voluntate exorto ibid. n. 24.

Diceretur potius in hoc caſu tollere vim obligationis, quam abſolutè diſpẽſare ibi. nu. 26. qui nam ad matrimonium ratum diſpenſauerint ibid. n. 27. quando poſſit per regulam Catherini in Iure Diuino abſoluto diſpenſare? ibidem nu. 29.

An poſſit diſpenſare in reſidentia Epiſcoporum ibi. n. 30. 38.

Poteſt diſpenſare in conſecratione ab vtraque ſpecie, vbi deficit vinum ibidem nu. 30. Non poteſt diſpenſare in ijs, in quibus olim Deus diſpẽſauit, & poſtea reuocauit ibid. nu. 40. Quare non poſſit diſpenſare in præcepto non fornicãdi, non furandi, non occidendi ibidem num. 49.

Non poteſt ob quamcunque vrgentiſſimam neceſſitatem diſpenſare ad libellum repudij ibidem nu. 51. Diſpenſare poteſt in matrimonio rato, & in aliquo caſu ſpeciali, ſed non per legem generalem ibid. n. 52.

Ex magna coniugij diſparitate poteſt illud diſſoluere ibi. q. 12. n. 16.

Non vero illud Infidelium in ſtatu Infidelitatis ibid. q. 13. n. 3.

An poſſit diſpenſare in matrimonio Infidelium conſummato ſi alter coniux conuertitur ibi. n. 4. Chriſti vices gerit non vero Cardinalium eſto ab illis creetur lib. 2. q. 16. n. 3.

Maior eſt omnibus Principibus ibid. n. 9. ex iuſta cauſa ſibi viſa poteſt diſpẽſare cum profeſſis, & ſacris Ordinibus initiatis vt matrimonium cõtrahant, & cum quibus poſſit ibidem qu. 17. nu. 30. 32. 33. 34. 35.

De plenitudine poteſt facere quod matrimonium duret ad tempus in Monacho, vel Sacerdote ibid. n. 36.

an diſpenſare poſſit cũ Sacerdote Occidentali vt matrimonium contrahat ibid. nu. 37. non per legem generalem ſed ſpecialem diſpenſat cum Religioſis, & profeſſis ibidem. n. 39.

Non poteſt ſecundum aliquos diſpẽſare in voto ſolemni Caſtitatis profeſſi ibi. n. 44. Non poteſt diſpenſare vt monachus manens monachus matrimonium ducat, ſeu caſtitatem nõ ſeruet ibidem. num. 46.

Poteſt ex iuſta cauſa impedimenta indicere lib. 1. q. 17. n. 18. Poteſt diſpenſare vt matrimonium poſſit cõtrahi à fideli cum infideli non baptizata ibid. n. 24. de Iure diſpenſare poteſt in matrimonio fidelis cum hæretico iuſta de cauſa, & quænam iuſta cauſa ſit ibidem nu. 27. 28. eo quod cauſas hæreſis delegauerit non poteſt Ordinarius de eis agẽo ſcere lib. 3. q. 18. n. 6.

Pontius Magiſter Auctoris merito laudatur lib. 1. q. 11. n. 55.

Poſſeſſio momentanea quid ſit lib. 2. q. 6. nu. 7. Eius cauſa momentanea dicitur, ſiue adipiſcendæ, ſiue retinendæ, ſiue recuperandæ ibid. n. 8. à Poſſeſſore eĩci durius eſt, quam de nouo non admitti ibid. nu. 2.

P V

Punitio non procedit ex reſponſione facta ab iniuſtè interrogato lib. 2. quæſtion. 14 num. 5. Illa quæ eſt bigamiæ de Iure communi ad Iudicem ſæcularem, & Eccleſiaſticum ſpectabat lib. 3. q. 1. n. 1. Hodie ad ſolos Iudices Eccleſiaſticos ſpectat ibid. n. 2. clariſſimas pro-

bationes exigit in delictis ibi.q.6.n.11.

PHA

Phariſæi cauſam repudij requirebant lib. 1.q.7.n.51.

PHI

Philippo 2. merito de quodam facto laudatur lib.3.q.9.n.38.

PL

Plebei honeſti, & diuites quo ad pœnas nobilibus comparantur lib.3.q.9. n.30. Secundum aliquos decapitantur ibidem n.31. malunt in corpore, quam in bonis plecti ibidem qu.10. num.2. Ex benignitate legis plus in corpore quam in pecunijs puniuntur ibidem n. 3. In delicto bigamiæ quibus pœnis ſint afficiendi ibi.n.9.10.11.12.

PRAE

Præcepta ad Ius naturæ ſpectantia quæ, & quot illa ſint lib.1.q.8.n.22.25. quę ſunt Decalogi an pati poſſint diſpenſationem ibi.n.24.

Præcepta ſi pari modo concurrunt maius obſeruandum ibi.q.10.n.18. ſi poſſunt vtraque ſeruari ita ſeruari debent ibi. nu.36.

Præceptum Creſcite,& multiplicamini *declaratur ibi.num.32. Quæ ſint illa quæ poſſunt à Deo diſpenſari,quæ vero non ibi.q.11.n.44.45.*

Præſeruatio melior eſt quam curatio lib. 3.q.1.n.13.

Præſumptio pro Notario præualet dicto duorum teſtium etiam in cauſa criminali ibi.q.4.nu.29.

PRI

Prima venditio ſi nulla ſit, ſecundo vẽdens in vllam incidit pœnam. lib.2.q. 7.num.2.

Principes Gentilium Patriarcharum exẽplo ad bigamiam deuenerunt lib.1.q.9 num.21.

PRO

Probatio per inſtrumẽtum rectè probatur lib.2.q.5.nu.37. Mille ſubiecta erroribus ſi fuerit teſtium de fama ibidem nu.33.

Proceſſus formatus contra hæreticũ apud Ordinarium ad Inquiſitores mittẽdus lib.3.q.16.n.23.

Proceſſus fabricatus coram alio Iudice ex continentia cauſæ anuullatur ibid. num.24.

Procurator matrimonij legitimus tria debet habere lib.2.q.13.n.5. debet ad hoc habere ſpeciale mandatum ibidem n.6. quibus verbis vti debeat ad contrahendum ibi.nu.11. Non poteſt niſi per expreſſum mandatum alium ſubſtituere ibid.n.12. ſatis eſt ſi ſit ratione capax ibid.n.18. ſi conſtituatur ad negotia,& ſuperueniat reuocatio,debet de ea certificari ibid.n.14.

Procurator bigamiæ pœnas incurrit ſi ſcienter nomine vxorati ſecundas nuptias contrahit ibidem.numero.21. Eſt magis ſuſpectus de fide ibidem n.22. Manifeſtis probationibus probare debet amiſſionem inſtrumenti lib.3.q.4. num.22.

Profeſſus per vota Religioſa ſi vxorẽ ducat cenſetur bigamus lib.1.q.3.n.8.

Promotor fiſcalis teneturne probare an primum matrimonium exiſtat quãdo contrahitur ſecundum? lib.3.q.6.n.1. cum ſit actor ſuam debet probare ſententiam ibi.n.8. quæ inconuenientia ſequerentur ſi primum matrimonium non deberet probare ibi.n.18. vtrunque matrimonium probare debet ibi. num. 25.26.

Propagatio generis humani maius bonũ, quam bonum monogamiæ lib.1.q.10. nu.19.

QVA

Qualitas perſonarum attendenda ad inflictionem pœnarum corporalium lib.2.q.3.n.21.

Quod tibi non vis alteri ne feceris. *primum naturæ præceptum lib.1.q.8. nu.7. quomodo intelligatur ibid.q.8. num.34.*

Quot modis dicatur aliquid contra Ius naturæ ibi.q.8.n.28.

Rap-

R A

Raptor quomodo puniendus ſi ex nolitione, vel ex impotentia non cognouerit raptam lib. 2. q. 3. nu. 19.

R E

Regula in particulari deficiente ad generalem recurrendum lib. 2. q. 3. n. 17.

Reges per litteras præcipiunt Iudices ſæculares reos de fide ad Inquiſitores mittere lib. 2. q. 16. nu. 13.

Religio vera benè ſtare poteſt cum caſtitate coniugali, ſicut ſæculares coniugati lib. 3. q. 12. n. 29. vt verè conſtituatur quid neceſſarium lib. 2. q. 17. n. 25.

Religioſus profeſſus, vel quis in ſacris conſtitutus contrahens inualidè cũ vidua, vel corrupta bigamus erit li. 1. q. 4. n. 18

Cõtrahẽs Religioſus profeſſus, vel in Sacris conſtitutus. matrimoniũ etiam cũ vnica, & virgine bigamus eſt bigamia ſimilitudinaria lib. 2. q. 17. n. 1. 2. contrahens matrimonium clandeſtinum non eſt excommunicatus lib. 3. q. 14. n. 5. Duo contrahens matrimonia vehementer ſuſpectus lib. 2. q. 17. n. 56.

Religioſi, & clerici matrimonium contrahentes poſt torturã à Romana Inquiſitione mittuntur ad triremes lib. 3. q. 12. n. 6. 15. matrimonia ineuntes ipſo Iure amittunt beneficia ſecundum aliquos, & irregulares efficiuntur ibid. q. 12. n. 11. 13. Matrimonium ineuntes non torquentur in noſtra Inquiſitione niſi augeatnr ſuſpicio ibid. qu. 12. n. 19. 20. Matrimonium ineuntes pecuniaria pœna affligi ſolent ibid. q. 12. num. 21. Matrimonium contrahentes quibus pœnis ab Inquiſitoribus Hiſpaniæ affligi ſolent ibid. q. 12. n. 22. Matrimonium attentantes, & nõ conſummantes eiſdem pœnis ſubduntur, quibus & ſæculares ibid. q. 12. n. 23.

In ſacris conſtituti matrimonium contrahẽtes ſunt excommunicati excommunicatione nemini reſeruata ibid. q. 14. n. 12.

Deficientibus ſæcularibus tenerentur ad matrimonium lib. 1. q. 10. n. 2.

Repudians legitimam vxorem nunquam ea viuente poterit aliam habere lib. 1. q. 7. nu. 3.

Repudians fidelis primam vxorem ſecundas nuptias contrahendo in bigamiam incidit ibidem num. 4. peculiarem errorem committit ibidem num. 5. Iniuſtitiam contra legitimam vxorem ibid. nu. 6.

Repudium illicitum poſt Chriſtum tum apud Chriſtianos, tum apud Infideles ibidem num. 1. q. 16. num. 1. Contra Ius Diuinum, & naturale ibidem q. 7. n. 7. Nec Hebræis vel Ethnicis eſt modo conceſſum ibi. n. 6.

In lege veteri fuit apud Hebræos ſpecialiter à Deo diſpenſatum ibid nu. 7. Per legem Euangelicam huiuſmodi diſpenſatio eſt iam ſublata ibidem nu. 8. Nec ſterelitatis cauſa exiſtimatur conceſſum ibid. n. 16. ob Iuramentum fœcunditatis nec licitum exiſtimatur ibidem nu. 18.

Ad maiora mala vitanda permittendũ eſſe male conantur Bodini fautores oſtendere ibidem n. 19. 20. 21. 22. nullis de cauſis admittendum eſſe ibidem n. 27. 28. Ab Eccleſia omnino in odium num. 26. à Pontifice indiſpenſabile ibi. q. 11. nu. 51. ſi admitteretur quot inde mala euenirent ibid. q. 7. n. 28. quod nã ex lege Romuli fuerit ibi. nu. 29. à lege Hebræorum etiam negatum ibi. n. 30. Illud Salomæ ſororis Herodis in maritum contra legem fuit ibi. num. 31. ab Hebræis ad Ethnicos deriuauit ibi. n. 32. Si eius facultas ſolis viris concederetur, maxima occaſio malorum eſſet in fœminis ibidem n. 34. ſemel cõceſſo, ex incertitudine prolis mala eſſet filiorum edueatio ibi. n. 35.

Quot mala à viris in fœminas agitarentur ibid. nu. 37. quæ mala Bodinus non conſiderat ibidem num. 38. ſi fœminis concederentur quot inde mala euenirent ibid. n. 39.

Repudium ſatis doctè reſpuitur à Hieronymo ibidem num. 36. Eſſet ne vtilior

repudiandi facultas ſine cauſa ibid. nu. 47. quoddam Aemilij repudium modeſtè factum affertur ibi. n. 48. ex Diuina lege non ſine cauſa, ibid. nu. 50. Oculos Dei obtegebat ibi. n. 51. Notarium, & formulam ex lege adhibebatur ibidem nu. 52.

Tres cauſas illud Romanorũ à Romulo exigebat ibi. 53.

Apud Reſp. conceſſum inſipientia innuit ibid. n. 55. Si concederetur coniuges peiores mancipijs euaderent ibidem nu. 56.

Si ſine cauſa celebraretur Bodinus nec haberet intentum, & quamplurima mala ſequerentur ibid. n. 59. An in lege veteri ex Diuina diſpenſatione ibidem q. 8. n. 44. 45.

Apud Hebræos à Prophætis non reprehenditur ibi. n. 47.

Ex ſe licitum in lege veteri ſecundum Bellarm. ibi. n. 48. Illicitum, & tantum permiſſum ex aliquorum ſententia ibi. n. 49 quo modo intelligatur permiſſum Hebræis à Chriſto ibi. n. 50. Illud Agar cum Abrahamo non ſine myſterio ibid. n. 51. quo modo Chriſtus repudium Hebræorum reprobauerit ibi. n. 52.

Repudium contra quos fines, & præcepta naturalia pugnet ibid. num. 56. 58. ſub qua formula apud Hebræos fiebat ibi. n. 63. ſub qua apud Romanos ibi. n. 70. ſub qua apud Cardientes ibi. n. 72. ſub quibus cæremonijs apud Romanos ibi. nu. 73.

Repudium maiorem labendi occaſionem præbet quam matrimonij indiſſolubilitas Chriſtianorum ibi. n. 66.

Reſp. ſpuriorum copia facile perturbatur ibid q. 7. n. 46.

Reus ab Inquiſitoribus ſemper monetur de probatione contra eum recepta lib. 2. q. 14. n. 23.

In foro fori negando cum periurio proprium crimen non punitur de falſitate ibi. n. 24.

An iuramentum de veritate dicenda præſtare debeat ibi. n. 25.

Non eſt ſub Iuramento interrogandus ſecundum aliquos ibi. n. 26.

In Tribunali Sanctæ Inquiſitionis ſub iuramento ſemper interrogatur ibid. num. 26. à Fiſcali ſemper de periurio accuſatur ibid. num. 28.

Qui veritatem negat an ſit abſoluẽdus à confeſſarijs ibi. n. 29.

Si veritatem renuat confiteri non eſt abſoluendus ibi. n. 31.

Poteſt pro liberatione pœnæ mortis teſtimonijs conuictus crimẽ ſibi falſo imputatum confiteri ibid nu. 32. ex præſumptionibus pœna afficiendus ſecundum aliquos, ac ſi de crimine plenè conſtaret, vel leuiori pœna ſecundum alios lib. 3. q. 6. n. 6. 7. quando brachio ſæculari puniendus tradendus eſt ſi conuertatur in ipſo ſuggeſtu, ſi eſt pertinax vel confiteatur, aut ſi eſt negatiuus, quid agendum de ipſo ibidem qu. 18. n. 38.

Rex Hiſpaniarum non cognoſcit ſuperiorẽ in temporalibus lib. 3. q. 18. n. 50.

S A

Sacerdos cum Chriſto matrimonium init lib. 1. q. 3. n. 5. contrahens matrimonium cũ vnica, & virgine bigamus eſt lib. 2. q. 17. nu. 1. 2. 52. 53. aſſerens ſibi licere matrimonium vel concubitũ ex prætextu Diuinæ reuelationis ſuſpectus de hæreſi ibi. nu. 4. poſſe matrimonium inire eſt propoſitio hæretica ibi. n. 6. de facto contrahens matrimonium eſt ſuſpectus de hæreſi lutherana ibid. n. 7. 48. 51.

Sacros ordines ſuſcipiens tenetur in poſterum ita contineri vtſi contrahat matrimonium ſit nullum ibidem n. 9. 10. 11. 13.

Sacris initiati qualiter ſint ſuſpecti nuptias contrahentes ibidem numero 8. nuptias contrahentes occultè non poſſe ab Inquiſitoribus recognoſci ſecundum aliquos ibidem num. 10. ſi occultè ſiue publicè ſecundas nuptias contrahant

hant verius eſt quod ab Inquiſitoribus ſint recognoſcendi ibid.num.21. ſi duo inirent matrimonia vehemẽter eſſent ſuſpecti ibid. n. 56.

Sacramentum matrimonij non conſummati quid ſignificet lib.1.q.3.n. 14. ſi eſt conſummatum ſignificat vnionem Chriſti cum Eccleſia per Incarnationẽ ibid.n.16. 18.

Sacramentum matrimonij fruſtratur ſuo effectu in ſecundo inualidè contracto ibid.q.6.n.23.

Sacramentum matrimonij nullum eſt ſi cum impedimento ligaminis celebretur ibid.n.25. gratia Sacramenti matrimonij quales effectus habeat ibi.q.7.n.62. Hoc Sacramentum non ex natura cõtractus ſed ex Diuina eleuatione ſignificat ibi.q.8.n. 38. Eius conſtitutio ſicut, & aliorum ſpectat ad poteſtatem excellentiæ Chriſti ibid.q.11.n.43.

Sacramentum matrimonij vnde eſt inſeparabile lib.2.q.6.n.10. Eius propria ratio à ratione contractus bene ſeparabilis eſt ibi.q.11.n. 24.

Sacramenta Baptiſmi, & Pœnit. inſtituta ad conferendam primam gratiam, cæteravero ad augmentũ lib.3.q.2.n.59

Sacramenta per verba diu antecedentia inualida quæ illa ſint ibi.n. 14.

Salomon à Deo reprehenditur quia ex nõ vera Religione vxores duxerit lib. 1. q.8.n.36. eius libidinoſa crimina narrantur ibi.q.12.nu.23. quam plurimæ eius vxores, & concubinæ fuere ibid.q. 2.nu. 9.

Salus extra Eccleſiam non inuenitur ibi. nu. 19.

Sanguis qui ex verberibus effunditur non inducit irregularitatem lib. 3. qu. 10. nu.15. 17.

Sapientis eſt mutare conſilium in melius ibi.q.18.n. 40.

Sara an ex reuelatione ipſi primo facta Abrahamum ad bigamiam induxerit lib.1.q.8.n. 40.

S E

Secundænuptiæ ſecundum Catholicos non ex eo non benedicuntur quia Sacramentum non contineant lib.1.q.5.n.5. non ſolum ipſæ ſed vlteriores licitę ſunt ſecundum catholicos ibid.q.5.n.7. non benè dicuntur quia prima benedictio in primis data non perit ibid.q. 5. n.9.

Senſus commodiores ad explicãdum ſcripturam non reſpuuntur à Trid. ibid. q. 12. nu. 96.

Sentiens malè de excommunicatione Indulgentijs, aut Summo Pontifice ſuſpectus habetur lib.3.q.2.n. 55.

Seruus in Iure naturali eſt perſona legitima ad contrahendum lib.2 q.12. n. 4.

S I

Sigillum confeſſionis fractum vulgo ad Tribunal S.Officij ſpectare dicitur li.3. p.2.n.6.30. 54.

Simon Magus communitatem vxorum introduxit li.1.q.9.n.7. & 9.12.n.57

Siricij Papæ ſententia de irregularitate bigamiæ ibid.q.6. n. 33.

S O

Socius criminis, vt contra ſocium præsũptionem faciat quid requiratur lib. 3. q.3.n.20.

Sollicitans in confeſſione vnde ſuſpectus videatur lib.3.n.21.34.39.40.41.42 Fruſtra excuſatur nam ſigna externa proſuſpicione ſufficiunt ibi.n.26. quomodo in illo actu peſſimè diſcurrat ibidem ideò præcipuè ſuſpectus quia directè peruertit vſum Sacramenti ibidem nu. 27. Subijcitur Inquiſitoribus quia occaſionem præbet hæreticis blaſphemandi inſtituta fidei ibi.n.31. In quo caſu ſit brachio ſæculari relaxandus, ibid.q.8.nu.39.

Sollicitans non dicitur ſuſpectus ex iniuria ſpiritualis affinitatis, vt aiebat Souſa ibid.q. 2.n.42.43.

Sollicitans in alijs Sacramentis non tam grauiter eſt ſuſpectus in fide ibid.n.58. non videtur ſubijci Inquiſitoribus ex ſententia docti Trimarchi ibid. n. 33. Ex Auctoris ſententia an re vera dicat ſuſpicionem in fide ibid. n. 60.

Sollicitantes pueros includuntur per nouã

conſtitutionem ibid.n. 49.
*Sollicitare extra confeſſionem, & poſt lõgum tempus, & extra locum non eſt caſus Inquiſitionis ibid.n.*44.
*Sollicitantes ad alia peccata in Sacramẽto Confeſſionis aliud eſt quod ſint ſuſpecti de fide per iniuriam Sacramento allatam, & aliud quod incurrant pœnas Bullæ contra Confeſſarios ſollicitãtes ad res venereas ibid. num.*46. 52. *Non excluduntur à Decreto, quod fuit emiſſum contra ſollicitãtes ad res venereas ibid.n.* 47. *Subÿciuntur reuera Inquiſitoribus quia peruertunt principale inſtitutum confeſſionis ibidem num.* 57.
*Sollicitando mulier Confeſſarium an ſit ſuſpecta in fide ibi.nu.*45. *an includat ſuſpicionem in fide ibi.n.*52. *ex Paramo ſubÿcitur pœnæ Inquiſitionis ſicut Confeſſarius ibid.n.* 53.
*Sollicitatio in confeſſione maius periculũ inuoluit, quam in cæteris Sacramentis ibid.n.*32. *eſt præcipua iniuria, quæ poteſt attendi ibid.n.* 51. *In quo differat ea quæ eſt Confeſſarÿ ab illa mulieris? ibid.nu.* 50. *Eius bullæ videntur potius excitatiuæ antiquæ iuriſdictionis Inquiſitorum, quam de nouo facultatem concedentes ibid. n.* 35.

S V

Suſcipientes corpus Chriſti in peccato mortale proditores vocãtur à SS. Patribus ibid. n. 5.
Suſpectus de hæreſi habetur efficiens aliquid directè oppoſitum fini cęterorum Sacramentorum ibid. n. 28.
*Suſpicio leuis quid ſit ibid.n.*10. *ad Inquiſitores ſpectat ſi eſt in fide ibidem. quomodo ab Inquiſitoribus tractanda ſi ſufficienter ad capturam probetur ibi. q.*3. *n.*7. *contra Religioſos quomodo diſcutienda ibid.n.*8.
Suſpicio vnde oriatur in muliere recuſante redire ad primum virum lib. 2. *qu.* 10. *nu.* 12.
Suſpicio ſola ad crimen hæreſis ſufficit, non vero in cæteris peccatis lib. 3. *q.*3. *num.* 6.
*Suſpicio quæcunq; non ſemper per torturam euacuatur. lib.*2. *qu.*2. *n.* 21.

S C

Scaglia Cardinalis Eminentiſſimus laudatur ibid. n. 23.
*Scientia eſt nobilitas laudanda lib.*3. *q.*9. *num.*5.
*Scotus optimè probat nomine Sacramenti per antonomaſiam Sacramentum Euchariſtiæ venire lib.*1. *q.*2. *nu.* 20. *nomen biuiriæ pro muliere habente duos viros approbat ibid.q.*1. *n.* 9.

S P

*Spadones fieri à Domitiano Imperatore prohibentur lib.*2. *q.*8. *nu.*11.
*Species magis conſeruanda quam indiuiduum lib.*1. *q.*10. *n.*14.
*Sponſalia quomodo differant ante, & poſt Concilium Trident. lib.*2. *q.*4. *n.*6. *per verba de futuro copula cõſummata ante Trid. erant matrimonium ibid. n.*1. *poſt Trid. vero coram Parocho, & teſtibus ſubſequuta copula trãſeunt in matrimonium ibid.n.* 10. *ſi fuerit copula clandeſtina non tranſeunt in matrimonium ibid. n.*12. *ſic etiam non trãſeunt ſi coram diuerſis Parochis, & teſtibus ibid.n.* 13.
*Sponſalia per mutuum cõſenſum effectũ coram Parocho, & teſtibus matrimonium cõſtituunt ibid.n.*11.
Sponſalia cõtrahẽs coram Parocho, & teſtibus ſequuta copula coram eiſdem Parocho, & teſtibus, ſi iteret ſimilia ſponſalia eſt reus delicti bigamiæ ibid. num. 14.
*Sponſalia duplicia contrahens vt non ſuſpectus de fide ad Ordinarium ſpectat ibid.nu.*15.
Sponſalia ſi ſint nulla an oriatur impedimentum publicæ honeſtatis ibid. q. 9. *num.* 18.
*Sponſalia celebrata de præſenti ab impuberibus tranſeunt in ſponſalia de futuro ibid.q.*12. *nu.* 24.

S T

Statuta edita in terris Eccleſiæ à Iure

Canonico, non vero à Ciuili ſumere debent interpretationem lib. 3. qu. 18. nu. 47.

Sterilitas an ſit cauſa repudij, vide Repudium.

Striges, & lamiæ an ſint ab Inquiſitoribus propter infanticidia brachio ſæculari relaxandæ lib. 3. q. 15. nu. 56. à Dæmonibus ſæpè illuduntur lib. 2. qu. 15. num. 29.

T A

TAtiani hæretici à quo habuerũt originem lib. 1. n. 3.

T E

Tempore gratiæ quæ pœnæ condonentur ſponte venientibus lib. 3. q. 15. num. 16.

Tempus gratiæ non comprehendit carceratos denunciatos, nec per publica edicta citatos ibid. num. 17. Non fauet Dogmatiſtis hæreſiarchis, & his, qui circumcidendi munus exercent ibid. nu. 18. Nec fauet relapſis ſeu receptatoribus aut hæreticorum fautoribus ibid. nu. 20. 21.

Tempore gratiæ nolens ſe iuuare brachio ſæculari tradendus ibid. n. 22. quare vltra 30. vel 40. dies non extendatur ibid. n. 15.

Tenetur quis actione furti licet ſubtilitate Iuris furtum non committat lib. 2. q. 10. nu. 7.

Teſtes omni exceptione maiores qui ſint ibid. qu. 6. nu. 27. plenam faciunt probationem in omni grauiſſimo negotio, & maxime ſi fides Parochi deſideratur lib. 3. q. 4. n. 2.

Teſtes ſi palidoniam canant an vitietur proceſſus poſtquam reus confeſſus eſt crimen ibid. n. 18.

Teſtes fide Parochi ammiſſa de matrimonio ſi teſtificentur tantum de cohabitatione modo maritali non ſufficit ibid. q. 4. nu. 10.

Teſtes ſi fuerint duo ſufficiunt vt probetur tenor inſtrumenti matrimonij ibi. num. 15. qui debent deponere de tenore inſtrumenti debent eſſe periti ibid. num. 16. ſi excedunt numerum duorum, & concludenter deponunt poteſt procedi contra Notarium, & eſt locus Inquiſitionis ibid. n. 30.

Teſtes falſo deponentes coram Ordinario de morte primi coniugis an puniendi ſint ab Inquiſitoribus ibid. qu. 16. n. 2. In hoc caſu ad Ordinarium ſpectare videntur, quia in foro Ordinarij deliquerunt ibi. num. 3. 9. ad Inquiſitores quoque ſpectare videntur ibid. nu. 10. 12. Si in hoc caſu ab Inquiſitoribus punirentur, & radicaretur delictum bigamiæ ibid. n. 11. qui coram Ordinario falſo depoſuerunt de obitu primi coniugis quomodo puniendi ibid. qu. 17. num. 29.

Teſtes falſo deponentes in bigamia ſunt vnius, & eiuſdem fori cum bigamis ibid. qu. 16. num. 25. falsò deponentes data præuentione, debent apud Inquiſitores puniri ibid. num. 31. ſi condemnarentur ab Ordinario, & bigamus liberaretur ab Inquiſitoribus, vel è contra, magna oriretur perplexitas ibid. nu. 30.

Teſtes poſitiuè deponentes de falſo rigoroſius puniendi quam qui veritatem negant ibid. q. 17. n. 22. In delicto bigamiæ ita puniri debent qui falſo imponunt, quam qui veritatem negant ex Sacris Canonibus ibidem num. 23. 24. 25.

Teſtis mendoſus de fama difficilè puniri poteſt lib. 2. quæſt. 5. num. 35. Non punitur de falſo ſi eius teſtimonium nullum eſt ibid. q. 9. n. 1. vnus an ſufficiat ad capturam lib. 3. q. 3. num. 17. Vnus non idoneus non eſt ſufficiens ad capturam ibid. nu. 18. Non integer cum adminiculo alterius indicij eſt ſufficiẽs ad capturam ibid. num. 19. Vnus integer, niſi conditio delati obſtet ſufficit ad torturam ibid. n. 16.

Teſtis qui debet deponere de tenore fidei matrimonij non requiritur neceſſario

tam peritus ibid.q.4.n.17.fide dignus in cauſis leuibus ſufficit, maximè vbi apparet ita expedire ibidem. num.38. eximiæ auctoritati in caritatis grauioribus, modo non agatur de vltimo ſupplicio bene ſufficere videtur ibid.n.39. teſtimonio vnius Epiſcopi creditur in foro ſæculari ex priuilegio Imperatoris ibidem nu.41.

Teſtis falſidicus maxima eſt punitione dignus, Deo Iudici, & Innocenti eſt obnoxius lib.3.q.17.n.1.2.3.4. qui veritatem occultat falſum deponere videtur ibid. falſo deponens non excuſatur ab ignorantia, Ius enim naturale, & Diuinum lædit ibid.n.5. ex Leone x. ſine metu Irregularitatis relaxandus ab Inquiſitoribus ibi.n.6. non eſt neceſſe vt Ordinarius concurrat, vt ipſe puniatur ibi.n.8.

Teſtis à Iure diuerſimodè punitur ibid. n.9. eadem pœna puniri debet ſi in crimine capitali falſum deponat ibid. nu. 10. aliter vero iuxta proprium ſtatum eſt puniendus ibi.n.11. Apud Romanos Indos, & Aegyptios variè puniebatur ibid.n.12. ſi eius falſitas fuit aperta poſtquam accuſatus paſſus eſt pœnas, debet teſtis pœna talionis puniri, ſi vero ante alijs pœnis debitis puniatur ibid. n.13.14. condemnandus eſt ſi delatus ex eius ſolo teſtimonio condemnatus fuit etiamſi delictum non commiſſum cõfeſſus fuerit in tortura ibi.n.17. quare veniam non conſequitur ſpõte ſe accuſando ibi.n.18.19. aliqua miſericordia excipiendus eſt ſi antequam falſo accuſatus pœnas ſoluat, ſponte ſe deferat ibid.n.26. qui verum cœlat vt Reo non noceat, maiori miſericordia erit excipiendus ibid. n.27. comburi debet ſi pro ipſo quis combuſtus fuerit ibid. num.21.

Teſtis ſi falſo deponat coram Iudice delegato an poſſit ab illo puniri ibid. nu.7. ſi veritatem negauerit coram Inquiſitoribus vt reo faueat debet abiurare fautoriam ibid.n.28.

TO

Tormenta ſunt efficaciſſima remedia ad cognitionem veritatis ibi q.7.n.3. quæ ſint eorum genera & quotupliciter tormentum accipiatur ibid.nu.6.1.

Tortura eſt remedium, & ſubſidium ad veritatem erendam ibidem.nu.7. non eſt danda ſi aliundè veritas haberi poterit ibid.nu.8. in grauioribus delictis adhiberi debet ibi.nu 10. Maior pœna videtur ſecundum aliquos quam vtriuſque manus abſciſſio ibid.nu.14. Si in leuibus caſibus daretur, quæ, & quot ſequerentur abſurda ibid.n.16. maiorem ſe ipſa requirit pœnam vt poſſit dari in delictis ibid.nu.17.

Tortura poteſt regulariter inferri in omnibus cauſis, & criminibus, in quibus non habetur contrarium expreſſum à Iure ibid.n.19. in quo caſu poteſt imponi bigamis in noſtro Tribunali ibid. nu.30.31.33. In Regno Neapolis in quibus delictis detur ibi.n.18.

S. Thomas à quadam calumnia liberatur lib.2.q.9.n.20.

TV

Turpitas vxoris quas moleſtias pariat in coniugijs lib.1.q.12.n.3.

TR

Tranſitus ad ſecundas nuptias retenta priore magis prohibitus ibid.q.6.n.37.

Tribunal S. Inquiſitionis pro ſuo ſtatu ſequi debet propriam praxim lib.2.q.1. nu.28. Non curat de minimis ibid.q.2 n.8. In ſuſpicione de leui non vtitur tortura ibid.nu.14. Non debet ad Iudices ſæculares remittere bigamos excuſatos à ſuſpicione hæreſis ibi.nu.16.

Tribunal poteſt eos recognoſcere adhuc non ex fide errantes ibidem n.18. in omnes animaduertit ſiue de vehementi ſiue de leui fuerint ſuſpecti ibid. n.19. per torturam creditos non erraſſe in fide bigamos recognoſcit ibi. n.20.

Tribunal S. Inquisitionis omnibus modis operatur vt facilius reuocet delinquẽtes ad pœnitentiam ibid.q.3.n.24. Solam veritatem conſiderat ibid. q.14. nu.7.

nu. 7. *quare Crucem inter Oliuam, & gladium pro ſtegmate erigat lib.* 3. *qu.* 15. *n.* 1. *Miſericorditer ſe gerit cum integrè confitentibus ibi. n.* 8.

Tribunal S. Inquiſitionis habet pro principali fine ſalutem animarum ibidem n. 11. *cum Dei ſit dolorem, & confeſſionem poſtulat ibi. n.* 12.

Tribunal S. Inquiſitionis an caſtigare debeat Indos in errore de bigamia, vide Infidelis.

Trigamus quid ſibi velit lib. 1. *q.* 1. *n.* 5.

Troiana Ciuitas Aſiæ quare Pergama dicta fuerit ibid. n. 7.

V A

VAgabundi puellas Virgines ſub prętextu matrimonij frequenter decipiunt lib. 1. *q.* 12. *n.* 39.

Valentinianus Imperator ob diſpenſationem factam in Bigamiam reprehenditur ibid. n. 40.

Variatio ante publicationem electionis eſt licita lib. 3. *q.* 18. *n.* 41.

V E

Verba illa (continuo ſtatim, & incontinenti) quomodo accipienda ibid. q. 15. *num.* 27.

Veritas in Tribunali Inquiſitionis ſemper dicenda lib. 2. *q.* 14. *nu.* 22. *multoties à nocentibus fatetur, ab Innocentibus verò negatur lib.* 3. *q.* 3. *n.* 5.

V I

Victore Summo Pontifice naſcuntur Adamei Hæretici ibidem q. 1. *n.* 3.

Viduæ Regni Aragoniæ de continentia laudantur lib. 1. *q.* 7. *n.* 65.

Virgines apud quos ſine dote locatæ ibid. q. 12. *n.* 42.

Virginem ducens putans eſſe corruptam non incurrit irregularitatem ibid. q. 4. *num.* 15. *Virginem deflorare, & in vxorem ducere bigamiam inducit ſecundum aliquos ibid. n.* 3. *&* 4.

Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes lib. 2. *q.* 1. *n.* 30.

Viri quodam tempore mulieres dotabant, & quinam hi fuerint ibi. q. 12. *nu.* 41. *ad quid attendere debeant in vxoribus accipiendis ibi. n.* 50. *impedientes mulieres ne redeãt ad primos viros in excommunicationis pœnam incidunt lib.* 2. *q.* 10. *n.* 10.

Vir ita poteſt tradere vxori ſui corporis poteſtatem, vt alteri coniugi tradere nõ ſit impoſſibile lib. 1. *q.* 8. *n.* 31. *quomodo ſui corporis poteſtatem habeat ibi. Vir dimittens vxorem adulteram tantum quoad thorum, & habitationem non peccat ibi. q.* 12. *n.* 83.

Vita vſque ad centum annos eſt formalis Iuris præſumptio lib. 3. *q.* 6. *n.* 15.

V O

Voluntas nõ poteſt ferri omnino in impoſſibile lib. 3. *q.* 14. *n.* 19.

Voluntates inferiorum alicui ſuperiori ſubijci debent lib. 1. *q.* 11. *nu.* 25.

Volſientium peſſimum inſtitutum refertur ibi. q. 12. *n.* 26.

Votum ſolemne Caſtitatis ſecundũ aliquos interuenit in Sacris Ordinibus initiatis lib. 2. *q.* 17. *n.* 41. *Solẽnitas voti non eſt de Iure Diuino ſed Eccleſiaſtico lib.* 3. *q.* 12. *n.* 28. *Votũ paupertatis ſicut latitudinẽ ſecũ compatitur, ita in religioſis militaribus votum caſtitatis ibi. n.* 30.

Vota biennij Societatis Ieſu non excludũt ex natura ſua matrimonium lib. 2. *q.* 17. *n.* 26. *Simplicia conſtituunt veram Religionem ibid. nu.* 24. *Simplicia in communi in quo differant à votis Societatis Ieſu ibi. n.* 26.

Vſus Chriſtianorum de dotibus placuit Romanis lib. 1. *q.* 12. *n.* 45.

Vxor non eſt ſubdita viro vt famula, ſed vt ſocia ibidem q. 6. *n.* 16.

X

XAuerius Sanctus quomodo ſe gerebat ad firmanda, vel ſoluenda coniugia lib. 1. *q.* 13. *n.* 19. *Eius laudes ibi. q.* 14. *nu.* 11.

Z

ZAcharia cum Eliſabeth non ob ſterelitatem admiſerunt repudium lib. 1. *q.* 7. *n.* 17.

FINIS.

ERRATA NOTABILIORA SIC CORRIGE.

Lib.1.Q.9.n.19. Iſrailitæ pro Iſmaelitæ.
Lib.1.q.9.n.12. in Summario Riccardi pro Picardi.
Lib.1.q.11.n.50. in Summario à Deo pro à Pontifice.
Lib.1.q.5.n.9. vt rectè pro non rectè.
Lib.1.q.17.n.38. contrahente pro contrahere.
Lib.2.q.10. pro 11. fol. 166.
Lib.3.q.1.n.5. maior pro miror.
Lib.3.q.2 n.48. in ſummario infer pro vafer.
Lib.3.q.6.n.1. in Summario ſecundum pro primum.
Lib.3.q.10.n.21. in Summario hæc pro hæ.
Lib.3.q.14.n.4. communicatione pro excommunicatione.
Lib.3.q.14.n.6. in Summario opere pro opem.
Lib.3.q.16.n.30. in Summario repentur pro reperitur.
Lib.3.q.17.n.11. in Summario fecit pro fuerit.
Lib.3.q.17.n.2. in Summario Deo Iudici, & innocenti, pro Deum Iudicem, & innocentem.
Lib.3.q.18.n.14. Epiſcopus pro Epiſcopi.

Tab.
Num.

488